De electionibus rector comis tuderti, et de ipor aduentu
et de balistris et panesibus p eos dimictendis rca. ba

Item statuimus qd capitaneus ciuitatis tuderti teneatur pponere
in consilio ppli comis tuderti primo mense sui regiminis de
nouo rectore eligendo. Et id quod de ipa electione con
silium decreuerit exequi facere teneatur. Cui quidem consilio
liceat ad sui arbitrium et uoluntatem eligere potatem, capi
taneum, defensorem exgrauatorem, et alium quemlibet
officialem quem uoluerit ad regimen et officium ciuitatis
et comitatus tuderti. Et qd in prouisione et deliberatione
dicti consilij plene et libere consistant, quantitas salarij et
[illegible]

15v

intersint ad minus ducenti consiliarii ipsius consilii. Et
quod in tali electione inseri et exprimi debeant omnia que circa
ipsam electionem fuerint per ipsum consilium ordinata atque fir
mata. Ita tamen quod dictum consilium bandiatur ante quam fiat per duos
dies cum duabus tubis. Et teneantur dicti potestas
et capitaneus cum suis officialibus et familiaribus venire
personaliter ad civitatem tiburtinam ad terminum contentum in eorum
electione et secundum formam eorum electionis ad penam in eorum elec
tione contentam. Et deposito eorum officio stent personaliter ad sin
dicatum cum omnibus officialibus et familiaribus suis per decem
dies continuos. Et quod ipsi potestas et capitaneus et quilibet
eorum in fine eorum regiminis teneantur et debeant assignare
et tradere camerario camere dicti communis pro ipso communi tiburtino
duas bonas balistas de osse, extimationis inter ambas
quinque florenorum de auro. Et quatuor bonos pavenses pictos
suis armis. Quas pavenses et balistas teneant et reponant
in eo loco in quo placuerit dominis prioribus populi tiburtini. Item
quod dictus potestas vel capitaneus qui pro tempore fuerit, vel ali
cui eorum officialis non sit exititius vel exbanitus sue terre
cuius est oriundus. Et nullam aliam armaturam deferant
quam eorum propriam. Item quod dictus camerarius teneat retinere
de salario dictorum potestatis et capitanei centum libras cortonenses pro
quolibet eorum, donec eidem camerario dederint et assigna
verint balistas et paveses predictos. Et predicta etiam
in electionibus dictorum potestatis et capitanei specialiter inserantur.

Quod nullus eligatur in rectorem si nondum fuerint potestas capitaneus
vel defensor etc. — xvii

Item statuimus quod nullus possit eligi in potestatem, capitaneum
vel defensorem civitatis tiburtine qui sit oriundus, seu incola
terre de qua erit origine vel domicilio potestas capitaneus
vel defensor qui erit in ipso officio tempore dicte electionis.
Et si secus fieret ipsa electio non valeat ipso iure et nullum
ius ex ea queratur tali electo. Et nichilominus eligentes
contra predictam formam puniantur quilibet eorum [illegible]

32

tbi cort / Quod capitulum notari reformation tpre talis
electionis et ante q ipa electio fiat teneat legere ac etiam
coram ipis electoribus notare tras inde cont potas capitan
et defenso tunc in ipo regimine presidentes ipsorum originem ut domalis

De officialibus imperitis sive non puris manibus habentibus ab officiis repellendis Rca. viij^a.

Item statutum q si dni priores ppli tudt noverint aliquem officialem comunis tuderti esse imperitum sive al insufficientem ad eius officium exercendum // ab ipo officio amovere ac precipere potati capitaneo sive defensori vel alij officiali cum quo est talis officialis q eius loco alium peritum sufficientem et legalem debeat subrogare. Et hec clausula poni et exprimi debeat in electione omnium officialium forensium dci cois.

// ut no puris manibus ... possint ... debeant ...

De salario non promictendo officiali nisi p sindicum Rca viij^a.

Item statutum q nullum salarium promicti possit alicui officiali forensi comis tuderti nisi p sindicum dicti comis ad hoc legitime ordinatum. Et q semp quantitas salarij promictendi alicui officiali forensi declaretur in illo consilio in quo de ipius electione pponeret. Nec possit declaratio ipius salarij committi alicui secreto consilio. Et q dicta declaratio fieri debeat anq ad ipam electionem procedatur. Et declaratio seu promissio facta pret vel contra formam predictam ipo iure sit nulla. Et q potas seu capitaneus sive quivis alius tali consilio presidens presens capitulum in ipo consilio legi facere teneatur ante q ad ipam electionem procedat. Ita tamen q presens capitulum locum non habeat in ambaxiatoribus eligendis pro aliqua ambaxiata.

Ut quilibet officialis comis de suo salario solvat p gabella duodecim den p libram Rca x^a.

Item statutum q quilibet officialis tam forensis q civis qui salarium aliqd recipiet a coi tuderti dimictat penes camerariu camere dicti comis pro ipo coi recipientem totius eius qd receperit ab ipo coi noie Gabelle duodecim den p qualibet libra. Et q semp hoc exprimat in omnibus electionibus officialium forensium dicti comis et alit ad talem gabell solutionem

16v

non teneant. ¶ Salvis aliis capitulis statutis dicti comunis in contrarium
loquentibus que in suis casibus locum habeant, nec eis per presens capitulum
in aliquo derogetur.

De pena officialis absentantis se a civitate Tudertina. Rubrica. xj.

Item statuimus quod nullus Rector sive officialis forensis comunis
Tudertini, vel aliquis eorum officialis, durante ipsorum officio discedat
seu absentet se a civitate et comitatu Tudertini sine expressa
licentia officii dominorum priorum populi Tudertini. ¶ Qua vero licentia
optenta siquidem is qui se de dicta licentia absentaverit fuerit
potestas vel capitaneus discomputare debeat de suo salario pro
quolibet die sue absentie, die ipsius discessus et reditus in ipsa
absentia computatis, decem libras cortonensium. ¶ Pro quolibet vero eius
iudice se taliter absentante et qualibet die quadraginta solidos
cortonensium. ¶ Pro quolibet autem eius milite solidos taliter absentante
viginti solidos cortonensium. ¶ Et pro quolibet eorum notario se taliter
absentante decem solidos cortonensium. ¶ Defensor vero pro quolibet die
quo ipse se taliter absentaverit tres libras cortonensium de suo salario
discomputare debeat et pro quolibet de suis notariis se taliter
absentante et pro quolibet die — decem solidos cortonensium. ¶ Alii vero
officiales forenses se taliter absentantes discomputare debeant
de eorum salario pro quolibet die sue absentie partem contingeret
eis pro rata sui salarii quolibet die sui officii. Et pro quolibet
de suis notariis se taliter absentante et pro quolibet die decem
solidos cortonensium. ¶ Et nichilominus talis Rector seu officialis
ipsam licentiam optinens scribi facere teneatur per notarium camere
comunis Tudertini diem talem sui discessus et reditus. ¶ Et quod
officium dictorum dominorum priorum predictam licentiam [illegible] iur-
dare non debeat nisi prius dicti Rectores et officiales
pro se et suis officialibus taliter se absentantibus confiteantur
a camerario comunis dicti comunis se recepisse quantitatem que
caperet dicta discomputatio et de ipsa quantitate quieta-
tionem et absolutionem fecerint dicto camerario pro
comuni recipienti.

Qd nullus q fuit in officio ab v annis citra possit eligi ad aliqd officium Rca — xij.a

Item statuimus qd nullus officialis forensis comunis tudertini dura te ipso officio possit eligi in aliquo officio dicti comunis ¶ Nec etiam postea, a die finis dicti officij usque ad quinque annos tunc proxime secuturos ¶ Et siquis eligeretur contra predictam formam qd electio ipso Jure sit nulla, Nec ipsum comune vigore talis electionis tali electo in aliquo obliget, ¶ Et qd dni priores ppli tudert. contra predictam formam proponere non possint, ali quo modo, sub pena vigintiquinque libr. cort.

In quo loco fieri debeat electio officialium forensium Rca. xiij

Item statuimus, qd tempore quo fiet aliqua electio per coe tuderti de aliquo officiali forensi ipsius coe electores qui ad ipsam electionem faciendam fuerint deputati per ipsum coe, predictam electionem faciant et facere teneantur in palatio habitationis dnorum prior. ppli tudertini ¶ Exceptis electionibus fiendis de potestate et capitaneo civitatis tuderti que fieri debeant in refec torio fratrum minorum ecclesie sci fortunati, ¶ Et dictam electionem officialium forensium facere teneantur absentibus potestate capitaneo, defensore et alijs officialibus dicti comunis. forensibus

De modo fiendi in electione officialium forensium Rca xiiij.a

Item statuimus qd electio officialium forensium que fieri co tingeret per coe tuderti, fiat et fieri debeat per electores ad hec deputatos ad secretum scruptinium vocum, seu ad bussulas et pallactas ut ipsis electoribus placuerit, ¶ Et optineri de beat saltem per duas partes ipsorum electorum tunc ipsi electioni ad sistentium seu presentium ¶ Et si aliter ipsa electio fieret ipso Jure sit nulla, ¶ Et siquis in aliquo consilio dicti cois con suleret qd dicta electio per electores ipsorum officialium forensium fieret aliter qm supradictum est ¶ Et etiam notarius qui dictum talis consultionis scripsisset per potestatem seu capitaneum cois tudti in libris quinquaginta den. cort. condempnetur

De assignatione familie ad pet. dnorum prior. ppli facienda Rca — xv.a

Item statuimus, qd dni potestas capitaneus, et defensor civitatis tuderti teneantur et debeant assignare suos, officiales et familiares,

et equos quos habere debent in eorum regimine et officio secundum
formam eorum electionis semel qualibet edomoda sui regiminis
et officii coram dominis prioribus ipsi civitatis ad requisitionem et volu
ntatem ipsorum dominorum priorum. Et totiens quotiens ubi et quando
dictis dominis prioribus ipsi videbit et placebit et per eos requisiti
fuerint ad penam viginti quinque librarum denariorum cortonensium pro quolibet dictorum
rectorum et qualibet vice. Quam penam sindicus comunis civitatis teneatur
qui eum sindicabit tempore sui sindicatus solvi facere a tali rectore
camerario camere dicti comunis pro ipso comuni recipienti. Et quod dicti domini
priores teneantur et debeant ad dictam penam dictam requisitionem
per se vel aliam personam ydoneam facere ad minus semel in qualibet
edomoda. Et si in ipsa assignatione reperiretur defectus aliquorum
de persona ipsius potestatis vel capitanei puniatur ipse potestas sive ca
pitaneus tempore sui sindicatus per suum sindicatorem in libris decem cortonensium.
Et pro quolibet suorum iudicum in solidis tribus. Et pro quolibet suorum
militum sotiorum in solidis quatraginta. Et pro quolibet suorum aliorum no
tariorum in solidis viginti. Et pro quolibet suorum familiarium in
solidis decem. Et pro quolibet suorum equorum in solidis decem cortonensium. Et
deus defensor pro persona sua in solidis centum cortonensium. Et pro quolibet
suorum notariorum in solidis viginti. Et pro quolibet suorum famulorum
in solidis decem. Et pro equo in solidis decem cortonensium. Que pene cu
mulentur et pro cumulatis habeantur pro omni et qualibet die qua
in assignatione cuilibet predictorum deficientium quilibet predictorum
rectorum negligens fuerit. Hoc intellecto et declarato quod predicti
sic reperti deficere in assignatione predicta post ipsam assignationem
dictis dominis prioribus debeant assignari et donec assignati eisdem non
fuerint habeantur et intelligantur vigore ac fictione iuris cupli
usque tunc post ipsam assignationem continue interim defecisse
contra formam predictam. Preterea si aliquis equus predictorum
dominorum potestatis vel capitanei non fuerit tempore receptionis et reassigna
tionis ipsorum repertus esse sufficientis extimationis prout per formam
ipsorum electionis requiratur puniatur ipse potestas vel capitaneus cui
equus in dicto defectu repertus fuerit pro quolibet tali equo per
suum sindicatorem tempore sui sindicatus in solidis decem. Et ...

dicti dni potas et capitaneus teneant ad requisitione et volu
tatem dictor dnor prior suos equos videri et extimari p mictere
p officiales deputandos p ipsos dnos priores. Et q p qualibet
die qua ipe dns potas vel capitaneus loco talis equi sic insuffi
cientis reperti distulerit et neglexerit subrogare et habere aliu
equum debite et sufficientis extimationis ut dictum est condenat
in solidis decem. Et q talis rector, iudicetur mora et negligentia
ea intelligat et sit ipso facto et auctoritate presentis capli. donec
alium debite extimationis predce vice et loco talis equi sic insuffi
cientis repti, dictis dnis prioribus seu officialibus ad hec p eos deputa
tis distulerit assignare. Ita tn q equus qui in prima extimatie
p ipsos officiales de eo facta repertus et approbatus fuit esse suffic
tis extimationis, extunc toto tpre regiminis talis rectoris p sufficienti
habeat nec possit ulterius reprobari, dato q postea ipe equus
deterioraret, et minoris extimationis efficeretur.

Quando assingnentur libri dnor potatis, capitanei et defens. Rca. xvj.

Item statuimus q potas et capitaneus civitatis eiusdem teneant
et debeant quindecim diebus ante finem eor regiminis libros suis
actor tam criminalium q civilium causar sue curie actitator durate
ipor officio et sententias latas p eos tam condempnatorias q absolutorias as
signare comuni Tuderti videlicet dictus dns potas in consilio grali et
dictus dns capitaneus in consilio ppli. Et dns defensor octo dieb
ante finem sui officii indicto consilio ppli, libros omnium actor sue
curie et sententias p eum latas debeat assignare. Teneant etia oes
et singuli rectores predci dictos libros atq sententias etiam ante dcos
terminos assignare ad petitionem dnor prior ppli Tuderti. Et mediis
tporibus quilibet dcor rector similiter libros oms sui processi
traditos debeat in eodem consilio assignare.

De pena officialis facientis sibi fieri expensas in comitatu Rca. xvij.

Item statuimus q quotiens contigerit aliquem officialem comunis Tuderti
ire in comitatu Tudertino quacumq de causa, teneat et debeat sibi ac famil
et equis quos secum duxerit de omnibus victualibus necessariis providere
sumptibus propriis ipius officialis sive rectoris qui eum miserit. Exceptis ca
sibus p formam statuti dicti comunis permissis. Nec cogat aliqua

Vide Reformationes dumtaxat loqn. in fine ad talem

universitatem vel spetialem personam ad faciendum sibi expensas directe vel per obliquum contrafaciens vice qualibet ad restitutionem eius quod taliter acceperit teneatur, et nichilominus communi Tuderti pena quadrupli condepnetur. Et quelibet universitas et spetialis persona tempore sindicatus talis officialis possit ab eo repetere omnes expensas quas ei taliter dederit de quo stetur iuramento ipsius cum quatuor testibus deponentibus saltem de publica fama, que in hac parte pro probatione legitima habeatur. Et quod sindicus qui ad sindicandum talem officialem fuerit deputatus predicta banniri facere teneatur tempore ipsius sindicatus. Et in predictis examinandis, cognoscendis, investigandis, diffiniendis et exequendis habeat ipse sindicus plenum arbitrium.

De pena officialis committentis fraudem in suo officio, et quod dantis acceptum possit illud impune repetere tempore sindicatus. Rubrica. — xviij.a

Quilibet officialis communis Tuderti teneatur suum officium fideliter et legaliter exercere, et nullam fraudem committere in ipso officio. Qui vero contrafecerit condepnetur in pena in statuto dicti communis contenta. Et nichilominus si dictum commune in aliquo defraudaverit vel dapnificaverit puniatur etiam ultra dictam penam ad restitutionem dupli eius in quo taliter defraudaverit sive dapnificaverit commune predictum. Et eadem pena puniatur corruptor dictorum officialium, nisi tale suum maleficium tempore sindicatus talis officialis ipse corruptor eius sindicatori propalaverit, quo casu ab omni pena ratione talis corruptele penitus sit exemptus. Et nichilominus quicquid tali officiali sic illicite dederit possit ab eo repetere, et etiam eundem de tali lucro illicito accusare.

De pena accomodantis alicui officiali lectum vel aliquod aliud absque mercede. Rubrica. xviiij.a

Item statuimus quod nullus civis vel comitatensis Tuderti commodet alicui officiali forensi dicti communis vel alicui eius familiari lectum vel aliquid aliud sine mercede seu pensione competenti sub pena decem librarum cortonensium.

De sententiis potestatis et capitanei examinandis et laudandis quindecim diebus ultimis ipsorum regiminis. Rubrica. xx.a

Item statuimus quod dominus defensor et quilibet alius iudex

fuerit ad sindicandum officiales comunis tuderti teneatur et debeat ultimis quindecim diebus regiminis dominorum potestatis seu capitanei civitatis tuderti simul cum dominis prioribus populi tudertini seu cum sex bonis viris quos ipsi domini priores ex se vel ex aliis duxerint eligendos revidere et examinare omnia acta causarum criminalium ex quibus sive super quibus ipse potestas vel capitaneus tulerit sententias condempnatorias vel absolutorias, et etiam ipsas sententias condempnatorias et absolutorias. Et si invenerit aliquem eorum iniuste aliquam personam condempnandam absolvisse seu in minori quantitate quam debuerit condempnasse. Et hoc eis constiterit per ipsa acta eo casu ipse dominus defensor sive alius iudex predictus teneatur et debeat sine formatione alicuius processus et omni alia iuris et quod etiam statutorum sollempnitate obmissa, talem rectorem punire et condempnare in eo in quo dictum comune tuderti defraudasset sive dampnificasset. Et ipsam penam ad manus camerarii camere dicti comunis effectualiter facere devenire. Et predicta per dictum sindicum observentur, et observari debeant sub pena ducentarum librarum cort.

Quod potestas et capitaneus et alii officiales comunis tudertini teneantur observare statuta et reformationes. Rubrica. xxi.

Item statutum quod potestas capitaneus et defensor civitatis tudertine et quilibet alius officialis comunis tuderti teneantur et debeant vinculo iuramenti observare omnia et singula statuta et reformationes dicti comunis et decreta dominorum priorum populi tudertini, et ea pro posse exequi ac etiam cuilibet qui ad ipsam executionem fuerit deputatus ad ipsius requisitionem exhibere suum auxilium, consilium et favorem circa executionem eandem. Et siquis eorum contrafecerit condempnetur qualibet vice in ducentis libris. Salvis minoribus et maioribus penis contentis in aliis capitulis statutorum dicti comunis que presenti capitulo non obstante in suis casibus vendicant sibi locum

De arbitrio non concedendo potestati vel capitaneo. Rubrica. xxii.

Item statutum quod potestas sive capitaneus civitatis tudertine non possit nec debeat aliquam propositam facere in aliquo consilio comunis tuderti de novo arbitrio sibi concedendo nisi talis proposita prius deliberata, firmata et approbata fuerit ad bussulas et pallectas in consilio populi tudertini saltem per duas partes consiliariorum

tunc indicto consilio adsistentium, dummodo in ipso consilio tunc int
fuerint ad minus due partes consiliariorum ipsius consilii. Et si secus
factum fuerit tale arbitrium non teneat set ipso iure sit nullum.
Et nichilominus talis rector pretextu vel contra dictam formam pro
ponens seu tali arbitrio sibi preter dictam formam concesso utens
penam librarum quingentarum cortonensium ipso facto incurrat. Et
qui pretextu vel contra dictam formam arengaverit sive consuluerit
penam librarum centum cortonensium pro qualibet vice ipso facto se noverit
incursurum.

De novo palatio non concedendo potestati. Et veteri non concedendo capitaneo. Rubrica — XXXIIIIa

Idem statuimus quod potestas non possit nec debeat petere quod sibi
aliquo modo vel causa palatium novum comunis Tuderti conce
datur. Et nec etiam capitaneus possit vel debeat petere
quod sibi modo aliquo vel causa concedatur palatium vetus dicti
comunis sub pena centum librarum denariorum cortonensium pro quolibet ipsorum contra
facientem. Et si aliquis in contrarium aregaret vel diceret
in contrarium librarum X denariorum cortonensium puniatur. Et notarius qui scriberet
aliquid de predictis puniatur in viginti quinque libris. Et nullus
de familia potestatis possit stare adiacendum nec habere cameram
in dicto palatio novo. Et versa vice nullus de familia capi
tanei possit stare adiacendum seu habere cameram in dicto
palatio veteri, sub pena viginti quinque librarum cortonensium pro quolibet
eorum contrafaciente.

Quod statuta loquentia in potestate locum habeant in capitaneo. Rubrica — XXXVa

Idem statuimus quod omnia et singula statuta loquentia in potestate
civitatis Tuderti vendicent sibi locum in capitaneo civitatis
eiusdem. Ac etiam in quolibet loco alterius eorum subrogato seu
vice alterius eorum administrante. Statutis loquentibus de aduna
tione consilii generalis dumtaxat exceptis que in persona potesta
tis seu alterius loco ipsius subrogati seu eius vice administrantis
vendicent sibi locum. Ac etiam quod omnia statuta loquentia in
persona dicti capitanei locum habeant etiam in persona eius qui
in eius locum fuerit subrogatus seu qui eius vice administra
verit.

40

Ut rectores et officiales comunis Tuderti possint eorum iurisdictionem in palatio dominorum priorum populi exercere. Rubrica. xxv.

Item statuimus quod omnes et singuli rectores et officiales comunis Tuderti qui aliquam iurisdictionem gerent, possint et libere valeant eorum iurisdictionem et officium exercere tam inter partes quam etiam pro dicto comuni. Et eorum decretum et auctoritatem interponere quotiens fuerit opportunum in palatio ubi domini priores populi tudertini morantur pro ipsorum officio exercendo et in eorum presentia. Et quod omnia olim gesta per dictos rectores et officiales seu coram eis actitata in hospitio quondam dominorum electo seu in hospitio dictorum dominorum priorum a die vigesima mensis Julii millesimo trecentesimo trigesimo quinto citra, et que in futurum per eos seu coram eis in dicto loco et coram dictis dominis prioribus gesta et actitata erunt valeant et teneant ac si gesta facta et actitata forent apud eorum sta[illegible] tum bancum iuris aliquo statuto vel ordinamento loquente in contrarium non obstante.

Ut quilibet officialis comunis Tuderti iuret conservare officium dominorum priorum et eorum ordinamenta servare. x

Item statuimus quod quilibet officialis comunis Tuderti qui pro tempore erit in civitate Tuderti habens iurisdictionem in causis civilibus vel criminalibus, teneatur et debeat iurare ad sancta dei evangelia corporaliter tactis scripturis officium dominorum priorum populi Tuderti et eorum iurisdictionem conservare manutenere et augere pro posse et contra eorum ordinamenta facta et facienda non facere vel venire aliqua ratione vel ingenio, que ordinamenta non essent contra presens statutum ad penam quinquaginta librarum cortonensium.

De pena officialis mandantis aliquid camerario comunis ultra istam formam intrantis cameram vel de ipsius condempnationes extrahentis. Rubrica. xxvij.

Item statuimus quod nullus rector sive officialis forensis civitatis Tuderti detineri faciat camerarium camere comunis Tuderti vel aliquem eorum sub pena quingentarum librarum cortonensium. Nec eis vel alicui eorum aliquod preceptum faciat sive molestiam inferat vel inferri faciat sub pena ducentarum librarum cortonensium. Et quod nullus rector sive officialis vel alicuius familiaris alicuius eorum intret limina hosti[illegible]

20v

dicte camere sub pena lib. centum cort. Et depredi[illegible] stet et credat simplici verbo dicti camerarii et eius notarii sine aliqua probatione. Nullus etiam civis vel comitatensis tu[dertinus] sive forensis etiam si officialis dicti comunis fuerit, dominis prioribus populi tudertini [illegible] exceptis aliquas condempnationes existentes in camera dicti comunis de ipsa camera extrahat vel extrahi faciat sub pena viginti quinque libr. cort. Ve[rum] tamen ipse camerarius copiam ipsarum condempnationum [illegible] [illegible] [illegible] possit.

De electione notariorum malleficiorum [illegible]. xxviij

Item statuimus quod domini priores populi tudertini et viginti quatuor secreti consilii populi, qui pro tempore fuerint, possint et debeant facta electione potestatis capitanei vel cuiuscumque alterius rectoris dicti comunis qui auctoritatem haberet mallefitia puniendi, eligere et nominare tres bonos sufficientes expertos ac legales notarios pro qualibet curia malleficiorum, qui sint notarii dicti comunis ad mallefitia deputati cum salario pactis et conditionibus de quibus et prout ut dictis dominis prioribus et viginti quatuor videbitur et placebit. Statuimus quod ipsi notarii eligendi sint et esse debeant de terra que distet a civitate tuderti per triginta miliaria ad minus. Et non sint nec esse possint de terra unde tunc sit potestas capitaneus vel alius rector dicte civitatis auctoritatem habens mallefitia puniendi. Nec de aliqua terra sita infra confines patrimonii vel ducatus. Et non possint habitare comedere vel bibere cum ipso potestate capitaneo vel rectore. Item quod nullus possit esse de dictis notariis qui sit minor triginta annorum vel qui in civitate tuderti exercuerit aliquod officium infra decem annos tunc proxime precedentes.

De iurisdictione et officio iudicis maioris civilis [illegible]. xxviiij

Item statuimus quod iudex maior causarum civilium comunis [illegible] cognoscat de omnibus questionibus a centum solidis supra. Et de omnibus emendationibus fiendis per sindicos et massarios pro plebatibus et homines plebatuum comitatus tuderti de incendiis et dampnis que commicterent in comitatu predicto. Et [illegible] exequantur [illegible]

Lauda et arbitramenta ab arbitris seu arbitratoribus facta et
pronuntiata que per formam statuti dicti comunis siue hiis
deficientibus per formam iuris comunis executionem mereantur. Ac etiam
omnes sententias omniaque precepta per ipsum vel suum precessorem
latas et facta. Item non omnes sententias iuste et legittime la
tas in curia clericali teneantur executioni mandare si ipsa curia
clericalis in casu a iure concesso inuocaret brachium seculare
faciendo ipsam executionem in quolibet dictorum casuum secundum
formam et censuram dictorum statutorum ubi ipsa statuta loquerentur
alias secundum formam et censuram iuris comunis. Et super predictis exe
cutioni mandandis dictus iudex audiat quemlibet petentem sine salario.

De electio officio et salario iudicum et notariorum. c. xx — xxx

Item statuimus quod ad offitium centum solidorum et ab inde infra uel
rei valentis usque in centum solidos inclusiue esse debeant
duo iudices de ciuitate tuderti. Quorum quilibet habeat secum
tres notarios tudertinos. Et cognoscant et diffiniant ipsi
iudices de omnibus questionibus centum solidorum vel ab inde infra et de re
ualente usque in centum solidos inclusiue vel ab inde infra secundum
modum et ordinem infrascriptum. videlicet quod causam vi
ginti solidorum vel ab inde infra seu rei extimationis uel ualoris
viginti solidorum vel ab inde infra diffiniant et decidant per
iuramentum vnius partis. cui ipsis iudicibus de iure magis uidebitur
deferendum. Dummodo talis causa lis uel questio annuale debitum
non contineat neque a summa maiori dependeat seu preiudicium
non inferat circa proprietatem alicuius rei mobilis. Verum si ta
lis quantitas seu rei que peteretur extimatio dictam summam
viginti solidorum excederet. dum tamen dictam summam centum solidorum
non transgrediatur. eo casu dicti iudices in tali lite sone
uel cause procedant. eamque diffiniant prout statutum dicti comunis
forma et censura uel hiis cessantibus siue deficientibus
iuris comunis forma et censura requirit. Et quod qui
libet dictorum iudicum in solidum dictam iurisdictio
nem habeat et optineat. Et quemlibet coram eis
comparentem cum sua petitione vel querela benigne

audiant in predictis ¶ Et nullus qui electus fuerit
ad ipsum officium Judicatus nec notariatus cogi possit
invitus ipsum officium acceptare ¶ Et quod officium ipsorum
Judicum et notariorum duret sex mensibus tantum et non ultra
¶ Et quod Judex centum solidorum esse debeat etatis triginta annorum
ad minus et qui exercuerint artem notarie quinque annis ad
minus ¶ Et dicti Notarii teneant assignare libros suos actorum
que in dicta curia scripserint camerario communis tuderti infra tres dies deposito
eorum officio ¶ Et quod quilibet ipsorum Judicum pro suo salario habere
debeat duodecim libras et decem solidos cortonenses et plus ad volun
tatem et deliberationem consilii ipsius communis tuderti ¶ Et quilibet
dictorum notariorum habere debeat a dicto communi pro suo salario
septem libras et decem solidos cortonenses et plus ad voluntatem dicti
consilii ¶ Providentes quod deinceps dictorum Judicum et notariorum
electio fieri debeat in hac forma videlicet quod domini priores
populi tuderti qui pro tempore fuerint teneant et debeant
infra quindecim dies post publicationem presentis statuti facere
fieri quatuor bussulos et eligere et nominare duodecim bonos
et sufficientes notarios in ipsa arte expertos videlicet illos quos
in ipsa arte meliores et sufficientiores esse cognoverint Et
recepto ab ipsis Notariis corporali Juramento de infrascripto
ipsorum officio fideliter faciendo Ipsi domini priores una cum eis
teneant et debeant videre et legere matriculam artis notariorum
dicte civitatis et de contentis in ipsa matricula extrahere
et eligere omnes et singulos notarios quos crediderint esse suf
ficientes et ydoneos ad Judicatus officium predictum gerendum
¶ Et in duas ex ipsis bussulis mictere nomina dictorum Judicum
singulariter et divisim videlicet in unam Guelfos et in aliam
Gebellinos ¶ Et omnes quos noverint fore ydoneos ad
dictum officium notariatus centum solidorum exercendum mictere sin
gulariter et divisim in alias duas ex ipsis bussulis in una videlicet
Guelfos et in aliam Gebellinos ¶ Possint etiam dicti
domini priores in dictis bussulis ponere pro Judicibus sive notariis
predictis ut eis videbitur expedire nova et antiqua [illegible]

duodecim not electorum per eos ad predicta. Ista tamen quod quelibet
Jud. et not. mictandis indictas bussulas optinere debeat per
duas partes ad scruttinium secretum nocum vel ad bussulas et
pallunctas. Et que bussule cum predictis nominibus mictantur in quandam
cassiam firmatam duabus diversis clavibus, unam quarum teneant
predicti domini priores. Et alteram camerarius camere communis
tudertini. Et que cassia tradatur conservanda camerario supradicto. Et
quod singulis annis bis videlicet de mensibus martii et septembris in dicto consilio
populi extrahatur de dictis bussulis ubi sunt nomina judicum contra fores-
tanos nomina per cancellerium dicti communis fortunatim videlicet de bussula
in qua sunt nomina gelforum et alter de bussula in qua sunt nomina
Gebellinorum. Et similiter extrahent sex nomina notariorum
qui esse debeant ad predicta officia pro sex mensibus. Et ut de
bussulis dictis judicibus et notariis vacuatis ipse bussule de dictis
judicibus et notariis modo supradicto debeant repleri mictendo
in qualibet bussularum vacuatam nomina illius partis de qua prius
missa fuerint mictenda.

DE jurisdictione domini defensoris in criminalibus et ad quem ab eius sententia
recurratur et de potestate quam habet in multando inobedientes et quod tenetur
consulere in factis communis tuder. publicis.

Item statuimus quod dominus defensor civitatis tuder. possit procedere XXXI
contra omnes et singulos delinquentes in sua curia vel in domo ha-
bitationis ipsius et ipsos delinquentes penis debitis punire
et condempnare servata pena in procedendo et finiendo super
predictis forma statutorum communis tudertini. Et si quis vero diceret se
gravatum a sua sententia in dictis casibus vel aliquo eorundem possit recur-
rere ad officium dominorum priorum populi tuder. infra decem dies a die ipsius
sententie promulgate immediate sequentes et non sit computan-
dus cum ipsa sententia et actis omnibus ipsius cause in illis videlicet casibus
in quibus ex forma statutorum dicti communis appellari sive recurri permictitur
ipsa die promulgationis de sententia in ipso termino minime compu-
tata. Et ut domini priores ipsum recursum sententiam jura et acta
omnia predicta transmictant ad aliquem juris peritum ad quem eis
videbitur extra districtum tuderti expensis tamen ipsius recurrentis

Et deinde dicta sententia iuxta formam ipsius consilii approbari vel in-
probari debeat absque aliqua pronuntiatione propterea facienda. Et
si talis recurrens succumbuerit, teneatur solvere duodecim denarios
pro qualibet libra, de quibus ante quam super ipso recursu audiatur
faciat et facere teneatur depositum penes camerarium camere
dicti communis in pecunia numerata, et de ipsa sententia cum tali recur-
su ipsis dominis prioribus fidem facere teneatur per apodissam solita
bulla dicti camerarii sigillatam. Possit etiam dictus dominus de-
fensor quemlibet sibi non obtemperantem in suo officio de facto
multare usque in quantitatem solidorum viginti cortonensium inclusive pro qualibet
vice et ipsam multam ab eo de facto auferre sine formatione
alicuius processus sive sententie et qualibet etiam alia iuris et statuti
sollempnitate obmissa. Preterea volumus quod dictus dominus defensor
quotienscumque per dictos priores fuerit requisitus, eisdem teneatur
consulere super factis dicti communis fideliter et legaliter prout in
scientia suadebit. Ita tamen quod in nulla vel super nulla causa que
verteretur in aliqua curia alicuius rectoris vel officialis dicti communis
eisdem dominis prioribus seu alicui de dictis rectoribus vel officialibus
sive alicui cuicumque persone consulere teneatur seu possit vel debeat
quoquo modo. Quinimmo si contrafecerit penam librarum centu-
tam idem dominus defensor quam quilibet cum huiusmodi causa consulens
ipso facto incurrat.

Quod sententie debeant per dominum defensorem ferri in consilio generali. R. xxxi

Item statuimus quod defensor et iudex appellationum et recursuum
communis predicti teneatur et debeat omnes suas sententias finales diffinitivas
in civilibus sive criminalibus causis summe viginti quinque librarum
cortonensium vel maioris sive rei valoris viginti quinque librarum vel ab
inde supra ferre in consilio generali dicti communis in quo intersint
ad minus quadraginta de ipsis consiliariis. Et talis sententia aliter
lata non valeat. Et ipsam in dicto consilio ferre iterum
teneatur. Nec interim tempora ipsius appellationis seu recursus
currant seu currere intelligantur. Et nichilominus idem defen-
sor contrafaciens in libris centum cortonensium puniatur.

46

De sindicatu potestatis et aliorum officialium, et de aliis ad ipsam ma-
teriam pertinentibus. Rubrica. xxxiij.

Quoniam dignum est, quod quilibet villicationis sue ra-
tionem reddat, ac sue administrationis pro ut gesserit
premium seu penam reportet. Hac lege provisum est quod potestas
et capitaneus civitatis Tuderti cum suis iudicibus, sociis no-
tariis, domicellis et famulis omnibus. ¶ Nec non et ceteri alii
officiales communis Tuderti forenses qui aliquam iurisdictionem in ci-
vilibus vel criminalibus causis in ipsa civitate exercuerint pro ipso
communi, deposito eorum officio immediate, teneantur personaliter decem
diebus stare ad sindicatum cum omnibus familiaribus suis et red-
dere rationem de gestis per eos coram defensore dicti communis vel coram alio
officiali, qui tunc temporis ad tale sindicamentum fuit deputatus
per eos predictum. ¶ Et nullus predictorum possit vel debeat de dicta
civitate discedere, ante finem absolutoriam vel condempnatoriam
pro eo vel contra eum ferendam per iudicem supradictum. ¶ Singuli sindicatus
ipsius ordo et forma fuerit. ¶ Inprimis quod dictus iudex
generalem inquisitionem formet et faciat contra predictos et
quemlibet eorum, de omnibus et singulis male gestis per eos vel eorum
aliquem, et de omnibus et singulis culpa vel fraude commissis vel
obmissis contra ius et iustitiam, et preter vel contra formam
alicuius capituli statutorum dicti communis. ¶ Et de omnibus quoque per eos vel
ipsorum aliquem, illicite et per sordes extortis vel receptis et de eo
quod non habuerint puras manus, recipiendo vel lucrando
aliquid de avere vel pecunia dicti communis contra formam alicuius
capituli statuti dicti communis seu propter iuramenti. ¶ Et generaliter
de omnibus et singulis aliis excessibus, culpis et fraudibus quas et que
ipsi vel aliquis eorum ipsorum tempore sui regiminis sive officii commisissent
sive commisisset. ¶ Qua inquisitione formata prima die vel
sequenti diei sedendo, faciat dictus sindicus predictos officiales
et quemlibet eorum et cuiusque eorum universam familiam citari quod in
continenti ipsa die citationis coram eo debeat personaliter comparere
ad respondendum inquisitioni predicte et ad se excusandum ab ea.
¶ Et si officiales sic citati cum universa eorum familia ipsa die citati

23v

coram dicto sindico personaliter compareant, sive paritum mandatis
eius inquisitoris debeant singuli respondere. Et qui comparere
et respondere neglexerit vel contempserit, pro confesso habeatur de
omnibus in ipsa inquisitione contentis. Post comparitionem vero
et responsionem ipsorum inquisitorum, ad testium examinationem et
aliarum probationum receptionem procedat, et ita sollicite agat
quod infra sextam diem post comparitionem ipsorum inquisitorum processum
ipsum expediat et ad finem perducat, ita quod die penultima vel
ultima dicti decendii omnino finem faciat. Et teneantur predicti
inquisiti et quilibet eorum, quotiens requisiti fuerint ex parte
dicti sindici coram eo personaliter comparere, ut f eet casus
torture possint subici questioni. Ita tamen quod nullus eorum
possit torqueri nisi pro baractariis et illicitis lucris et extorsio-
nibus et tunc precedentibus legitimis inditiis et presumptionibus. Et
si quis eorum citatus contumax fuerit, habeatur pro confesso et co-
victo et tamquam legitime confessus et convictus possit et debeat
condempnari. Faciat autem dictus sindicus prima, secunda
et tertia die dicti decendii, et qualibet ipsarum dierum, semel
ad minus publice et alta voce in publicis locis civitatis tube
banniri quod quicumque vult aliquid petere vel opponere alicui
officiali vel familiari, de cuius vel quorum agitur sindicatu, infra
dictos primos tres dies ipsius decendii coram eo cum sua
petitione vel accusa debeat comparere. Et quilibet
iniuste gravatus vel quemquam gravatum se diceret a tali inquisito
vel ab aliquo eius officiali seu familiari admictatur et au-
diatur, et super eius querela seu petitione vel accusa procedatur
prout per formam dictorum statutorum, ubi ipsa statuta loquerentur,
seu, ipsis deficientibus, per formam iuris communis fuerit procedendum. Nul-
lus tamen audiatur opponere vel aliquid petere volens de eo
gravamine sive vel processu seu eius occasione, de quo vel qua
recursus fuerit habitus ad iudicem appellationum et [illegible]
civitatis [illegible]. Et possit et teneatur dictus sindicus in
tali sindicatu procedere more et qualibet causa [illegible] summa-
rie et de plano ac sine strepitu et figura iudicii et [illegible]

Nota tempus scilicet penultima vel ultima die decendii

tres dies [illegible] ad [illegible]

Nota quod [illegible] [illegible]

48

obmissis omnibus et quolibet, tam iuris communis quam etiam dictorum statutorum
sollempnitate et ordine et non obstantibus aliquibus feriis etiam solle[m]p-
nibus. Et nulla persona possit alicui officiali seu contra aliquem
officialem ad sindicatum stantem tempore sui sindicatus porrigere
vel offerre aliquam petitionem seu libellum [illegible] notti-
ficationem seu accusationem nec contra eum articulari nec aliud proponere
in preiudicium vel lesionem talis officialis stantis sine dicto nisi
illa tantum persona que pro se et suo nomine et pro sua propria et speciali
iniuria [illegible] vel gravamine ageret seu conquereret. Et nullus tempore sindicatus alicuius officialis comparere vel stare
possit in curia dicti sindici ad opponendum, contradicendum, procuran-
dum, patrocinandum vel allegandum in aliquo contra talem
officialem contra formam presentis capituli. Et qui contrafece-
rit potestas per [illegible] sindicum et nullatenus audiatur. Et
nichilominus puniat [illegible] ibi
per dictum sindicum [illegible] et considerata
qualitate facti et conditione persone talis contrafacientis. Nul-
lus quoque de civitate vel comitatu [illegible] possit tempore dicti sindi-
catus ipsis rectoribus seu officialibus sindicandis vel alicui eorum in eorum
sindicamento aliquod patrocinium, auxilium, consilium vel favorem
quomodolibet exhibere. Item nullus qui per potestatem vel ca-
pitaneum vel officialem de cuius sindicatu agere[tur] fuerit
condempnatus nec aliquis eius consanguineus usque in tertium
gradum inclusive ex quocunque parente admictatur ad testimo-
nium contra talem rectorem sive officialem, et si admictatur, sua
attestatio nulla sit ipso iure et careat omni fide. Item teneatur
sindicus memoratus examinare processus, probationes, acta et
cuncta gesta coram se causa et occasione talis sindicatus. Et
si reppererit culpabilem dictum rectorem seu officialem vel ali-
quem officialem sive familiarem alicuius eorum de cuius sindica-
tu ageretur, talem repertum culpabilem in debita pena con-
dempnet. Quam condempnationem tam ipse sindicus quam potestas
et capitaneus civitatis predicte et quilibet eorum exigere teneantur
[illegible] culpabili [illegible] reperto absoluto. Cum

24v

officiali sic absoluto, camerarius dicti communis residuum sui salarii confestim solvere teneatur, ut sic hiis peractis in dei nomine feliciter possit ad suam patriam remeare. ¶ Et quia non decet ut officialibus dicti communis tempore eorum sindicatus aliqua iniuria inferatur, duximus statuendum quod nullus cuiuscumque conditionis existat qui produxerit coram dicto sindico aliquam petitionem accusationem vel denumptiationem contra aliquem officialem dicti communis audeat vel presumat facere aliquam adunantiam hominum nec eos secum ducere coram dicto sindico tempore quo ius suum vel dicti communis vellet prosequi coram eo, sed ipse solus accedat ad ipsum ius prosequendum. ¶ Liceat ei tamen secum ducere unum advocatum vel duos terrigenas vel forenses et unum vel duos procuratores ad plus, ad dicta iura prosequenda, dummodo sint et scripti in matricula collegii iudicum et notariorum civitatis tiburtine et advocationis vel procurationis officium continue exerceant. ¶ Et nullus alius contra dictam formam ipsum debeat associare. In predictis ¶ Si qui autem contrafecerint in predictis vel aliquo predictorum pena quinquaginta librarum cortonensium pro quolibet puniatur. ¶ Salvo quod si volens producere petitionem accusationem vel denumptiationem tempore dicti sindicatus esset infirmus aut habitaret extra civitatem tiburtinam, tunc in dictis casibus liceat cuilibet de predictis constituere suum procuratorem filium sive fratrem carnalem [illegible] vel alium propinquiorem consanguineum ipsius. ¶ Ita tamen quod predicta locum non habeant in mulieribus, universitatibus et locis ecclesiasticis sive religiosis, quibus liceat sindicum et procuratorem constituere ad predicta. ¶ Nullus autem attemptet quoquomodo contra aliquem minas inferre vel verba superba sive contumeliosa proferre vel ipsum rogare ad hoc ut suam petitionem accusationem vel denumptiationem non porrigat contra aliquem officialem dicti communis ad sindicatum stantem, vel quod ipsam porrectam contra retrahat vel recipiat vel quod ius suum super ipsa non prosequatur. ¶ Contrafaciens si minatus fuerit vel verba superba sive contumeliosa dixerit in libris quinquaginta cortonensium puniatur. ¶ Et si solum rogaverit in libris decem cortonensium puniatur. ¶ Presentis autem capitulum statuti [illegible]

q dicti dni potas capitaneus uel alius officialis dci cois
non possint nec debeant tpre quo stabunt ad sindicatum
in ciuitate tudertii facere aliq communum inde ciuitate uel
eius comitatu alicui ciui siue comitatensi tudertin ¶ Nec
aliquis de ipis ciuib; siue comitatensib; alicui de ipis rectorib;
siue officialibus ad sindicatum stantib; possit aliq communum
in ipa ciuitate uel eius comitatu facere ¶ Ciuis uo siue
comitatensis tudertis contrafaciens incontin lib. uice qualibet
puniat ¶ Nullus quoq; de dcis ciuitate ul comitatu tud
aliquem de dictis rectorib; siue officialib; tpre sui sindicat
assotiet sub pena libr. centum cuilibet magnati et potenti
de dicta ciuitate uel eius comitatu contrafacienti id est q p
formam dictorum statutorum habendus sit pro magnate et potate
et libr. uigintiquinq; cuilibet alteri de ciuitate ul comitatu
predcis contrafacienti et qualibet uice ¶ Volum tamen
q dni priores ppli tudertis qui p tpre fuerint tales rectores
et officiales tpre ipor sindicatus teneant facere assotiari
p illos ppl dres [?] eis uidebit conuenire pro honore
dicti cois et ppli tudertii ¶ Ac sensor sindicus et iud appellat
et sup libra et laribus dicti cois finito eius officio p eius
successorem modo forma et tpre superius expressis circa
sindicatum alior officialium forensium iurisdictionem haben
tium uel eo modo forma et tpre sicut prouisum fuerit p
dictum cone debeat sindicari ¶ Hoc de nouo adentes
q nullus rector uel officialis forensis dicti cois tpre sui sin
dicatus possit uel debeat ulteri detineri causa seu occe alicui
petitionis accusationis denumptiationis uel inquisition contra eum producte
instituti uel formate pretestu siue occasione eor que
gessisset seu commisisset uel obmisisset uel alicuius con
tractus p eum initi uel cuiusciunq; alterius obligationis
p eum contracte tempore sui regiminis siue officii nisi
si et quatenus processerit ex deliberatione et uoluntate
officii dictor dnor prior tunc in ipo prioratus officio
residentium ¶ Teneatur quoq; deus dns defensor

. . . . fira die . . . . dnor potat . . . .
. . . . cois ¶ Ipe dns

et sindicare omnes alios officiales dicti comunis, et nec sine co
mitatenses tudertinos sindicare, et ab eis exigere rationem
de administratione sui officii, et de omnibus per eos commissis
vel neglectis sive obmissis in dicto eorum officio contra formam
statuti dicti comunis vel ipsorum electionis seu proprii iuramenti.
Et dictum sindicatum teneatur terminare infra unum mensem
proxime subsequentem a die ipsius sindicatus incepti, ser
vata etiam in hoc casu forma premissa, quatenus ad huiusmodi
sindicatum pertinet, congrue adaptata.

De modo sindicandi officiales eligentes aliquem per symoniam
seu contra formam statuti. Rubrica xxxiiij

Item statuimus quod dominus defensor civitatis tudertine teneatur
diligenter inquirere de quocumque officiali dicti comunis qui
elegisset aliquem ad aliquod officium publicum dicti comunis per
symoniam sive baractariam, seu aliter contra formam statuti
ordinamenti vel reformationis dicti comunis. Et repertum culpa
bilem debita pena condempnet. Et super predictis procedat
et procedere possit breviter, summarie et de plano et sine
strepitu et figura iudicii.

De auxilio dando per dominos priores in syndicando precessores ipsorum
et alios officiales. Rubrica xxxv

Item statuimus quod domini priores populi tudertini, qui pro tempore
fuerint in ipso officio prioratus, quotiens requisiti fuerint
per dominum defensorem, vel alium officialem qui ad sindicandum
eorum precessores in dicto officio prioratus, vel alios officiales
dicti comunis fuerit deputatus, debeant prestare in dicto sindica
mento ipsorum auxilium, consilium et favorem, prout convenientes
et expediens fuerit. Et in contrarium quoquo modo
nichil facere vel acceptare sub pena librarum centum
pro quolibet eorum contrafaciente.

De pena eligentis aliquem in consilio viva voce. Rubrica xxxvj.

Item statuimus, quod nullus eligat vel nominet aliquem ad
aliquod officium comunis [illegible] viva voce in aliquo consilio

52

dicti comunis contrafaciens penam centum solid. ipso facto
incurrat. Et nichilominus talis nominatio vel electio ipso
iure sit nulla. Et quod potestas civitatis predicte presens ca-
pitulum legi faciat quolibet mense in consilio generali dicti comunis
sub pena librarum quinquaginta cort.

Quod nullus tempore unius regiminis, vel uno et eodem tempore habeat ultra
unum offitium cum salario. Rubrica. XXXVII.

Item statutum quod nullus tempore unius regiminis habere possit
nec debeat ultra unum officium in comuni tuderti de quo sa-
larium habeat ab ipso comuni. Et si quis contrafecerit
tale offitium sibi contra dictam formam concessum vel deputatum
acceptare nec administrare non possit. Et nichilominus
si secus fecerit in decem libris cort. puniatur. Nec etiam
possit aliquis de civitate vel comitatu tuderti simul et
eodem tempore habere vel acceptare ultra unum offitium de quo
salarium perciperet seu percipere deberet a dicto comuni. Contra-
faciens vero in dicta pena puniatur. Et nichilominus talis electio
nulla sit ipso iure. Et potestas seu alius rector vel offi-
cialis dicti comunis non possit aliquem sic electum cogere ad dictum
officium acceptandum vel exercendum. Et si secus fecerit
penam centum sol. incurrat. Exceptis castellanis et serge-
tibus sive custodibus et ambaxiatoribus.

De pena eligentium unus alterum, sive patrem, filium, fratrem vel
nepotem, vel aliquem de sua familia ad aliquod offitium. Rubrica. XXXVIII.

Item statutum quod hii qui electi fuerint ad eligendum aliquem
ad aliquod offitium comunis tuderti non possit aliquem ex se
ipsis eligere ad ipsum officium, nec etiam patrem filium fratrem
carnalem nepotem carnalem vel aliquem de familia alicuius
ipsorum eligentium. Et si quis contrafecerit in viginti quinque
libris vice qualibet puniatur. Et nichilominus ipsa electio nec
valeat nec teneat ipso iure. Et talis electus contra
formam presentis capituli ipsum offitium acceptare non va-
leat. Et si acceptaverit puniatur pena decem libr. Et
quotienscumque contigerit aliquem eligi ad aliquod officium

26v

dci coïs ipa electio fieri debeat p electores ad id deputat
et optinen p duas ptes ipor electoy ad minus ad scrutinium
secretum uocum, uel ad bussulas et pallictas put ipis elec
toribus placuerit et alr facta non teneat ipo iure Et
talis electus contra dictam formam ipum officium non acceptet
sub pena decem. lbr cort Et notarius reformationum ipam
electionem scribere non possit nec debeat ad dictam penam
et sub vinculo iuramenti Et potas presens capitulum legi
faciat p dcum notarium electoribus supradictis ante qm ad ipam
electionem procedant sub pena viginti quinq lbr Et dcus
notarius dcum capitulum ipis electoribi legere teneat sub
sules fabrorum ¶ Consules sartorum ¶ Consules ba
bactariorum ¶ Consules tabernariorum ¶ Consules lana
ioloriorum ¶ Consules spetiariorum ¶ Consules macellariorum
¶ Consules piççicaiolorum ¶ Consules barbitonsoris ¶ Co
sules camangnaiolorum ¶ Et consules vasariorum ¶ Duum
ex consulibus mercatorum interesse possint infrascripte electioni qua
tuor et non ultra Ex consulibus notariorum interesse possint
quatuor et non ultra ¶ Ex consulibus vero suprascriptarum aliarum
artium interesse possint infrascripte electioni duo consules
pro qualibet dictarum artium et non ultra ¶ Debeant
etiam consules suprascriptarum artium qui ipsi electioni interfuerint
esse oriundi de civitate tudertina et subiecti iurisdictioni comunis
tudertini in civilibus et criminalibus ¶ Cum consules su
pradicti sic insimul congregati recepto ab eis prius cor
porali sacramento ad sancta dei evangelia corporaliter tactis
scripturis de eligendo bonos homines secundum formam presentis
statuti et omnium aliorum loquentium de presenti materia
ante omnia insimul adunati una cum dominis prioribus populi tunc
in officio residentibus ¶ Et ipsi domini priores una cum dictis
consulibus eligere teneantur et debeant duos bonos et
legales populares et de consilio populi civitatis tudertini
qui debeant infrascripto scruttinio interesse et ipsum
scruttinium recipere ita tamen quod nulla vocem habeant ipsi duo in electione
infrascripta ¶ Post quam electionem dicti consules absque presentia
dictorum priorum populi eligere debeant ad scrutinium secretum decem
septuaginta duos bonos prudentes et sufficientes homines
artifices et populares de civitate tudertina oriundos qui sint

pacis et patrie amatores et celatores / quorum nullus censeatur
electus vel optentus nisi habuerit / duas partes vocum dicti
consilium populi / Quorum septuagintaduorum bonorum
hominum quilibet sit etatis triginta annorum vel ultra qui sint
populares et de populo civitatis tuderti / Et non sint nobi
les / vel magnates vel judices / vel advocati / ipsi septuaginta
duo vel aliquis ipsorum / Nec eligat nec eligere possint con
sules supradicti / aliquem ex se ipsis patrem / filium / fratrem
carnalem / nepotem carnalem / vel patruum carnalem exlimen pa
terna aliquod consilium predictarum artium sive intersint elec
tioni predicte sive non / Quorum septuagintaduorum
bonorum hominum sic electorum / nomina dividere et cernere debeant
consules supradicti per decenarium numerum usque in sexaginta
ex predictis septuagintaduobus / Et scribi facere in sex cedulis
videlicet in qualibet cedula decem nomina ex predictis sexaginta
electis / videlicet quinque nomina Gebellinorum / et quinque nomina
Guelforum / Et in qualibet cedula ponere debeant duos
bonos / legales et sufficientes populares dicte civitatis ama
tores et celatores pacis et patrie ac status communis et populi
civitatis tuderti / non habentes vel exercentes artem extra
numerum artificium in dicta cedula contentorum / Quas sex
cedulas diligenter et caute includant / et inclusas ponere
in quadam bussula / quam bussulam etiam mictere et ponere
debeant in quadam cassa / in qua sint tres cum diversis
clavibus serrature / Unam quarum clavium tenere debeat
dominus capitaneus vel officialis / qui capitaneatus officium
exercebit / Aliam vero clavium predictarum tenere debeat cu
stos / guardianus vel sacristanus fratrum minorum / Alia
vero clavium teneant domini priores populi tuderti / Reliqua
vero duodecim nomina ex septuagintaduobus predictis scribi
facere teneantur consules supradicti in duodecim cedulis
videlicet in qualibet cedula unum nomen per se singulariter
et divisim / Quas cedulas claudi faciant et mitti in duas
bussulas / videlicet in unam sex / Guelfos / Et in aliam

sex alios Gebellinos ¶ Que bussule claudant ponant et
firment et teneant in cassa supradicta ¶ Et dicta cassa imme
diate postquam in ea misse fuerint bussule cedularum supra
scriptarum firmetur cum clavibus supradictis que firmata custo
dienda tradatur Camerario comunis Tuderti in camera dicti comunis
¶ Et quod dictus dominus capitaneus vel officialis qui capitaneatus
officium exercebit teneatur et debeat congregari facere consi
lium populi in quo debeant interesse ad minus ducenti consi
liarii ultima die cuiuslibet prioratus in quo consilio veniat
devotus frater de ordine fratrum minorum tenens predictam clavim
dicte casse cum ipsa clavi veniant etiam predicti domini priores
cum alia clavi predicta et intersit etiam in dicto consilio dominus
capitaneus vel officialis qui capitaneatus officium exercebit
cum alia clavi predicta ¶ Et in dictum consilium adduci
faciat dominus capitaneus dictam cassam et ipsam in dicto con
silio faciat aperiri et de ipsa aperta extrahi faciat bussulam
supradictam in qua sunt cedule dominorum priorum ipse videlicet
in quarum qualibet cedularum scripta sint decem nomina de pre
dictis septuaginta duobus ¶ Que bussula sic extracta ponatur
in manu dicti fratris ¶ Qui frater dictam bussulam debeat
aperire et ex ea unam dictarum cedularum suis propriis manibus
extrahere illam videlicet que sequi debebit officium prio
ratus tunc finiendi et ipsa cedula sic extracta nomina dominorum
priorum in ipsa cedula contentorum legi debeant et in ipso con
silio publicari ¶ Et illi quorum nomina sic extracta scripta re
perientur sint pro primis duobus mensibus tunc immedia
te sequentibus ¶ Et eadem forma fiat in extra
hendo dominos priores electos ad dictum officium Cum scripti
apparuerint in cedulis scriptis in cassa que est penes camerarium di
cti comunis in quibus sunt nomina dominorum priorum qui esse debent ad dictum officium pro
anno primo futuro in kalendis Januarii inchoando ¶ Quibus peractis in dicto
consilio ut dictum est claudatur bussula supradicta per
dictum fratrem et ponatur et mittatur in dictam cassam ¶ Que

Cassa in dicto consilio firmetur clauibus supradictis et firmata
custodienda tradatur camerario supradicto, clauibus dicte casse
remanentibus penes dictum capitaneum, dominos priores et
dictum fratrem ut dictum est. ¶ Si uero aliquis cuius nomen
scriptum esset in dicta cedula sic extracta mortuus esset uel
ante principium dicti officii dominorum priorum, uel in dicto officio mo-
reretur, uel esset alia legitima causa impeditus propter quam
non posset dictum officium exercere uel interesse ad dictum
officium exercendum, simili modo et forma dictum consilium ipso
quando fuerit opportunum debeat congregari et in ipso in
predicto debeat aperiri bussula que est in dicta cassa,
in qua sint sex breuia, in quorum quolibet scriptum est solum
modo unum nomen, uidelicet coloris et partis de quo uel
qua fuerit talis mortuus uel causa legitima impeditus.
¶ Et ex dicta bussula per dictum fratrem tot propriis manibus extra-
hantur, similis coloris et partis, quot sufficiant ad duode-
narium numerum supradictum. Et aliter dicti duodecim
qui superfuerint a sexaginta usque in septuaginta duos de dictis
bussulis non extrahantur. ¶ Et taliter extrahendus
tempore sui officii illam habeat plenitudinem potestatis
et illud officium et arbitrium, salarium, beneficium et
bayliam, quam et quod habet alius de dominis prioribus
supradictis. ¶ Reliqua uero breuia ex dictis duobus
breuibus in quorum quolibet est scriptum unum nomen
[illegible] tempore quo fuerint breuia supradicta, in quorum quo-
libet scripta sint decem nomina, remanerent in dictis bussu-
lis tempore noue electionis faciende per dictos consules artium
de supradictis nouis dominis prioribus, extrahantur de dictis
bussulis, et id de eis fiat, quod uidebitur consulibus
supradictis. ¶ Et sic semper de tempore in tempus et de
duobus mensibus in duos menses fiat extractio successorum
dominorum priorum, ante exitum dominorum priorum ut dictum est
usque ad sextam decimam dominorum priorum. ¶ [illegible] adueniente
te tempore [illegible] dominorum priorum, in sexta decima [illegible]

dictus dominus capitaneus, vel is qui capitaneatus officium
gereret, consilium suprascriptarum artium faciat congregari ad
penam superius denotatam. Et per ipsos faciat fieri electionem
sexagintaduorum bonorum hominum pro officio dominorum priorum exercendo
per anno tunc proxime venturo incipiendo immediate post finem
officii dominorum priorum tunc presentium, modo et forma superius
declaratis. Et ita de anno in annum ut supradictum est,
postea semper fiat, ita quod nullo tempore predictum officium
predictis officialibus vacet. Et habeant et habere debeant
dicti domini priores pro quolibet eorum et qualibet die qua steterint
in officio prioratus, decem solidos cortonenses sine retentione gabelle.
Et habeant et habere debeant omnes domini priores prefati
qui pro tempore fuerint pro eorum stantiamentis provisionibus
et decretis scribendis unum notarium quem voluerint
et quem ipsi eligerent et eligere possint prout eis placuit.
Ita tamen quod idem notarius sit forensis. Et habeant
et habere debeant dicti domini priores pro servitiis opportu
nis ipsi officio prioratus decem famulos unum coquum
et famulum coqui. Qui decem famuli et coquus
habeant pro eorum salario a comuni unam tunicam valo
ris centum solidorum, tempore cuiuslibet prioratus et duos
solidos cortonenses sine gabella pro qualibet die et pro quolibet
ipsorum famulorum et coqui. Quorum famulorum et coqui
salarium perveniat ad ipsos dictos priores pro expensis ipsorum
famulorum et coqui. Et eis dicti domini priores expensas facere
teneantur. Et teneantur dicti domini priores et notarius continue
de die et de nocte toto tempore dictorum duorum mensium stare
et morari simul residentes in palatio comunis tudertini eorum ha
bitationis. Et teneantur possint et debeant
dicti domini priores qui pro tempore fuerint continue vi
gilare et cogitare et sollicitam curam habere circa
conservationem, defensionem, salutem et augumentum
prosperi tranquilli et pacifici status civitatis et
comitatus tudertini ac populi tudertini eiusdemque libertatis

hominum et iurisdictionis dicti comunis [illegible] ¶ Et ut ci-
vitates [illegible] cuilibet [illegible] de [illegible]
presentent et augeant et ne [illegible] et [illegible]
[illegible] pareant et subsistant ad comune [illegible] comparere
aliam quacumque personam [illegible] comune [illegible] ad [illegible]
Comune [illegible] ¶ Et quod
[illegible] et [illegible] auctoritate [illegible]
[illegible] liberum [illegible]
[illegible] et [illegible] et ple-
num [illegible] arbitrium et [illegible] plenitudine
potestatis quod et quam habet comune [illegible]
statutis [illegible] et ordinamentis [illegible] que fuerint [illegible]
[illegible] ¶ Et quod
[illegible]
[illegible]
[illegible] ordinamentis et [illegible]
[illegible] nulla prohibitione [illegible]
[illegible] et [illegible]
[illegible] capitaneorum
defensorum [illegible] et quoscumque alios officiales [illegible]
[illegible] et penas [illegible] iurisdictionem [illegible]
[illegible] et [illegible]
[illegible]
[illegible]
notis ¶ Et [illegible] et [illegible] et quibuslibet aliis
officialibus [illegible] ordinamenta [illegible]
vel [illegible] aut [illegible]
[illegible]
possit per dictos dominos priores expelli et ab eius officio remo-
veri. ¶ Salvo et excepto quod non possint ipsi domini priores
novam [illegible] movere vel facere aut ordinare [illegible]
vel fiat ¶ Item non possint dicti domini priores [illegible] aliquem
[illegible] vel condempnatum [illegible] maleficio
¶ [illegible] condempnationes tollere vel suspendere.

aliquo modo. Nec possint arramentos cois tuderti offerre
vel aliquam relassare vel ordinare quod relassent vel offerant.
Item non possint concedere represalias alicui contra formam
statuti comunis tuderti. Item non possint sibi vel alicui
ipsorum pro ipsorum proprio et privato comodo seu facto aliquid sta
tuare vel ordinare. Item non possint aliquam datam, mute
tam vel prestantiam imponere in civitate vel comitatu
tuderti vel aliquibus massarijs civibus nobilibus vel subje
tibus civitatis vel comitatus tuderti vel forensibus. Pos
sit tamen dicta mucta et prestantia generalis et specialis
imponi per consilium populi comunis civibus et comitatensibus ac
forensibus possessiones in comitatu tuderti habentibus prout videbitur
dicto consilio populi. Item non possint dicti domini priores ali
qua bona possessiones iura libertates vel iurisdictiones
comunis tuderti vendere donare permutare vel titulo locationis
concedere ultra quam per tempus sex annorum. Nec possint de pe
cunia cois tuderti expendere ultra quantitatem ducentarum libr.
cort. pro quolibet mense eorum prioratus, ducentas tamen libras ex
pendere possint quolibet mense eorum prioratus in utilitatem dicti
comunis prout eis videbitur. Quibus in ipsis ducentis libris
expendendis quolibet mense non intelligant nec veniat ex
pense occurrentes in dicto comuni et que fieri expedirent pro
cartis torchijs candelis et cera que fient pro ipsis per came
rarium dicti comunis, quas expensas non predictas ipsi domini priores
deliberare possint ultra dictas ducentas libr. Item non
possint aliquem massarium comitatus tuderti vel suas possessiones
alibra vel laribus massariorum dicti comitatus facere elevari
vel cancellari. Nec possint ipsum massarium vel suas
possessiones intra cives tudertinos nobiles vel subjugantes vel
ad libram ipsorum civium nobilium vel subjugantium sive in libra
ipsorum civium nobilium vel subjugantium facere scribi vel modo aliquo
applicari. Item non possint nec debeant aliquo modo vel
causa directe vel indirecte seu per obliquum vel alio quocumque
colore quesito vexillum sive confalonem populi tudertini dare.

nec concedere alicui persone de civitate vel comitatu Tud(ertino)
¶ Nec aliquem de civitate vel comitatu Tudertino eligere in con-
falonerium sive vexilliferum comunis et populi Tud(ertini). ¶ Set
ipsum vexillum et confalonem ipsi domini priores semper penes se
et in dicto prioratus officio teneantur et debeant conservare
et manutenere in perpetuum, et contra formam presentis
ordinamenti nichil in hoc casu valeant attemptare. ¶ Con-
trafaciens quilibet ex ipsis dominis prioribus penam [illegible]
librarum cortonensium incurrat, in qua pena sindicus qui ad sindicandum
eos fuerit deputatus debeat condempnare tempore sindicatus quem-
libet priorem qui contrafecerit in predictis. ¶ Teneantur
insuper dicti domini priores credentias eis impositas et que
imposite eis non fuerint si eis videbitur utile pro comuni in se-
creto tenere, silicet spirituales in perpetuum et temporales
ad tempus. Contrafaciens in quinquaginta libris cortonensium vice qualibet
puniatur. ¶ Item nullus dictorum dominorum priorum possit nec de-
beat alicui ex ipsis dominis prioribus dare palluctam suam, nec alicui
eorum comictere vices suas. ¶ Contrafaciens in decem libris vice
qualibet puniatur. ¶ Item dicti domini priores possint et eis li-
ceat reconciliare et ad pacem, unitatem et concordiam reddu-
cere dominos potestatem, capitaneum et alios officiales comunis
Tudertini si aliqua, quod absit, oriretur discordia inter eos. ¶ Et
etiam artes et artifices in predictis et pro predictis eisdem dominis
prioribus obediant et pareant, discordanti pena centum librarum
pro quolibet contrafaciente auferenda. ¶ Item teneantur
dicti domini priores vinculo iuramenti tempore cuiuslibet prioratus
facere murari ad minus duas perticas de muris burgorum civitatis
Tudertini. ¶ Item in quolibet consilio tam generali quam consilio speci-
ali octo ad minus ex ipsis dominis prioribus debeant interesse et in-
tenter audire debeant dicta et consilia illorum qui arengabunt
in aliquo ipsorum consiliorum. ¶ Et si contingeret quod proponeretur
factum alicuius specialis persone sive aliquid quod esset contra comune
quod ipsi domini priores qui tunc in ipso consilio interessent possint
et debeant [illegible] arengare [illegible]

OI. I

Palatij sive domus habitationis talis Rectoris sive officialis
Et quod inventario sit facto et scripto per ipsum notarium assi-
gnent tali Rectori sive officiali res predictas per dictos came-
rarium et notarium. Et postea finito tempore Regi-
minis sive offitij talis Rectoris sive officialis videant ip-
si camerarius et notarius si in ipso palatio sive domo sunt omnes
res per ipsos camerarium et notarium dicto Rectori sive offi-
ciali predicto assignate. Et si aliqua de ipsis rebus defi-
ceret debeat retinere usque ad concurrentem et integram
extimationem talis rei. Et aliter ipsum salarium ca-
merarius sibi solvere non debeat. Nec Notarius ipsius ca-
merarij ipsam solutionem scribat. Et si contrafecerit de
camera de suo proprio persolvat quicquid contra dictam formam
tali Rectori vel officiali solverint restituere teneantur. Et
quod Nichilominus per consilium generale dicti comunis eligantur duo
legales et fideles homines cives durent pro eo tempore et cum
eo salario prout ipsi consilio visum fuerit qui teneantur et
debeant inventarium facere dicto tempore de rebus predictis
et illud in scriptis exibere tali Rectori et officiali [primo die]
introitus sui regiminis sive offitij. Et deinde in fine dicti sui
Regiminis sive offitij res ipsas sibi assignatas facere et si
de ipsis rebus deficere invenerint vel deteriorata [illegible] ea
sibi a tali Rectori sive officiali restitui et emendari faciant.
Et teneantur etiam dicti officiales [illegible] dicta palatia sive domum quo-
tiens expedient reaptari et refici facere expensis dicti comu-
nis et maxime aqueductus sive conductus existentes super tectis
sive introitus dictorum palatiorum.

A Camerarius predictus de [illegible] tali Rectori sive officiali

De candelis et alijs rebus non dandis per cam. officialibus forensibus Rubrica Lxxxvij

Item statuimus quod camerarius dicti comunis [illegible]
non possit nec debeat dare aliquas candelas sepi
vel cere Nec oleum scotias lingna vel paleas
cui Rectori vel officiali forensi dicti comunis aut alicui
familiari vel aliquid aliud ultra suum salarium [seu feudi]

Et si dictus camerarius contrafecerit, condempnetur ad eam
in duplo vere extimationis talis rei. Possit tamen dictus
camerarius sine pena dare atramentum in calamario cuilibet
petenti. Et sergentes pro custodia civitatis Tuderti.

**Ut camerarius communis Tuderti nichil expendat sine bulletta dominorum
priorum populi. Rubrica** LXXXVIII

Item statuimus quod camerarius camere communis Tuderti nullam
expensam facere possit de pecunia ipsius communis absque bul
lecta dominorum priorum populi Tudertini. Salvis aliis capitulis
statuti dicti communis in contrarium loquentibus, que in suis casibus
locum habeant presenti capitulo non obstante.

De honore alicui novo militi faciendo. Rubrica LXXXVIIII

Item statuimus pro honore communis et populi Tudertini quod quotiens
contigerit aliquem de civitate vel comitatu Tuderti velle
honorem militie assumere, camerarius camere communis Tuderti
et de pecunia dicti communis solvere debeat centum libras cortonensium.
Et plus de bonis ipsius communis ei dari, concedi, donari vel
alio titulo in ipsum transferri non valeat quoquomodo. Et
hoc capitulum sit derogatorium omnibus aliis capitulis huius
statuti, et tolli non possit per aliquod consilium dicti communis
nec aliquid in contrarium possit proponi, arengari vel
reformari. Et qui proposuerit contra predicta in quin
gentis libris cortonensium. Et qui arengaverit in tricentis
libris. Et notarius scribens in centum libris cortonensium. Et
quilibet puniatur. Et nichilominus quod in contrarium
fieret non valeat ipso iure.

Ut liceat cuilibet venire ad nundinas. Rubrica LXXXX

Item statuimus quod cuilibet liceat venire ad nundinas
que fient in die festivitatis beati Faustini de mense
Julii, et in die festivitatis beatissime virginis Marie de
mense Augusti, et ire, stare et redire per civitatem
et comitatum Tuderti, ipsis diebus festivis et quinque diebus ante
et quinque post ipsa festa, et quolibet ipsorum, non obstantibus
aliquibus represaliis concessis per commune Tuderti ...

43v

usum dictis temporibus quibuslibet, tam civibus quam forensibus interdicimus. Exceptis exbannitis et condempnatis sive condempnatis tantum dicti comunis pro malo. Sic etiam proditoribus et falsariis et aliis hominibus male conditionis et fame quibus non liceat venire seu stare ad nundinas supradictas. Et quod Potestas civitatis Tuderti teneatur et debeat mictere ad dictas nundinas tam in vigilia quam etiam in die cuiuslibet dictorum festorum unum de suis iudicibus et unum de suis notariis malefitiorum qui stent dictis diebus cum expensis. Nec possit aliquid recipere ab aliqua universitate. Et teneatur dictus iudex ibi facere extendi unum de panzeronibus propinquioris universitatis. Et quod dictus dominus potestas bannum facere teneatur per tres dies ante quodlibet dictorum festorum quod quilibet possit ire licite et impune ad dictas nundinas exceptis personis supra prohibitis. Et quod quilibet portet illuc victualia. Statuimus quod si dicta de causa non mictit bannum per comitatum tunc. Item quod pro parte dicti comunis scribatur comunitatibus circumstantibus et vicinis quod quilibet licite et impune ire possit ad dictas nundinas exceptis personis supra prohibitis. Et liceat cuilibet de ipsis nundinis extrahere mercantias et res alias preter granum et bladum et eas deferre quo cumque voluerint absque aliqua pena non obstante aliquo capitulo statuti dicti comunis quod in contrarium loqueretur.

De nundinis faciendis circa festum sancti Faustini. Rubrica. CCXXXI

Item statuimus quod potestas civitatis Tuderti teneatur proponere ad consilium generale an etiam aliter nundine fiant in comitatu Tuderti circa festum sancti Faustini de estate. Et quicquid per ipsum consilium fuerit ordinatum teneantur executioni mandare.

De consulibus artium et de modo servando in ipsorum electione et in ordinamentis artium. Rubrica. CCXXXII

Item statuimus quod dominus capitaneus populi civitatis Tuderti infra quindecim dies post introitum sui regiminis congregare

faciat omnes homines cuiuslibet artis civitatis tiburtine eligi
faciat eorum consules pro qualibet arte ¶ Cum artifices
teneantur facere dictam electionem infra decem dies a die pre
cepti sibi facti per dictum dominum capitaneum in hunc modum videlicet
licet quod ipsi electioni ad minus debeant interesse due partes
artificum ipsius artis morantium in civitate tiburtina et optinere
debeat saltem per duas partes ipsarum duarum partium dictorum
artificum ad bussulas et pallottas ¶ Statuimus quod nullus
possit nec debeat eligi in consulem alicuius artis qui sit iudex
iuris peritus ¶ Et generaliter nullus possit nec debeat eligi
in consulem alicuius artis qui secundum formam statuti communis tiburtini
non posset esse de consilio populi ¶ De qua electione semper
a dicto capitaneo publica carta fiat ¶ Ita tamen quod electores
a cunctis consulibus cuiuslibet artis ad electionem consulum deputati
ante quam eligant consules iurent electionem ipsam facere bona
fide remotis hodio amore precio premio et timore ¶ Et
nullum in consulem eligere qui in dicta civitate non exerceat
vel diu et continue ipsam artem ¶ Et generaliter nullum
eligere contra formam presentis capituli ¶ Providentes quod
artifices alicuius artis non possint nec debeant aliquem
recipere seu scribi facere in matricula seu inter artifices ipsius
artis qui per se vel diu et continue non exerceat ipsam artem in ci
vitate predicta ¶ Et qui preter vel contra formam predictam
fuerit in consulem seu pro consule electus vel pro artifice sptu
pro consule vel artifice [illegible] ne habeatur ¶ Item quod quicumque
fuerit electus in consulem alicuius artis non possit nec debeat
eligi nec esse consul ipsius artis a die finis eius consulatus
usque ad unum annum tunc proxime secuturum ¶ Et quod
quelibet ars possit cum suis consulibus sibi ordinamenta fa
cere que sibi viderint expedire et in eis ordinare penam
usque in quantum solidorum centum et non ad plus ¶ Et hoc intelligatur
de illis artibus quarum consules debent electioni dominorum priorum
populi interesse ¶ Que ordinamenta et pene ligent
tantum homines sue artis ¶ Dummodo non fiant contra

publicam utilitatem vel contra eos bonum statum civitatis tud.
Et dummodo ipsa ordinamenta prius fuerint approbata prout in
ferius declarabitur   Et quod consules cuiuslibet artis possint
se adunare et precipere banitoribus et banitis comunis [illegible]
quod baniat et requirant homines ipsarum artium quotiens eis
visum fuerit expedire   Et ipsi banitores et baniti ipsis
consulibus predictis debeant obedire   Et consules ipsarum
artium sint de consilio generali dicti comunis et ipsi consu
les debeant interesse et habeant vocem in dicto consilio si
cut alii consiliarii non obstante quod scripti non sint in numero
ipsorum consiliariorum   Et semper quando banitur ipsum con
silium generale expresse et alta voce dicatur in ipso bani
mento quod ipsi consules venire debeant ad ipsum consilium
Et quilibet obedire debeat consulibus sue artis   Et
qui inobediens fuerit puniri possit a consulibus artis sue
a quadraginta soldis infra prout qualitas inobedientie
et persone condictio talis inobedientis exigeret ad arbitrium
ipsorum consulum vel duorum ex eis adminus   Salva ma
iori pena que esset ordinata per formam ordinamentorum
ipsius artis de huiusmodi inobedientia   Preterea
nullus secundum formam statuti dicti comunis pro magnate habitus
et potente   Item qui non fuerit origine tudertinus
Sive subiectus in civilibus et criminalibus comuni tuderti
Item qui vel cuius pater vel avus paternus fuerit allibratus
inter comitatenses massarios vel repertus inter lares
comitatus tuderti possit esse consul alicuius artis   Et si
preter vel contra predictam formam eligeretur ipsa electio
ipso iure sit nulla.   Et nichilominus ipsi electores
in libris viginti quinque pro quolibet eorum puniantur   Et
insuper talis electus si ipsum officium acceptaverit pena simili
puniatur et ab ipso officio repellatur   Item quod consules dictarum
artium teneantur et debeant singulis annis de mense ianuarii
vel febr. ipsorum ordinamenta producere coram dominis
Prioribus qui pro tempore fuerint confirmanda ut in

45

firmanda, per ipsos dominos priores prout eis videbitur convenire infra mensem, a die productionis ipsorum ordinamentorum in antea numerandum. ¶ Et quod ipsa ordinamenta que per ipsos dominos Priores approbata et confirmata fuerint per totum ipsum annum ex die approbationis ipsorum in antea computandum, obtineat roboris firmitatem. ¶ Item quod Potestas et capitaneus et ipsorum Judices et quilibet eorum qui inde fuerit requisitus vinculo iuramenti et ad penam centum librarum denariorum, teneantur ipsa ordinamenta facere observari et executioni mandare ad requisitionem ipsorum consulum omnibus remediis oportunis. ¶ Item quod quelibet ars teneatur habere copiam presentis capituli. ¶ Et quod predicta omnia quolibet anno de mense January infra quintam diem dicti potestas et capitaneus publice banniri faciant ad duas tubas per civitatem Tuderti in locis consuetis

Quod quelibet ars possit habere passum et stateram. Rubrica Lxxxvii

Item quod quelibet ars civitatis Tuderti possit habere passum et stateram, dummodo iusta et sigillata. ¶ Et teneantur Potestas et capitaneus mictere cum notarios ad videndum ipsos passus et stateras cum consulibus cuiuslibet artis per se, ac etiam cogere teneantur consules mercatorum ut adequent pondus floren auri et ad iustum pondus reducant.

Quando et pro quo consules artium vadant ad rogandum Potestatem et capitaneum. Rubrica Lxxxviii.

Item statuimus quod consules cuiuslibet artis civitatis Tuderti teneantur et debeant, prima ebdomada introitus regiminis cuiuslibet Potestatis sive capitanei civitatis Tuderti et officiy dominorum priorum populi Tudertis congregari facere in loco ubi eis placuerit, homines eorum artis et cum aliquibus ex eis quos voluerint ire debeant ad ipsos Potestatem et capitaneum ad rogandum eos quod habeant curam sollicitam et attentam circa statum pacificum civitatis Tuderti et circa conservationem et manutentionem officiy dominorum priorum et libertatum, iurisdictionum ... officiy. ¶ Et quod similiter pre...
... ad eorum obsequia offerant

45v

De iurando cum qui inciderit in excomunicationem pro factis comunis Tuderti. Rubrica. LXXXXV

Item constitutum quod siquis inciderit in excomunicationem pro aliquo facto comunis Tuderti seu eius occasione potestas civitatis Tuderti et ipsum comune teneantur et debeant iurare ipsum expensis dicti comunis ut de ipsa extrahatur.

De electione et officio baiulorum et de promissis et prohibitis eisdem. Rubrica. LXXXXVI.

Item constitutum quod per electores ad hoc per dominos priores ipsius civitatis deputandos eligantur centum baiuli. Ita tamen quod ipsi electores non possint nec debeant ad ipsum officium baiulatus eligere aliquem forensem. Nec aliquem artificem qui scriptus fuerit in matricula alicuius artis civitatis Tuderti. Nec aliquem laboratorem qui laboret alienas possessiones que sint ad mensuram comunis Tuderti ultra duos quartigos. Item quod dicti baiuli possint accipere pro eorum salario et viatico infrascriptas pecunie quantitates videlicet pro qualibet citatione vel alia ambasciata quam fecerint in civitate burgis vel suburgis Tuderti unum denarium. Et extra dictam civitatem burgos et suburgos a signatis infra sex denarios. Et extra dictas signatas ultra dictos sex denarios possint accipere pro eorum viatico usque ad montes et flumen quolibet sex alios denarios. Et a dictis montibus et flumine ultra possint accipere decem et octo denarios tantum. Contrafaciens puniatur vice qualibet in viginti solidis et statim simplici verbo accusantis. Et nichilominus quod eidem indebite extorserint in duplum ei restituere compellatur et compelli possit ad petitionem talis gravati per quemcumque rectorem seu officialem dicti comunis iurisdictionem habentem qui de hoc fuerit requisitus. Et hoc intelligatur sive requisiverint unum vel plures in una et eadem domo sive in eodem castro vel villa pro una et eadem persona. Que etiam locum habeant sive unus sive plures baiuli sive plures ad petitionem eiusdem persone iverint sive iverint dictis de causis vel aliqua earum [illegible]

ut inter omnes in huiusmodi casibus tantum percipiant quantum
deberet percipere unus solus ipsorum et non plus sub pena
predicta pro quolibet eorum contrafaciente. Pro tenuta
vero accipere possint dumtaxat duplum dicte quantitatis
secundum varietatem et distinctionem locorum predictorum.
Si vero aliquis baiulus fecerit aliquam ambaxiatam
extra districtum Tuderti, siquidem pro facto ipsius comunis
habeat pro qualibet die quatuor solidos. Et si pro facto ali-
cuius specialis persone tres solidos. Et si custodierit
aliquam personam de mandato alicuius officialis habeat
pro qualibet die decem et octo denarios, et habeat prout contigerit
pro rata diei ad rationem predictam. Quando autem iret
ad picchiandum sive fodiendum domum alicuius pro facto dicti
comunis nichil habeat ab ipso comuni neque ab illo cuius esset
ipsa domus. Et non possint facere fieri aliquam citationem
eis iniunctam per aliquam interpositam personam sub pena viginti
solidorum pro quolibet eorum contrafaciente et qualibet vice. Item
non possint renuere aliquam ambaxiatam eis impositam
per aliquem iudicem vel officialem dicti comunis que peteretur
per eos fieri ab aliquo cive vel comitatense Tuderti sub dicta
pena. Quam quidem ambaxiatam etiam teneantur
referre rectori seu officiali cuius mandato talem ambaxiatam
fecerint ad petitionem illius qui eam fieri impetravit.
Item si alicui baiulo commissus fuerit aliquis ad custodiendum
et ei aufugerit puniatur arbitrio potestatis vel capitanei
seu alterius locum alicuius eorum tenentis. Item nullus
baiulus comunis Tuderti cum iret ad fodiendum sive pic-
chiandum domum alicuius pro aliqua pecunia exigenda
in favorem et ad petitionem alicuius private persone de-
beat accipere ultra duodecim denarios pro qualibet die
in civitate Tuderti et in eius comitatu ultra duos solidos sub
pena viginti solidorum. Item nullus baiulus possit acci-
pere aliqua ferramenta sive instrumenta cum quibus la-
borant vel boves aratores vel aliquem pannum deputatum

ad usum lecti seu aliqua protocolla sive scripturas quascumque
notariorum sive cassam in qua erunt seu catenam vel ca-
tenellas seu aliquam vestem alicuius mulieris ¶ Aut in-
trare in cameram alicuius persone pro suo viatico sive pro aliqua
tenuta danda vel pignore accipiendo quacumque de causa ¶ Et de hoc
statur iuramento cuilibet cui interfuit vel alicuius de sua familia cui
tale bannum detulerit de predictis vel aliquo predictorum coram quocumque
Rectore vel officiali forensi dicti comunis iurisdictionem habente. Ba-
iulus vero contrafaciens puniatur in infrascriptis penis videlicet
pro introytu camere in solidis viginti pro quolibet bove aratorio in
solidis decem et pro quolibet de predictis aliis rebus in solidis quin-
que(?) ¶ Item quod dicti baiuli quolibet die dominico et feriato
ad honorem dei debeant continue stare in palatio potestatis et capita-
nei ad ipsorum voluntatem ¶ Item omnes baiuli comunis Tuderti te-
neantur et debeant venire ad palatium ipsius comunis ad sonum
campanelle ordinate pro iure reddendo quandocumque pulsaretur
de die vel de nocte nisi tunc fuerint extra civitatem burgos
et suburgos Tuderti ¶ Et qui contrafecerint si de die in
duodecim denariis, si de nocte in duobus solidis denariorum puniatur ¶ Item
de dicto palatio non discedant sine licentia [illegible] pena ¶ Item
pignora que acceperint ipsi baiuli ab aliquo causa vel [illegible]
quacumque assignare teneantur camerariis [illegible] ad ipsum
officium positis et electis infra tertium diem si in civitate Tuderti
ea acceperint. Et infra octo dies si in comitatu Tuderti acce-
perint sub pena viginti solidorum pro quolibet contrafaciente et qua-
libet vice ¶ Et [illegible] penam officialis ad cuius servitium talis
baiulus fuerit deputatus eundem de facto ad solvendum compellat(?)
¶ Et nullus baiulus possit mictere catenam nisi mandato
potestatis capitanei vel alicuius iudicis malleficiorum ¶ Et si aliquis
alius officialis faceret contra predicta puniatur [illegible]
¶ Et omnes et singuli baiuli dicti comunis habere et deferre teneantur
continue cum vadunt ad aliquod ipsorum officium exercendum
super eorum capitibus publice et palam birretos seu
capputeos coloris [illegible] discoopertos [illegible]

tantum et cum signis debitis et [illegible] illius officialis cuius
curie officium fuerint deputati. Contrafaciens vero in
aliquo predictorum, penam decem solidorum qualibet vice incurrat et
marritat, cuius pene medietas deveniat in comune Tuderti et
alia perveniat ad ipsius Baiuli accusatorem seu denuptiatorem.
Et quod ad dictam accusationem et denuptiationem quilibet admictatur.
Et in dicto casu stetur et credatur sacramento accusatoris
seu denuptiatoris predicti cum uno teste de visu. Et quod
officialis ad cuius curie servitium talis Baiulus contrafaciens
fuerit deputatus ipsum Baiulum compellat ad ipsam penam
solvendam de facto mota fuerit premissorum. Et quilibet
Baiulus quando ire contingeret [illegible] Tuderti causa pignorandi
aliquem, debeat portare in scriptis nomen illius vel illorum
ad quem vel quos pignorandum micteretur et nomen officialis
sibi mandantis ipsam pignorationem fieri et causam quare
ipsa pignoratio mandatur fieri et nomen ipsius Baiuli
pignorantis et quantitatem quam recipere debet pro
suo viatico. Et ipsam cedulam predicta omnia continentem
relinquere, teneat et debeat apud ipsum pignoratum. Et
si aliter pignoraret in viginti solidis vice qualibet puniatur.
Et quilibet liceat et impune possit tali Baiulo preter
vel contra dictam formam ipsum pignorantem pignus suum
contradicere et auferre. Et insuper officialis qui preter
vel contra dictam formam aliquem pignorari mandaret
puniatur vice qualibet in decem libris. Et quod dictorum
Baiulorum relationibus intitationibus executionibus et aliis
ad eorum officium pertinentibus credatur, et stetur.

Quod Baiuli comunis Tuderti teneantur obedire domino Episcopo
Tudertino etc. Lxxxxvii

Item statuimus quod omnes Baiuli comunis Tuderti teneantur
obedire domino Episcopo Tudertino et eius vicario in hiis que ad
eorum officium pertinent ad ipsorum domini Episcopi et sui vicarii
beneplacitum et mandatum in omnibus et circa omnia
pertinentia ad officium Baiulatus.

De cassatione quorundam Baiulorum Rubrica. Lxxxxviij

Cum prout in civitate et comitatu Florentie notum esse dignoscitur, Infrascripti olim Baiuli civitatis dicte, propter eorum protervitates quamplurimos districtuales civitatis et comitatus sepissime, sub pretestu et colore dicti quondam eorum officii Baiulatus iniuste et enormiter vexaverunt et gravaverunt, Et verisimiliter timeatur et suspicetur, ne de cetero si in dicto Baiulatus officio tollerentur modo simili ipsos cives et comitatinos gravent et vexent. Idcirco ad evitandum predicta, pro indempnitate statuentes, quod ipsi infrascripti olim Baiuli, de cetero ipsum Baiulatus officium nequeant exercere in civitate vel comitatu dicto, infra decem annos continuos inceptos olim in anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo tertio, Indictione undecima, die vigesimo sexto mensis martii. Et quod per totum dictum tempus ab ipso officio Baiulatus penitus excludantur, Nec ad ipsum officium infra dictum tempus eligi vel assumi valeant aliquo modo sub pena librarum viginti quinque denariorum, contra quemlibet eorum contrafacientem et pro qualibet vice.

Quorum quidem Baiulorum nomina sunt hec videlicet.

Marescalchus Pieri
Amicus Nevecte
Cobuccius Anetrollo
Picius et Jacobellus Russelli
Balducius
Petrus Panecte
Cellus Vitalis
Petrus Macati
Nutus congnatus Ceppe
Raimondus de Burellone
Franceschinus Potis
Marinus Plenuti de Tractus
Bellacortius Farris
Franciscus Andree
Nicolaus Andreuti alias Ceppa
Bostus Anglelli
Lellus Agantis
Donatus Agantis
Nicolaus Marinus Bocche
Nicolaus Pungnam
Torsus Civii
Cellus Lontam
Andreuccius Baymicoli
Robertus de Castigno
Lambertucius Bengalli alias Biccocame

De salario nuptiorum et spiarum. Rubrica. LXXXXVIII

Item statutum est quod nullus qui fuerit missus pro exploratore sive spia ad aliquem locum ex parte communis Tuderti, possit habere ab ipso communi pro suo salario seu viatico ultra sex solidos pro qualibet die.

De electione et officio tubatorum, campanarii et cerambelle. Rubrica. C

Item statutum est quod potestas et commune Tuderti eligant quatuor tubatores, unus campanarius et unus cerambella. Qui tubatores et cerambella habeant et habere debeant pro eorum salario viginti quinque libras cortonenses pro quolibet eorum et quolibet anno. Et robbam intermezzatam valoris quindecim librarum pro qualibet robba. Quas teneant et debeant portare et eas non vendere nec pingnorare nec aliter alienare infra ipsum annum sub pena centum solidorum pro quolibet eorum contrafaciente. Et duo ex dictis tubatoribus habeant et habere debeant equos, silicet unum pro quolibet, et cum ipsis equis teneantur servire dicto communi. Et habeant et habere debeant pro eorum salario sive cavallata pro predictis equis, ultra supradictum salarium eis concessum, quatraginta libras cortonenses pro quolibet eorum et pro quolibet anno. Et incipiat dicta cavallata die quo ipsi assignabunt dicto communi ipsos equos. Et solvatur eis dictum salarium sive cavallata pro equis pro rata temporis quo ipsos equos retinuerint et aliter non. Campanarius vero habeat et habere debeat pro suo salario viginti solidos cortonenses pro quolibet mense et robbam pro quolibet anno similem aliis et eiusdem valoris ut tubatores et cerambella. Item quod quilibet ipsorum portet et portare teneatur et debeat signum sui officii, videlicet tubatores tubas, cerambella carabellam, campanarius campanam in summitate capputei vel birreti, ita quod ab omnibus videantur sub dicta pena. Et non habeant nec habere possint aliquas sportas a dicto communi. Et non recipiant nec recipere possint nec debeant ab aliqua persona ultra quatuor denarios pro quolibet bannimento quod ad alicuius specialis persone petitionem fecerint sub pena viginti solidorum cortonensium

pro quolibet eorum contrafaciente et pro qualibet vice. Item
quod nullus tubator seu bannitor dicti comunis locet advertim
seu alio modo comodet vel concedat alicui persone equum
quem retinet pro dicto suo officio exercendo ins[ua]tum dicti
comunis sine licentia dominorum priorum populi tudertini. Contrafa
ciens perdat salarium unius mensis quod ab ipso comune percipere debet pro
retentione et cavallata dicti equi quod salarium camerarius comunis
dicti comunis apud se pro dicto comuni retinere teneatur. Solutio
autem eorum debitorum fieri sine retentione ... salle.

In quibus locis civitatis fiant banimenta per banitores. Rubrica ... c7

Item statutum quod tubatores comunis tuderti ... quotiens eis vel alicui ... fuerit per dominos potestatem
vel capitaneum quod bannant comunis ... vel consilium
ipsi debeant ipsa banimenta facere in locis singulis civitatis
tudertini consuetis et ... locis burgorum ... plane et
burgi non ad minus ad penam quinque solidorum pro qualibet eorum
contrafaciente et qualibet vice. Et talem contrafacientem
quilibet valeat ... et ... dicte pene dimidiam
lucraturus que ... vel ... pervenerit in ca
meram dicti comunis. Et quod duo ex dictis tubatoribus
ad minus stare continue debeant in palatio dicti comunis.

De intitulatione cuiusdam libri reformationum reperti in archivio comunis
tuderti et de approbatione scripturarum stantium in ipso. cy

Cum in marchivio comunis tuderti reperiatur quidem liber
scriptus manu ser francisci Nery de burgo sancti sepulcri olim
et tunc notarii reformationum dicti comunis in quo apparet
reformationes consiliorum centum et adiunctorum dicti comunis et
dominorum vigintiquatuor secreti consilii domini centum et adiunctorum
Et alie provisiones et scripture facte tempore sapie
ntis viri domini ... de burgo olim et tunc defensoris dicti
comunis. Et ... apparet in eo auctoritas
data dominis duodecim conservatoribus pacifici status civitatis
tuderti sub die decimanona mensis Junii. Cum liber in veritate
sit et compilatus fuit in anno domini millesimo trecentesimo

decimonono indictione secunda tempore domini Johannis pape xxij
[illegible] et per alios libros et scripturas factos et factas manu dicti notarii
tam precedentes concessionem dicte auctoritatis quam etiam
sequentes manifeste colligitur. Et quia dicto libro non [illegible]
nec in eo appareat millesimus indictio vel tempus [illegible]
compilationis ipsius libri, quod posset redundare in grave
preiudicium et lesionem iurium dicti comunis et multarum
singularum personarum, maxime propter utiles provisiones factas
per illos duodecim bonos viros deputatos ad officio tractature
et mentio fit in dicto libro et per alias scripturas scriptas
in dicto libro. Eidem volentes defectui huiusmodi providere
pro evidenti utilitate dicti comunis statuimus ut dicte
provisiones et alie scripture contente in dicto libro non possit
dicta de causa vel alia huiusmodi vitiari vel impugnari
statuimus quod predictis vel aliquibus huiusmodi defectibus
nequaquam obstantibus dicto libro et omnibus scripturis
in eo contentis detur in omnibus et per omnia plena fides
tamquam scripto facto et compilato in anno domini millesimo trecen-
tesimo decimonono indictione secunda tempore domini Johannis pape
vigesimisecundi. Et quod vigore ac fictione presentis capitu-
li dictus liber habeat et haberi debeat ac si intitulatus
esset sub dicto millesimo et taliter prout de iure requiritur.
Et quod ob dictum defectum vel alium huiusmodi nichil in
contrarium possit per quascumque personam opponi vel allegari
Et tales opponens vel allegans minime audiatur nec audiri
possit vel debeat per aliquem rectorem vel officialem dicti comunis

De confirmatione quorundam ordinamentorum factorum — Cij.

n Item statuimus quod ordinamenta contenta [illegible] infra sit aliqualis
momento habeant illam roboris firmitatem quam habebant
ante presentis statuti confectionem videlicet quoddam
ordinamentum et decretum factum per officium dominorum duo-
decim olim consulum [illegible] pacifici status civitatis tuderti
quod sic incipit congregati et adunati domini duodecim su-
pradicti etc. Et similiter per non factis penitus habeant

49v

scriptum man(u) Damiani Venturelle notarii tunc ipsorum dominorum
di[...] in millesimo trecentesimo vigesimo sexto die oct[avo]
Januarii Item aliud ordinamentum et decretum factum per
ipsos dominos duodecim quod incipit In nomine domini amen. Cum
[...] gubernatoribus rei publice etc. Et finit de-
[...] executioni mandari aliquo non obstante. Scriptum
manu dicti notarii indicto millesimo die vigesimoprimo Jan[uarii]
Item aliud ordinamentum et decretum factum per ipsos dominos
duodecim quod incipit Congregati et adunati et etc.
et finit quam melius potuerunt scriptum manu Francisci Leoni tunc
notarii dominorum duodecim in millesimo trecentesimo vigesimo
septimo die vigesimoquinto Januarii Item aliud
ordinamentum et decretum factum per dominos octo olim et
tunc consiliatores [...] pacifici status comunis quod incipit
Item congregati et adunati etc. Et finit [...]
comunis scriptum manu Bartoli [...] tunc notarii dictorum
dominorum octo in millesimo trecentesimo vigesimo [...] die
vigesimoquinto mensis [...] Item aliud ordina-
mentum sive decretum factum per officium dictorum dominorum octo
pro domina Clara [...] de [...] et [...] Con-
gregati et adunati supradicti domini octo [...]
alios duos quartingos [...] scriptum [...] Petri Bucy tunc
notarii dictorum dominorum octo in millesimo trecentesimo trigesimo
quarto die quintodecimo Junii Item aliud ordinamentum
et decretum factum per dictum officium dominorum octo pro
dicta domina Clara quod incipit Item eodem modo et etc.
Et finit sub dictis penis scriptum manu dicti Petri notarii
indicto millesimo et die Item quoddam aliud ordinamentum
factum per officium dictorum dominorum octo pro suprastantibus ad ordi-
nandum domos officii ipsorum dominorum octo scriptum manu Pe-
tri Bucy tunc notarii [...] dominorum octo et de fonte novo
porte fratte scriptum manu Johannis [...] notarii Item aliud
ordinamentum factum per officium dictorum dominorum octo in
favorem universitatis et hominum castri franchi sup[er] [...]

pactorum habitorum inter sindicum dicti Comunis et sindicum
et homines dicti castri scriptum manu Petri Nutij notarii in millesimo
trecentesimo trigesimo sexto die nona aprelis. Item aliud
ordinamentum factum per officium dictorum dominorum octo pro ha
bendis duobus milibus famulis in comitatu scriptum manu Da
miani Venturelle notarii tunc ipsorum dominorum octo in millesimo
trecentesimo trigesimo quinto die vigesimo sexto Januarij. Item
aliud ordinamentum de dicta materia scriptum manu dicti notarii
dictis anno et die. Item aliud ordinamentum factum per
officium dictorum dominorum octo pro dominabus Gita et Claricia
de castro Francho quod incipit Congregati et adunati su
prascripti domini octo etc. Et finit auctoritate presentis de
creti et etc. scriptum manu Jacobi quondam Simucij Jacobi notarii tunc
ipsorum dominorum octo in millesimo trecentesimo trigesimo quarto
die vigesimo [illegible]. Item quedam cita et quedam
declaratio facte per dictum officium dominorum octo ad petitionem
domine Santesis scriptum manu dicti Jacobi notarii [illegible] anno
de mensibus Julij et Augusti. Item aliud ordinamentum
et provisio facta per dictum officium dominorum octo contra Mas
seum Maste de villa vallis longe comitatus Tuderti et filios
ipsius Massei quod incipit Congregati et adunati suprascripti
domini octo et cetera. Et finit per familiarem dominorum octo scriptum manu
dicti notarii dicto anno de mense Augusti.

**Quod reformationes facte super reconciliatione facta cum in
trinsecis debeant observari. Rubrica.** Cuij.

Item statuimus quod omnes et singule reformationes provisiones
decreta et ordinamenta loquentia de [illegible] Baylia et iurisdictione
[illegible] consilij ipsius populi et dominorum priorum dicti populi. Et super
negotio reconciliationis facte per comune Tuderti cum extrinsecis
olim dicti comunis ac etiam instrumentum pacis reconciliationis
scriptum manu Jacobi Simucij et Dominici magistri Tudini notariorum
de Tuderto. Et omnia contenta in predictis et quolibet predictorum
observentur et observari debeant a civibus et comitatinis Tuderti
pro legibus et statutis dicti comunis.

M. I.

De approbatione statuti compilati per dominum Parochiam

Rta   .C.

Item cum quoddam volumen statutorum comunis Tuderti continens in sui principio duo folia et quatuordecim quaternos et unum ternum incipiens in nigro. Mons [illegible] sana mortalium avaritie supplicium morbi et [illegible] in nigro finiens, Item statuimus et ordinamus quod si aliqua statuta in presenti statuto sint vel erunt condita et [illegible] omnia et singula capitula in dicto volumine comprehensa, de novo edita et composita fuerunt per sapientem virum dominum Parochiam de Ulteriis legum doctorem et providos viros videlicet dominum Raynonum Nertoli [illegible], Polellum Angeluty, Sebastianum [illegible], Johannem domini Salamonis, [illegible] Bartoluty, Lellum [illegible], [illegible] Anibaldi, Robertum [illegible], Lippum Francisci, Angelellum Andreutii et Johannem [illegible] sub anno domini millesimo trecentesimo vigesimo quinto indictione septima, tempore domini Johannis pape vigesimi secundi de mense [illegible] et [illegible] dictum statutum et omnia et singula capitula in dicto volumine comprehensa de [illegible] mensis novembris tunc proxime subsequentis vires legum statutarum dicti comunis ceperunt optinere et ab inde in antea usque [illegible] vigesimum [illegible] mensis augusti millesimi trecentesimi vigesimi sexti indictione nona pro veris et legitimis statutis et legibus dicti comunis in civitate Tuderti fuerunt observata.

Et [illegible] predicta et alia sollempnia que requiruntur et circa predicta [illegible] forma [illegible] seu statuta [illegible] tunc opportuna ea [illegible] necessaria [illegible] apparent [illegible] de predictis legitime nobis constat.

Ideirco ne [illegible] sive occasionibus [illegible] aliqua circa de dictis statutis in dicto volumine comprehensis aliquid imposterum dubitari [illegible] quod in grave dampnum et preiudicium dicti comunis et [illegible] specialium personarum civitatis et comitatus Tuderti posset de facili redundare, providentes utilitati et comodo dicti comunis [illegible] singularium personarum eiusdem, hac lege imperpetuum [illegible] statuimus, decernimus et declaramus omnia et singula predicta [illegible] statuta in dicto volumine contenta [illegible] et fictione presentis capituli haberi et reputari debuisse atque debere pro veris validis et legitimis statutis dicti comunis [illegible]

2

dicto tempore quod fluxit, a dicto die sexto dicti mensis novembris anni
1324 predicti millesimi trecentesimi vigesimi quarti, usque ad dictam diem
vigesimam secundam mensis augusti, alterius dicti millesimi trecente-
simi vigesimi sexti non obstante quod de potestate et baylia dictorum potestatum
contemptum, neque de tempore compositionis, publicationis et con-
firmationis dictorum statutorum, et de aliis sollempnitatibus opportunis
nequaquam appareat. Et quod contra dicta capitula dictorum statutorum
in dicto volumine comprehensa dictis de causis vel aliqua earum
nulla decetero oppositio vel allegatio aliqua in contrarium fieri
vel opponi per quacumque personam valeat quoquomodo. Et
quod nullus rector seu officialis dicti comunis talem opponentem
vel allegantem audiat vel admictat, nec audire vel admictere
valeat non obstantibus aliquo iure canonico vel civili seu
aliquibus capitulis statutorum dicti comunis in contrarium loquentibus, quibus
omnibus, quatenus presenti capitulo in aliquo contradicerent, vo-
lumus per presens capitulum derogari.

De eo qui occupaverit possessiones montis marte. Rubrica. Con.

Item statuimus quod quicumque occupaverit vel occupatas retinet
de terris et possessionibus montis marte positis infra confines con-
tentos in instrumento venditionis inde facte per sindicum comunis per sin-
dicum comunis tuderti, teneatur et debeat quicquid occupaverit
libere restituere et relaxare ac eidem comunitati, dicti loci et com-
[illegible] mote de tali re sive possessionibus infra decem dies a die precepti
sibi facti numerandos computandos ad penam quinquaginta librarum
cortonensium. Et nichilominus quidem preceptum tali contrafacienti po-
testas civitatis tuderti, postquam predicta sibi fuerint intimata et
liquidata, facere teneatur. Et eadem pena similiter puniatur
quicumque tali contrafacienti, quominus dictam restitutionem et
relaxationem faceret, favorem prestiterit, auxilium consilium et
favorem. Et ceterum si talis contrafaciens non esset subiectus
in civilibus et criminalibus iurisdictioni comunis tuderti, cogatur
pro eo proximior eius consanguineus dicte iurisdictioni sub-
iectus ad solvendum dictam penam et ad observandum omnia

51v

supradicta Et hec omnia potestas teneatur executioni mandare
ad penam quinquaginta librarum cortonensium Et ab hiis que
dictus dominus potestas fecerit in predictis vel aliquo predictorum appel-
lari vel recurri non possit Et nichilominus contrafaciens
in appellando vel recurrendo penam quinquaginta librarum cortonensium
ipso facto incurrat.

De casalenis communis tuderti sitis in castro casalte et
alium occupatis recuperandis Rubrica. Cvi.

Item statutum quod potestas civitatis tuderti teneatur per quamcumque
de casalenis que commune tuderti habet in castro casalte vel
in aliquo alio castro vel loco comitatus tuderti Et si invenerit
ea occupata ipsa faciat relaxari et ipsi communi restitui Et
nichilominus occupantem in libris decem condempnet.

Ut cuilibet liceat offendere forenses delinquentes in
territorio apparute et ponpognani Rubrica Cvii.

Item statutum quod quilibet forensis qui furtum incendium
rapinam robariam aut aliquod aliud malum commiserit infra
territoria sive confinia castrorum apparute et ponpognani communis
tuderti vel alicuius eorum possit in dictis territoriis sive confinibus
et quolibet eorum inpune offendi in persona et rebus ab omnibus et
singulis qui in dictis territoriis sive confinibus vel eorum aliquo ab
eis taliter offensi seu dampnificati fuerint Et ab omnibus
et singulis ibidem terras vel possessiones habentibus Et
ab ipsarum terrarum laboratoribus ac etiam a familiaribus qui
starent in dictis locis ad servitium alicuius predictorum ibidem terras
sive possessiones habentium Si quis autem hostiliter
seu per modum alicuius incursionis sive cavalcate potenter
irruerit sive accesserit super dicta territoria sive confinia vel
aliquod eorum et ibi aliquod malum perpetraverit, eo casu
inpune liceat offensis et aliis omnibus qui cum eis vel in eorum
servitium irent seu mictarent vel erunt predictos malefactores
et quemlibet eorum persequi et fugare, etiam cum rebus intervallo
tam in dictis territoriis sive confinibus quam extra, dummodo infra
districtum et territorium tuderti et eos et quemlibet eorum inpune

4

offendendo et offendi faciendo in personis et rebus. ¶ Et ipsa tamen [illegible] possint de predictis a dictis prioribus populi tudertini qui pro tempore fuerint. ¶ Quam quidem sententiam dicti domini priores ad requisitionem habentium [illegible] possessiones unicuique iuramenti et [illegible] [illegible] per quolibet eorum contrafaciente immediate post quam predicta querela exposita fuerit coram eis condempnare teneantur ad petitionem cuiuslibet cuius interfit.

Quod proponatur in consilio populi de facto pontis Pompognani et apparitie. Rubrica — Cviiij

Item statuimus quod domini priores populi tudertini qui pro tempore fuerint teneantur et debeant ad minus semel in anno de mense maii facere fieri propositam in consilio populi dicte civitatis quid sit agendum per dictum [illegible] [illegible] actatione et reparatione pontis Pompognani et apparitie. Et de hoc ut possessiones existentes in terminis dictorum locorum seu aliquorum [illegible] pertinentes ad cives sive comitatenses tudertinos [illegible] et pacifice laborentur, colantur et fructentur. Et quicquid per ipsum consilium deliberabitur executioni mandetur.

Benigno

Quod porta sita iuxta sanctum Benignum non aperiatur. Rubrica — .CX.

Item statuimus quod porta sive sportellus existens in circuitu civitatis [illegible] prope monasterium sancti Benigni taliter teneatur et affirmetur clausa et murata et clausus et muratus cum lapidibus arena et calce eius grossitudinis cuius est dictus murus, et quod non possit de cetero aperiri nisi de voluntate consilii populi tudertini.

52v

De pena sotiantis Nobilem venientem de foris contra infra scriptam formam. Rubrica. — Rca. lxxvi

d. Item statuimus quod nullus sotiet aliquem Nobilem et potentem virum venientem ad Civitatem tuderti de extra dictam Civitatem ultra quam cum decem viris cum ipso sotiante in dicto numero computato. Nec ipsum apud hospitium vel locum in quo talis Nobilis et potens se receptaret vel accessisset cum aliqua gentium quantitate ultra dictum numerum. Contrafaciens vero in decem libris cortonensium in quolibet dictorum casuum vice qualibet puniatur.

De pena facientis aliquam requisitionem gentium contra infra scriptam formam. Rca. lxxvii

e. Item statuimus quod nullus convocet vel requirat per se vel per interpositam personam in Civitate vel Comitatu tuderti ultra quam decem homines aliqua de causa sine licentia dominorum priorum populi tudertini. Preter quam ubi de aliquorum sponsalium sive alicuius matrimonii contrahendi sive alicuius funeris aut causa eo faciendi aliquam ultimam voluntatem, sive occasione alicuius operis vel laborerii vel aliqua alia occasione per forma alicuius capituli statuti dicti comunis permissa. Contrafaciens vero vice qualibet pro quolibet homine ultra dictum numerum convocato vel requisito contra formam predictam in decem libris cortonensium puniatur. Nuntius autem qui de alterius mandato talem convocationem sive requisitionem fecerit contra formam predictam in Centum ~~soldis cortonensium pro quolibet quem contra formam predictam~~ convocaverit vel requisiverit puniatur. Taliter autem convocatus sive requisitus nisi ea die vel sequenti illud notificaverit dominis prioribus predictis vice qualibet in decem libris cortonensium puniatur. Si vero notificaverit eius nomen in credentia teneatur et ab ipsa pena totaliter sit exemptus. Volumus insuper quod sindici Castrorum et villarum Comitatus tuderti ea die vel saltem die proxima subsequenti qua scieverint vel verisimiliter scire potuerint et debuerint quod in castro vel villa cuius aliquis eorum erit sindicus aliquis extiterit contra formam presentis capituli convocatus vel requisitus, illud in scriptis denuntiare et referre debeant domino potestati vel capitaneo Civitatis predicte aut dictis dominis prioribus populi sub pena

Taliter autem convocatus sive requisitus nisi ea die vel sequenti notificaverit dominis prioribus ... vice qualibet in decem libris ... puniatur

libras decem corton. pro quolibet eorum contrafaciente et qualibet
vice. Et nichilominus ipsa universitas cuius syndicus predicta
non denuntiaverit ut predicitur in viginti solidis corton. pro quolibet
[illegible] dicte universitatis puniatur. Cuius pene solutio distribuatur
per hunc modum videlicet tertia pars per libram, tertia pars per [illegible]
et alia tertia pars per capud hominis ad cuius quidem pene so
lutionem teneri volumus omnes et singulos Nobiles [illegible]
et massarios et etiam cives tudertinos continue cum suis fa
miliis habitantes in tali castro vel villa. Viduis dementibus
furiosis minoribus vigintiquinque annis infirmis corpore et mise
rabilibus personis dumtaxat exceptis. Quos ad dictam penam nullo
modo volumus obligari. Teneantur etiam dicti domini priores in qualibet
Regione et in qualibet parrochia Civitatis tuderti eligere duos
vel quattuor custodes secretos populares seu etiam plures sicut
eis videbitur expedire qui infra dictum terminum [denuntiare] et referre
teneantur dicto domino potestati aut capitaneo seu prioribus predictis
quecumque scieverint vel verisimiliter scire potuerint fuisse contra
formam presentis capituli convocatum vel requisitum sub pena
decem librarum corton. pro qualibet vice. Ita tamen quod qui semel ad
dictum officium electus fuerit non possit postea eligi ad dictum officium
infra tres annos tunc proxime subsequentes.

Ut puniatur subiectus pro non subiecto. Rubrica. [Rubrica lxxiii]

Item statuimus quod si contigerit aliquem non subiectum in civilibus
et criminalibus curie tudertine facere contra contenta in proxi
mis precedentibus tribus capitulis vel aliquo eorum eo casu ad
solutionem dictarum penarum in eisdem capitulis contentarum et cuiuslibet
earum cogi possit et debeat eius pater sive filius vel frater carnalis
subiectus dicte curie seculari si aliquem ipsorum talis non subiectus
haberet. Si vero predictorum aliquem non haberet cogi possit et debeat
eius proximior consanguineus ex paterna linea usque in tertium gra
dum inclusive dicte curie subiectus. Et etiam puniatur idem pro fa
milia sua taliter delinquente in quolibet predictorum casuum. Salva
semper in predictis et quolibet predictorum ecclesiastica libertate [illegible]
[illegible] capitulum vel aliquod aliud statutum dicti communis volumus
[illegible] derogari.

papa clemente [illegible]

[illegible] quidem bona. Nichilominus ex die dicte late sententie in hoc ca[su]
ipso iure [illegible] et fictione presentis capituli dicto communi acquisita
[illegible] intelligantur et sint. Et ea pro sic acquisitis haberi et repu[tari]
[illegible] post condempnationem predictam. Et quod dicta bona in hoc casu
[illegible] post dictam sententiam condempnationis lata fuerint destruantur et devastentur
[illegible] tam destructa quam etiam non destructa pro dicto communi capiantur
[illegible]. Ceterum predicta [illegible] non habeant si talis occi[sor]
[illegible] occidi faciens vel offendens seu offendi faciens. Et predictus
occisus vel offensus in tali domo simul comunione habebant vel in ea
simul habitabant aut si in dicta apotheca simul unam artem vel [illegible]
[illegible] exercebant. Quibus quidem casibus et quolibet eorum
[illegible] statutarie dicti communis vendicent sibi locum. Declarantes quod predicta
et quolibet predictorum [illegible] intelligantur sive intelligant ad do[mum]
[illegible] vel apothecam predictam si [illegible] fuerit prope ipsam domum
vel apothecam alterum per mediam perticam ad mensuram pertice com[munis]
[illegible] sive propinquius. Que omnia etiam in populari
[illegible] civitatis vel comitatus eiusdem et pro populari habito secundum
formam statuti dicti communis occidente vel occidi faciente vel aliter offen[dente]
[illegible] alium popularem dicte civitatis vel comitatus eiusdem et pro po[pulari]
[illegible] secundum formam dictorum statutorum volumus observari.

Quod statuta loquentia contra occisorem locum habeant contra fa[ci]entem occidi. Rubrica. · lxiiij

Item statuimus quod omnia et singula capitula huius statuti [illegible] contra
homicidam et contenta in eis locum habeant etiam contra illum
[illegible] mandato sive ad cuius instantiam vel petitionem ipsum
homicidium fuerit perpetratum. Et [illegible] semper omnibus aliis
capitulis in suis casibus [illegible] per presens capitulum volumus derogari. [illegible]

De pena facientis aliquem per assisinum offendi. Et assisini offendentis. Et receptantis eumdem. Rubrica. .. lxv

Item statuimus quod [illegible] aliquem in civitate vel comitatu [illegible] offendi
[illegible] fecerit [illegible] assisinum in persona vel rebus. Contrafa[ciens]
[illegible] quae [illegible] pro tali delicto
[illegible]. Et [illegible] assisinus si occiderit vel vulnus
[illegible] intulerit [illegible] per [illegible]

moriatur. Si autem alias offensiones reales vel personales fecerit
puniatur talis assisinus in duplum pene, que ei per formam statuti dicti
comunis imponeret. Et nichilominus in perpetuo sit infamis. Et
intelligatur et censeatur assisinus quicumque pro aliquo pecuniario
premio aliquod malleficium ad alterius petitionem commiserit. Et si
dictam penam talis assisinus non solverit infra decem dies a die ipsius
late sententie et non scientie in antea numerandos, ipsa die
ipsius late sententie in dicto termino minime computata eidem
manus dextera amputetur ita quod ab eius brachio totaliter separetur.
Nullus quoque audeat aliquem de dicto assisinatus crimine diffa
matum, vel suspectum modo aliquo receptare. Et qui contra
fecerit vice qualibet in centum libris cortonensium puniatur pro quo
libet sic diffamato, vel suspecto receptato per eum

De pena ducentis forensem, vel exbannitum et condempnatum comunis
tuderti pro malleficio, et ad aliquod malleficium comictendum. Rubrica. Lvi

Item statuimus quod nullus secum ducat aliquem forensem sive
exbannitum, et condempnatum comunis tuderti pro malleficio ad
aliquod maleficium comictendum. Contrafaciens vero
condempnetur ultra penam in qua de tali malleficio est puniendus de
iure etiam in ea pena, in qua debet puniri talis forensis seu
in qua eius exbannitus et condempnatus erat comunis tuderti. Et
nichilominus talis associans puniatur de sua associatione secundum formam
statuti dicti comunis quod de tali malleficio loqueretur

De pena tudertini cedentis vel offendentis aliquem tudertinum
extra districtum tuderti. Rubrica. Lvii

Item statuimus quod si aliquis de civitate vel comitatu tuderti
occiderit vel alio modo offenderit aliquem civem vel comitatinum
tudertinum, extra districtum et territorium tudertinum puniatur
ac si eum cecidisset, vel offendisset, aut cedi, vel offendi fecisset
in dicta civitate vel comitatu tuderti. Non obstante quod de tali malleficio
fuerit condempnatus in terra, vel loco in quo, et qua seu in cuius ter
ritorio vel districtu tale malleficium commisisset sive comicti fecisset

De pena civis cedentis forensem. Rubrica. Lviii

Item statuimus quod si aliquis civis vel comitatinus tudertinus cederet

solutionis si eam opponere voluerit ¶ Quam quidem exceptionem ipse
debitor opponere et probare possit et debeat infra quindecim dies utiles
a die dicte declarationis facte et scientie dicti rei in antea computandos
ipsa die dicte declarationis facte in dicto tempore minime computata. ¶ Hec autem
intellecto quod dictam declarationem tunc demum talis debitor scire presumatur
postquam ei personaliter notificata fuerit vel saltem apud domum habitationis
eiusdem presente aliqua persona de sua familia maiore quatuordecim annis
et sane mentis per publicum Baiulum dicti comunis seu alias legitime facta
fuerit. ¶ Verum si ipse debitor detentus est occasione dicte declarati
tenetur ante quod relaxetur de ipso debito satisdare ydonee ipsi suo creditori
non obstante oppositione dicte sue exceptionis ¶ Et quod nullus iudex sive
officialis tali debitori seu alicui alii pro aliquo debito detento ad peti
tionem sui creditoris licentiam dare possit de palatio discedendi absque
licentia talis sui creditoris ¶ Et quod quilibet Baiulus cui preceptum
est a iudice de dando tenutam alicui possit et debeat eam dare
tam diebus non feriatis quam etiam feriatis.

De salariis solvendis comuni Tuderti in causis. Rubrica. .ii.

Item statuimus quod quicumque alium convenire voluerit in aliqua ca
lite vel questione ante quod audiatur solvat et solvere teneatur Came
rario camere comunis Tuderti pro ipso comuni recipienti duodecim denarios
pro qualibet libra pecunie seu iuste extimationis rei in sua petitione
contente. ¶ Excepto quod in causa divisionis in qua solvant solum
duos denarios pro libra vere extimationis talis rei ¶ Et in causa mota
occasione incendii sive guasti commissi seu quod commissum diceretur mali
cia in qua solvant solum sex denarios pro qualibet libra extimationis
inde facte ab ipso litigante de tali re ¶ Quam solutionem fieri volumus
in hoc casu tempore sententie in dicta causa ferende ¶ Dummodo prius
ipsi iudici de solutione facta fuerit facta fides saltem per apodixam
scriptam manu notarii dicti camerarii Bulla solita sigillatam ¶ Et
si prius vel aliter lata fuerit ipso iure sit nulla. ¶ In causis vero
extraordinariis ac etiam in aliis causis maleficiorum nullum salarium solvi
volumus dicto comuni. ¶ Hoc non preiudicet in aliis casibus in quibus per
formam alicuius capituli statutorum dicti comunis est provisum ...
salarium ipsi comuni solvatur ¶ Aliqua vero ...

singularis persona se liberari petierit ab aliqua fidelitate vel
vassallagio solvere teneatur ipsi camerario pro dicto comuni recipien-
te solidos viginti cortonenses.

De salario malitioso. Rubrica. iij.

Item statuimus quod siquis malitiose salarium solverit in alique
lite vel causa ipsum salarium sibi restitui non debere. Et
quod tale salarium malitiose datum fuerit vel non resideat in
arbitrio iudicis de ipsa causa cognoscentis.

De forma citandi forenses et vagabundos in ca-
usis civilibus. Rubrica. iiij.

Item statuimus quod tudertini vagabundi et omnes alii non
habitantes in civitate vel comitatu tuderti quotiens opus
fuerit eos citari in aliqua lite vel causa mota civili siqui
tunc temporis in dictis civitate vel comitatu personaliter non
invenirentur possint et debeant citari per unum ex tubatoribus
comunis tuderti in eo loco in quo olim soliti fuerint habitare vel in
ipsa civitate soliti fuerint hactenus habitare. Et si vero in
ipso comitatu hactenus habitare consueverit possint et debeant
in eo loco citari per publicum bannum dicti comunis. Et aliquando suffi-
ciat ad petitionem ante portas palatiis dicti comunis eos citari
sono tube premisso per aliquem preconem dicti comunis. Et ita tamen
quod saltem duo dicte citationes fiant in quolibet casu predicto
modo facte diversis diebus cum intervallo ad minus duorum dierum
inter unam citationem et reliquam.

Quod propter comparitionem constituentis in iudicio factam
non intelligatur revocatus aliquis eius procurator nec
per substitutionem alterius procuratoris principale man-
datum expiret. Rubrica. v.

Item statuimus quod propter comparitionem constituentis in iudicio factam
in quacumque parte iudicii non intelligatur revocatus aliquis eius
procurator ad ipsam litem vel causam per verba generalia sive
spetialia per eum primitus constitutus. Et per propter substitutionem
factam per aliquem principalem procuratorem de aliquo alio loco
sive in eorum sui mandati non intelligatur ipsum principale manda-

55v

Qualiter et quando testes infra et articuli producantur recipiantur et examinentur. Rubrica.

Item statuimus quod iudices curiam comunis tuderti teneantur
quotiens opportunum fuerit et iustitia suadebit cogere
iuris remediis oportunis testes ad ferendum testimonium
veritati in causis vertentibus coram eis. Et liceat utrique
parti post publicationem testium producere infra usque ad omnem.
Curent etiam ipsi iudices testes per se ipsos examinare vel ita agere
ut alicui vel aliquibus experto seu expertis notario de civitate
vel comitatu tuderti ipsis partibus vel earum alteri non suspecto
sive suspectis ipsa testium examinatio comictatur quotiens
cumque per ipsas partes sive per alteram earum id ab eis fuerit
postulatum. Et si talis iudex contrafecerit puniatur
pro qualibet vice in decem libris cortonensium. Et nichilominus
totum dampnum resarciat parti lese. Et quod notarii etiam
dicta et actestationes testium et quaslibet negationes confessiones
et responsiones factas super quibuscumque positionibus sive in
terogationibus diligenter et fideliter scribere teneantur
et ipsas actestationes nemini propalare ante quam fuerint
per iudicem publicate. Et quod quando visum fuerit iudici
et expediat ire debeant dicti notarii ad examinandum
in comitatu tuderti testes productos de ipso comitatu expensis
producentis oportunis in cibo et potu et equitatura.
Et quod testes qui producuntur in civilibus causis iurare debeant
infra terminum datum partibus ad probandum nisi fuerint
per iudicem ipsius cause sive per eius notarium. Et si unus
infra ipsum terminum probatoris testes non fuerint exa
minati nichilominus postea examinentur dummodo infra termi
num probationis iuraverint quo casu valeant eorum acte
stationes ac si infra ipsum terminum probationis examinati
fuissent. Ita tamen quod ipsa examinatio fiat infra terminum
assignatum ad faciendum eos deponere si quis ad id fuerit
per iudicem ipsius cause assignatus. Et quod dicta testium
in quacumque causa civili etiam si coram arbitris sive

arbitratoribus erunt producti pure et simpliciter prout ipsi testes
verba protulerint scribi debeant per notarios deputatos ad ipsas
attestationes scribendas // Et in notarii apponere non debeant
clausulam aliam usitatam videlicet - dixit vera esse que in dicto
articulo continentur et cetera vel dixit ut supra alius testis et cetera
vel similia verba // Et semper testis interrogetur de causa sue
scientie super testificatis per eum in quolibet casu in quo expediens
fuerit. Et si secus fieret et causa fuerit similis dictum talis
testis ipso iure sit nullum, sed examinari ex integro debeat
expensis primi examinatoris non obstante publicatione ipsarum
attestationum seu quod terminus probatorius ac etiam depo
sitionis ipsorum testium fuisset elapsus // Et quod testes numquam exa
minentur super interrogatorium assignatum ab aliqua partium
nisi primo ipsum interrogatorium fuerit correctum a judice coram
quo ipsa causa verteretur quo casu in ipsa examinatione procedatur
iuxta ipsam correctionem de eo factam // Et si aliter exa
minati fuerint talis examinatio ipso iure sit nulla et ex
integro per eundem examinatorem suis sumptibus examinentur
iuxta formam predictam non obstante publicatione ipsarum attesta
tionum seu lapsu termini probatorii et depositionis ipsorum testium //
Et nichilominus talis examinator pro quolibet teste contra
sive preter dictam formam examinato in quolibet dictorum casuum
in viginti solidis cortonensium condepnetur // Testes vero qui
producti fuerint publicari non possint nisi elapso termino pro
bationis alteri parti statuto et examinatis suis testibus seu
elapso termino depositionis eorum positiones quasque atque articulos
recipiant dicti judices sub hac condictione et forma videlicet
salvo iure impertinentium et non admictendarum sive non
admictendarum et cetera quibus si respondeat habeantur pro non
responso // Et deinde super ipsis procedatur ut pars respondeat
ipsis positionibus. Et testes super ipsis si opus fuerit exami
nentur // Ita tamen quod reservatum et salvum sit et esse in
telligatur omne suum ius alteri parti in processu ipsius
cause ita quod producenti non prosit et alteri parti non obsit

Magnifici domini Pri

56v

biu quod hec non intelligatur de consiliis que fient pro sententiis fe-
rendis. Ceteri etiam alii dies quibus iudices curie non veniunt
ad bancham iuris more solito reputari habeantur et sint modo si-
mili feriati, videlicet in illis causis que agitarentur coram talibus
ad bancham non venientibus. Ob regionem vero sive utilitatem
hominum pro messibus et vindemiis has duximus ferias in-
ducendas videlicet ut a die reverendi festi Beati Johannis Bapti-
ste quod fit de mense Iunii usque ad diem in quo fiet propositio pro
vindemiis sint ferie pro messibus. Et a die quo incipient
vindemie per deliberationem et provisionem que de eis fieret
usque ad unum mensem extunc proxime secuturum pro vindemiis
sint et esse intelligantur indicte. In criminalibus autem
causis tam meris quam mixtis proceditur et procedi possit omni
tempore etiam dictis diebus et temporibus feriatis non obstante
aliquo iure quod in contrarium loqueretur. Et opponentem vel
allegantem in contrarium nullus rector sive officialis audiat sive
audire possit vel debeat quoquo modo.

De custodia festivitatum Sancti Antonii et aliorum sanctorum. Rubrica. xvj — S. Antonio

Item statuimus quod festum Sancti Antonii confessoris ordinis fra-
trum minorum et festum translationis sanctorum Fortunati et Cassiani
et aliorum sanctorum qui in ecclesia Sancti Fortunati requiescunt custo-
diantur et celebrentur ab omnibus artificibus civitatis Tuderti
ita quod illis diebus nil debeant operari. Contrafaciens vero in
quinque solidis cortonensium puniatur. Et ad reverentiam dei et san-
ctorum dies predictos in civilibus causis esse censemus feriatos.

De celebratione dierum veneris mensis martii. Rubrica. xvij — Venerdì Santo

Ad honorem et reverentiam sacratissime passionis domini nostri
Ihesu Christi redemptoris humani generis et ad hoc ut cives et
comitatenses et incole tudertini omnibus [illegible] sacratissime
passionis cum omni reverentia et devotione memoriam [illegible]
et ut ipse dominus noster Ihesus Christus sua clementia populo et civitati
tuderti perpetuam pacem et tranquillitatem [illegible]
statuimus quod omnes dies veneris mensis martii tam in civitate
quam in comitatu tuderti debeant [illegible] cum [illegible]

devotione per omnes personas eiusdem Civitatis et Comitatus et in ipsa Civitate seu Comitatu habitantes custodiri et celebrari tamquam dies dominicales. // Et quod habeantur et haberi debeant pro feriatis diebus in honorem dei inductis. // Et quod ipsis diebus vel aliquo ipsorum nullum laboritium vel exercitium alicuius artis fiat vel fieri debeat in Civitate vel Comitatu predictis per quamcumque personam. Nec apotecha aliqua teneri apta. // Et siquis contrafecerit pena soldorum quinque denariorum cortonensium pro die quolibet ipso facto incurrat que pena eidem de facto auferri debeat / et Camere comunis tuderti applicari. Et quod per quolibet anno de mense februarii saltem bis diversis diebus potestas et Capitaneus dicte Civitatis publice banniri facere teneantur ad duas tubas per ipsam Civitatem in locis consuetis.

De kalendario faciendo. Rubrica. xlvij

Item statuimus quod quilibet Iudex curie comunis tuderti teneatur facere fieri per eius notarios kalendarium de diebus feriatis et non feriatis in sua curia ac etiam de diebus utilibus et non utilibus. Et de parte cuiuslibet diei utili vel non utili. // Et quod dicti notarii et quilibet eorum dictum kalendarium scribere teneantur. // Et si non fecerint puniatur Iudex in viginti soldis et notarius in decem soldis. // Et quod dicto kalendario in predictis et de predictis plena fides adhibeatur et stetur absque alia probatione.

Ut Iudices faciant scribi acta per notarios eis concessos Et de prohibitis ipsis notariis. Rubrica. xlviij

Item statuimus quod tam Iudex maior quam alii Iudices curiarum comunis tuderti teneantur facere scribi libellos iuramenta calumpnie confessiones negationes positiones et omnia alia acta in causis occurrentia in quaternis seu libris sue curie per notarios eis concessos et deputatos sine aliquo salario vel mercede. // Et Iudices et notarii

teneant dicti iudices scripturas cuicumque petenti ad
quem pertineant. ¶ Et ille qui receperit ipsas scrip
turas ad exemplandum non recipiat a civibus et co
mitatensibus Tudertinis ultra quatuor denarios de
iuramento calumpnie et ultra quatuor denarios de pre
cepto, et ultra tres de quolibet teste, et de omi
ultra octo denarios. /// ¶ Et si plus acceperit de facto
ab eo restitui faciat iudex ipsa die vel sequenti quicquid ultra
dictam formam talis notarius accepisset. // ¶ Et nullus
notarius forensis qui fuerit in aliquo officio dicti communis
faciat aliquod instrumentum franchitie tutele vel cure
seu aliqua alia acta de libris dicti communis accopiet vel
exemplet. Et si secus fecerit tali exemplo nulla fides
adhibeatur. ¶ Alii tamen notarii cives vel comitatin
ses Tudertini predicta possint scribere et accopiare. Et
tunc teneat iudex super tali exemplo postquam ipsum cum suo
originali unde sumptum fuerit invenerit concordare cum
iuris censuram suam et communis Tuderti auctoritatem inter
ponere et prestare. // ¶ Et quilibet iudex possit et debeat
dare curatorem super causa que verteretur coram eo. // ¶ Et
nullus notarius stet intra discos ubi stant iudices et
notarii de dictis curiis sub pena viginti soldorum pro
quolibet contrafaciente et qualibet vice nisi stare
ad exemplandum acta ipsius curie quo casu ibi stare po
ssit donec ea perfecerint exemplare. // ¶ Et eadem pena
puniatur quelibet alia persona contrafaciens in predictis nisi
ibi esset de licentia iudicis ex aliqua iusta causa. ¶ Ita
quod omnes notarii curiarum tam cives quam forenses teneantur
et debeant continue donec iudices curiarum sederint ad ban
chas cum ipsis iudicibus stare apud ipsas banchas sub
pena decem soldorum pro quolibet contrafaciente et qualibet
vice. // ¶ Et iudices curiarum non possint committere acta suarum
curiarum ad scribendum aliis notariis quam notariis eorum sociis
nisi de voluntate partium. // ¶ Possint tamen ipsi iudices

ad petitionem cuiuslibet petentis conuicere notarius de Ciuitate
uel Comitatu predictis omnia acta et scripturas omnes oportunas
pro citationibus et relationibus et presentationibus faciendis
pro mulieribus et de personis que per formam alicuius capituli statutorum
dicti comunis deberent prestare suam presentiam contractibus uel
distractibus seu ultimis uoluntatibus ipsarum mulierum. Et pro su
mmentis et pro clamationibus faciendis pro subastationibus
rerum minorum furiosorum mentecaptorum uel prodigorum. Et pro in
uentariis heredum. Et quod ea que ipsi notarii in dictis casibus
et quolibet eorum de predictis et circa predicta scripsserint ualeant et te
neant. Dum modo in ipsis scripturis contineantur assentialia que
in publicis scripturis requiruntur de iure seu secundum morem et con
suetudinem notariorum Ciuitatis tuderti

Quod prior Creditor potior sit in iure. Et quod Iudices appellatione
Remota Summarie diffiniant controuersias creditorum. Rubrica. xx.

Si plures creditores eandem [illegible] diuersorum auctori
tate curie [illegible] in suo debitorum apprehenderint
et de ipsa re seu tenuta apprehensa sit controuersia inter
eos Iudex coram quo talis lix seu controuersia uerteret receptis
instrumentis et iuribus partium ueritatem examinet et declaret
infra tertiam diem dicte petitionis porrecte seu controuersie mote
ipsa die dicte porrecte petitionis seu mote controuersie in dicto
termino minime computata. Et quem inuenerit esse priorem et
potiorem de iure pro illo pronuntiet et declaret. alteri sub com
minatione pene Centum soldorum cortonensium silentium imponendo. Cuius [illegible]
penam ad instantiam ius habentis ipsi contentori infringat. Si
rursus de iure uel de facto controuersiam iteraret. Et quod declaratum
et pronuntiatum fuerit per ipsum Iudicem robur optineat et in hoc
articulo appellatione remota. que si interponeretur huius statuti
fictione frustratoria censeatur et eidem nullatenus deferatur.
Et nichilominus talis appellator in Centum soldis cortonensium condempnetur
Et etiam si secundus creditor desideret extimationem fieri de re
uel rebus capta seu captis per creditorem priorem existimans eam
[illegible] plus ualere quam recepte habeat ipse prior creditor debeat

58v

Iudex tam dictum priorem q posteriorem creditorem compelle ad eligendum duos hoies habentes possessiones magis prope talem rem seu tales res, videlicet unum pro quolibet eor. // Qui sic electi infra duos dies proxie subsequetes post electione pdam ipa die dicte electois in dicto tmino dicto duo dier non com putata talem rem seu tales res extimet ac extimare p ipm iud compellat. // Et si ipa extimatio excederet debitum prioris creditoris, quod plus eet detur creditori scdo, seu potiori post primum. // Et predicta oia expediant breviter sumarie et de plano, et sine strepitu et figura iudicii, et sin solutione salarij, abmotis omnibus cavillationibus et subterfugiis, et iuris medulla ac rei veritate dumtaxat inspecta.

De confessionibus factis extra iudicium. xx

Item statuimus q si debitor confessus fuit extra iudicium se fore alteri in aliquo obligatum cum adiectione et expressione certe et determinate rei et cause possit et debeat ex tali sua confessione conveniri non obstante q ille talis cui se taliter dixerit et co fessus fuerit obligatum fore presens non fuerit confessioni fiede. // Et contra siquis confessus fuerit se sibi debitum a certa et de terminata psona recepisse cu adictione et expressione certe et determinate rei et cause, In eo petendo decetero minime audiat dicti sui debitoris absentia non obstante. // Et pinde in quolibz dictor casuum valeat talis confessio ac si altera parte psente facta fuisset.

De testibus ad perpetuam rei memoriam, examinandis et publicadis. Rca. xxi

Item siquis testes ydoneos producere voluerit ad perpetuam rei memoriam ad probationem alicuius contractus sive distractus vel obligationis cuiuscuqz, sive donationis intervivos, vel causa mor sive testameti vel cuiuslibet alterius ultime voluntatis Iudex maioris curie comis tuderti tam diebus iuridicis q feriatis, illis dumtaxat exceptis qui ad dei honorem fuerint feriati, faciat eos iurare ipsosqz examinet ac eor dicta scribi faciat p suum notiu in actis sive libris comis tuderti. Et deinde ipos testes et eor attestationes publicet non obstate q lix non fuerit contestata vel

de Calumpnia Juratum. Dummodo hii quorum interest prius citati fuerint personaliter vel ad domos eorum habitationis ad actus quoslibet opportunos. // Quibus sic peractis eorum dicta valeant et teneat in futurum. // Et predicta dictus Judex fieri facere teneatur infra unum mensem postquam de predictis coram eo Intentio porrecta fuerit si producens voluerit sub pena decem librarum cortonensium.

Parentel.

De modo probandi parentelam et hiis similia. Rubrica. XXIII.

Item statuimus quod quandocumque opportunitas occurrerit in quacumque causa civili vel criminali mera vel mixta ordinaria vel extraordinaria que est coram quocumque Rectore Judice sive officiali communis tuderti vel etiam coram Arbitris sive arbitratoribus ante vel post litis contestationem probatio parentele et affinitatis, matrimonii, filiationis, vite vel mortis et aliorum huiusmodi fiat, et fieri valeat, coram tali Rectore Judice vel officiali Arbitro et Arbitratore in quacumque parte Judicii. // Et sufficiat in predictis casibus et quolibet eorum probatio trium testium Juratorum deponentium quod a notis et vicinis talium personarum creditur, et extimatur Ita verum fore. // Et talis probatio plenam optineat firmitatem, aliquo Jure canonico, vel Civili seu statuto aliquo communis tuderti loquente in contrarium non obstante.

Quod habentes tenutas auctoritate curie defendant. Et, qui Judices teneantur extromictere tenutas. Rubrica. XXIIII.

Item statuimus quod omnes tenutas, per quamcumque curiam tudertinam datas, Potestas, et Capitaneus Civitatis tuderti et eorum Judices ad Civilia deputati defendere teneantur omni fraude cessante. // Et hec locum habeat tam in futuris quam etiam in preteritis non dum sopitis. // Ita tamen quod datio seu concessio alicuius tenute non obsit alicui tertie persone contra quam ipsa tenuta data seu concessa non fuerit habenti ius in ipsa re vel possidenti ante ipsam litem motam talem rem de qua esset data, vel concessa ipsa tenuta. // Sed et obsit et obesse possit ei tantum contra quem ipsa tenuta data

sive concessa fuerit. // Et iudex qui ipsam tenutam dederit
sive concesserit, seu dari vel concedi precepit eam cassare
irritare et extromictere teneatur ad petitionem talis po
sessoris seu in ea ius habentis. Nisi ille cui data sive co
cessa fuerit ipsa tenuta voluerit probare rem illius esse
contra quem ipsa tenuta data sive concessa fuisset. // Et
quod in dicta causa procedat breviter summarie et de plano
ac sine strepitu et figura iudicii, tam diebus utilibus quam
etiam feriatis, exceptis illis tantum qui in honorem dei per
formam iuris sive statuti comunis tudertini fuerint feriati.

De sumptibus factis in bestiis alicuius in accomanditia sive sub pignore, vel in tenutam concessis. Et de aliis ad dictam materiam pertinentibus. Rubrica. · XXV ·

Possit camerarius camere comunis tudertini pro quolibet equo
sibi recomendato per curiam tudertinam pro tenuta vel pi
gnore, recipere et exigat pro annona et expensis talis equi
et pro qualibet die decem et octo den. // Et pro asina sex
den. // Pro porco vel bove quatuor den. // Et pro quoli
bet centenario seu macta bestiarum caprinarum vel pecudinarum
duodecim den. // Et tantudem possint habere illi quibus
tales bestie pignorate essent sive date fuerint in tenutam
per aliquam curiam tudertinam. // Et si debitor contra quem
aliquam de talibus bestiis taliter concessa esset eam non reco
lligerit infra octo dies a die talis pignorationis sive concessionis
tenute in antea computandos, eo casu liceat ei cui tales be
stie taliter concesse fuerint, uti comode et decenter. Dummodo
pro ea die qua talis creditor sit aliqua earum usus fuerit
defeat sibi comodum talis usus in expensis talis bestie expensarum.
Preterea volumus quod si aliqua de talibus bestiis apud eum
cui taliter recomendata, pignorata vel concessa fuerit absque
ipsius dolo vel culpa perierit, vel deterioraret sive magn
graretur tale periculum sive deterioramentum spectet ad
ad debitorem, et non ad dampnum talis creditoris seu dicti ca
merarii, vel alterius apud quem taliter perisset seu deteriora

Q. Remissi in tempore pacis olim facte per comune tuderti cum ... ...

Item statuimus quod si aliquis fuit remissus seu sive repositus in tenuta vel possess-
alicuius rei secundum formam ordinamentorum pacis olim facte per Commune Tuderti cum communi perusii
Potestas et Capitaneus et eorum iudices et quilibet eorum qui inde fuerit requisitus
teneatur et debeat talem remissum sive repositum in dicta tenuta sive possessione
de iure defendere a qualibet persona ad penam quingentarum librarum cortonensium — xxvii

De remissis in tenutam tempore reconciliationis defendantur

Item statuimus quod si aliquis fuit olim remissus sive repositus in tenuta
vel possessione alicuius rei secundum formam ordinamentorum reconciliationis
facte per Commune Tuderti tempore legatorum de perusio olim et tunc Capitaneorum
ipsius et Communis Tuderti, Potestas et Capitaneus et eorum officiales
et quilibet eorum qui inde fuerit requisitus teneantur et debeant
talem remissum seu repositum in dicta tenuta vel possessione
de iure defendere a qualibet persona ad penam quingentarum librarum cortonensium.

De petentes legata et dotes intelligant sine salario
et de modo procedendi in ipsis petitionibus. Rubrica — xxviii

Item statuimus quod Potestas et Capitaneus Civitatis Tuderti
et eorum iudices ad civilia deputati teneantur defendere et ma-
nutenere mulieres nuptas et viduas in suis dotibus et in hiis
que sibi a suis dominis viris in suis testamentis sive aliis ultimis
voluntatibus relicta fuissent, si a suis filiis vel ab alia persona mo-
lestarentur in predictis vel aliquo predictorum. // Et quod tales mulieres
audiantur sine salario in petendis suis dotibus et melioramento
monete ipsarum dotium. // Et quod vir qui pro sua uxore dotes pro-
missione ab aliqua persona receperit, et quilibet alius qui huiusmodi
promissionem receperit in ipsis dotibus petendis et exigendis
similiter sine salario audiantur. // Necnon et omnes qui aliquid
sibi legatum sive relictum in quacumque alterius ultima voluntate
petierint similiter sine salario audiantur. // Et quod iudex coram
quo de melioramento monete ipsarum dotium questio verteretur teneatur
et debeat dictam questionem ad petitionem cuiuslibet partium Con-
sulibus mercatorum pannorum novorum de lana Civitatis Tuderti com-
mictere. // Qui Consules per eorum iuramentum prius ab eis
super predictis corporaliter prestandum dicere, exprimere et decla-
rare teneantur quanta fuerit maior bonitas sive maius me-
lioramentum eiusmodi monete tempore solutionis facte de tali dote
[illegible] que tempore ipsius monete litis expendebatur in Civitate
[illegible]. // Et secundum ipsorum omnium seu maioris partis ipsorum declarationem
[illegible] que et quod in casu predicto pro plena et legitima

60v

probatione habeat tale melioramentum integraliter dotum, et restitui
debeat una cum dote predicta. // Que locum habeant tam in dotibus
in futurum constituendis quam etiam in iam constitutis que non dum fuerint
restitute Et tam soluto matrimonio quam eo durante in quolibet casu
in quo secundum formam iuris sive statutorum comunis tuderti locus esset resti
tutioni seu consignationi vel reassignationi ipsius dotis. Et super
predictis cognoscendis, diffiniendis, et exequendis procedi possit
et debeat breviter summarie et de plano ac sine strepitu et figura
iudicii. // Quod cause anime hominum ceteris rebus sint preferende
Hac lege iubemus quod per iudices curiarum dicti comunis ad maleficia
deputatos possint et debeant audiri executores testamentorum et
aliarum ultimarum voluntatum defunctorum et eorum procuratores in
petendis et exigendis omnibus et singulis legatis, et fideicommissis
relictis ad piam causam pro eis distribuendis solvendis et ero
gandis iuxta piam dispositionem talium defunctorum. // Et quod
pro predictis exequendis dicti executores, et eorum procuratores
agere possint tam contra heredes talium defunctorum quam contra quos
cumque alios ab ipsis defunctis gravatos ad talia legata sive fidei
comissa prestanda, ac etiam contra hereditarios debitores heredi
tariis actionibus heredibus talium defunctorum competentibus
contra eos. Quibus casibus, et quolibet eorum predicti exe
cutores, et eorum procuratores pro veris iustis et legitimis acto
ribus et petitoribus habeant perinde ac si eisdem in talibus
testamentis et ultimis voluntatibus ad predicta petenda et exigenda
per tales defunctos specialiter, et expressim talis auctoritas et
potestas concessa fuisset. // Et super predictis procedat, et pro
cedi possit breviter, summarie, et de plano et sine strepitu et
figura iudicii.

De divisionibus et iudiciis divisoriis. Rubrica. xxviii

Teneatur potestas et capitaneus et eorum iudices ad civilia de
putati et quilibet eorum qui inde fuerit requisitus, breviter
summarie et de plano, et sine strepitu et figura iudicii cogno
scere de omnibus divisionibus, et iudiciis divisoriis. // Et infra
litem et questione infra unum mensem continuum a die porrecte

petitionis computandum per suam sententiam diffinire ipa
die porrecte petitionis in dicto termino minime computata
Et ipam divisionem fieri facere cum effectu. Nisi instaret
legitima obstaret exceptio. Ad quam divisione hoc modo
procedatur videlicet quod ad petitionem provocantis, ipe pote
stas, Capitaneus, sive Judex coram quo talis questio ver
teretur citari faciat partem provocatam, Et per utramque
partem eligi faciat unum providum virum, vel plures ex
amicis Communibus qui ipam divisionem eque et iuxte
faciat seu faciant. Et si aliqua ipaum partium talem
vel tales divisorem seu divisores eligere neglexerit sic
contendens cogat ipam partem omnibus Juris remediis oppo
tunis ad ipam electionem faciendam. Et si orno esset
contumax puniatur in Centum soldis corton. Et Nichilo
minus ad dictam divisionem procedatur per unum vel plu
res eligendum vel eligendos ad ipam divisionem faciendam
per ipsos potestatem, Capitaneum sive Judicem coram quo ut
predicitur talis questio verteretur. Que divisio fiat et
fieri debeat bona fide, et utiliori modo quo fieri poterit pro
utraque parte. Et ea facta pars quelibet teneat partem
sibi assignatam recipere et acceptare. Et si recusaret
puniatur in Centum soldis. Et Nichilominus ipa divisio
firma maneat. Ceterum si quis haberet rem Comunem
cum aliquo, et iuxta ipam rem haberet aliquam rem pro
priam debeat habere partem ipius rei comunis iuxta ipam
rem propriam habita semper ratione melioramenti Et
restauramenti, ut qualitas ipius rei exigeret. Si quis
vero suo et alterius nomine rem aliquam emerit vel alio
modo acquisiverit non possit a tali suo consorte ad eius
divisionem Compelli, nisi primo ei satisfaciat de omni et
toto eo quod eius nomine solvisset pro tali emptione sive
acquisitione seu eius occasione. Questiones vero
divisionis de quibuscumque bonis exorte vel que orirentur
inter [illegible] [illegible] [illegible] aut alios coniunctos usque

in secundum gradum consanguinitatis inclusive breviter summarie et de plano et sine strepitu et figura iudicii cognoscantur et decidant per duos bonos viros consanguineos utriusque partis eligendos per partes. Quam electionem fieri faciant potestas et capitaneus et eorum iudices et quilibet eorum qui inde fuerit requisitus. Et tales electi ipsam divisionem facere debeant infra decem dies a die electionis de ipsis facte et eorum scientie computandos ipsa die dicte electionis in dicto termino minime computata ad penam centum soldorum pro quolibet eorum contrafaciente. Et nichilominus elapsis ipsis decem diebus si dictam divisionem non fecerint personaliter possint et debeant compelli compelli et in palatio detineri usque quo ipsam divisionem fecerint. Item si quis provocatus fuerit ad divisionem alicuius rei et fraudulenter sive temere negaverit talem provocantem in re tali comunionem habere et deinde talis provocans de ipsa comunione probaverit puniatur talis provocatus de tali sua negatione in libris decem cortonensium.

De dapnis datis per modum guasti et incendii emendandis. Rubrica. XX

Ad hoc ut guastatores et incendiarii publice vel oculte dapnum inferre non audeant et ut homines castrorum et villarum comitatus tuderti in quibus sive infra quorum vel quarum tenutas sive confinia dapna talia inferri contigerit ipsos malefactores sollicite persequantur. Statutum et ordinatum est quod si dapnum per modum guasti vel incendii in aliquo castro vel villa comitatus predicti sive infra tenutas vel confinia ipsius castri vel ville fuerit alicuius persone tudertine per malivolas personas sive odiosas studiose illatum publice vel oculte in aliqua sua re vel ad se pertinente. Committens tale maleficium potestatis vel capitanei civitatis tuderti de ipsa causa cognoscentis arbitrio puniatur considerata qualitate talis maleficii et condictione persone talis malefactoris. Et nichilominus persone taliter lese si idem malefactor per eiusdem potestatem

Duce Capitaneum condepnet ad emendatione talis
dapni. ¶ Siqua igitur persona tudertina in aliquo seu
aliqua de dictis castris vel villis sive infra alicuius ipsorum
vel ipsarum tenutas seu confinia tale dapnum passa fuerit
in aliqua sua re vel ad se pertinente primo et ante
omnia Investiget et exquirat de tali malefactore, Et
si per se eum scire non poterit, requirat universitatem
talis castri, vel ville ubi seu infra cuius tenutam sive
confinia tale maleficium fuerit perpetratum quod dictis
Potestati vel Capitaneo denuntiet, et notificet talem
malefactorem ¶ Et si que talis universitas denuntiaverit te-
neatur dicta persona cui tale dapnum illatum est toto suo
posse Ius suum prosequi contra talem denuntiatum ¶ Qui
quidem si tale maleficium eum comisisse constiterit condepnetur
tam comuni tudertino quam etiam parti lese prout superius est
expressum. ¶ Et deinde si eius bona sufficient maxime ad
emendationem predictam fiat talis condepnationis executio pro
emendatione predicta in bonis eiusdem. ¶ Ceterum si ipsa bona
non sufficerent ad emendatione predicta, seu si de aliquo
certo malefactore non constiterit, eo casu teneatur Universitas talis
castri vel ville in quo vel qua, sive infra cuius tenuta sive
confinia tale dapnum illatum fuerit ad emendatione talis
dapni si eius extimatio fuerit Centum soldorum vel abinde
infra. ¶ Et si fuerit a Centum soldis supra, teneantur
ad dictam emendationem omnes Comunitates plebatus infra cuius
confinia tale dapnum illatum fuerit. ¶ Et quod tale dapnum
illatum fuerit probetur et pro plena probatione habeatur sola
ipsius dapni inspectio. ¶ Quod autem tale dapnum datum fuerit
studiose et causa malivolentie sive odii probetur per septem
testes bone oppinionis et fame deponentes de eorum credulita-
te probabili ratione munita vel de publica fama. ¶ Quibus
probatis eligantur duo homines unus ex parte ipsius Comu-
nitatis sive ipsarum Comunitatum, et alter ex parte persone
[illegible] fecerit, Qui iurati extimet et extimare possit

dapnum predictum etiam in maiori quantitate q̄ fuerit. Et
de inde prout extimauerit a tali Comitate siue a talibus Comitatib;
emendet. Declarantes q̄ contra talem malefactore simul et
eodem contextu et sup vno et eodem libello agi possit criminali
et ciuiliter et per eadem sententiam idem malefactor possit et
debeat sup utroq; per dm̄ Potestatem seu Capitaneum condepnari
non obstante Jure aliquo quod incontrarium loqueret. Ceterum
si contra aliquā vel aliquas de dictis Communitatibus per personam
taliter dapnificatam seu per alium eius noīe pro dca dapni emen
datione ageret in casu sup concesso per formam presentis capli
eo casu Judex maioris curie causarum ciuilium dicti comūs contra
talem vel tales Comunitatem siue Comunitates procedere
possit et debeat Breuiter summarie et de plano ac sine
strepitu et figura Judicij. Et tandem in ipa et sup ipsa
causa pronuntiet ac etiam exequat prout Justitia suadebit //
Seruata in predictis et circa ea forma et censura presentis capli
et alior capitulor statutor dicti comūs de hac materia loquentiu
Et Hys cessantibus censura et forma Juris comūs.

De possessionibus Nanciscendis, Et de modo procedendi in Causis legator. Rubrica. —— XXXI.

Item statuimus q̄ heredes testamentarij in possessione bonor que
testator possederat tempore mortis sue mictantur auctoritate
Judicis competentis ostenso prius per eos ipo testamēto publico
et sollepni prima facie et in sui forma et figura non viciato
ac vocatis prius noīatim agnatis siue cognatis dcti talis
defuncti qui ab intestato erant successuri eidem. Contra tunc
nulla in contrarium exceptio vel oppositio admictatur Nisi
opponeret̃ de alio magis sollepni et legitimo testamēto vel
nisi res ipe vel aliqua ear // ut alienus eor parte per alium // seu alia
possederant siue possideret tempore impetrationis talis lictere
quo casu procedi debeat prout infra eodem caplo continet̃. Suc
cessores etiam ab intestato similiter de licentia Judicis competentis
vocatis noīatim alijs agnatis dcti talis psone ab intestato defunct
qui per formam dctor statutor siue Juris comūs a tali eius succes

[illegible]

[illegible]

non excluderent. Et quod per eos eidem judici dominatus sua [illegible]

quod ipsi [illegible] successione sint potiores secundum formam [illegible] statutam

dari hiis [illegible] secundum formam et consuetudinem juris comunis ac

etiam aliis observatis que per formam presentis capituli reg

[illegible] possessione [illegible] optinere et consequi. Hoc [illegible]

[illegible] et declarato quod talis possessio per ipsum judicem minime

concedatur predictis qui se heredes ex talis defuncti testamento

[illegible] vel ab intestato pretenderent, nisi in sua petitione

expresserit et declaraverit res quarum possessionem sibi [illegible]

postulant et intendunt. Et probaverit talem personam cuius

se successores esse [illegible] modis asserverint res ipsas

possedisse tempore sue mortis. Et quod [illegible] fiat

de talibus agnatis vel cognatis non [illegible]

tales [illegible] non subsint jurisdictioni [illegible]. Et quod

[illegible] supra de heredibus [illegible] locum habeant [illegible]

in heredibus directo vel per fideicommissum et in qualibet

substitutione cuiuscumque generis sive speciei expressa vel

tacita [illegible] ad ea bona et partem bonorum ad que

et ad quam ipsi substituti [illegible] potest. Et que is cui

[illegible] succederent possederit tempore sue mortis videlicet

post [illegible] et [illegible] diei talis substitutionis. [illegible]

tamen cuilibet qui res ipsas vel earum aliquam tempore talis

immissionis et concessionis talis possessionis possidebit, etiam

post eam immissionem et concessionem dicte possessionis petere

ipsius revocationem et cassationem per ipsum judicem [illegible]

+ [illegible] infra Annum a die dicte immissionis et concessio

nis et ipsius possessionis [illegible] computandum.

[illegible] ille optineat qui potiora jura in possessorio judicio

super talibus rebus seu super [illegible] se habere. Et

Nichilominus [illegible] qui [illegible] possessionem adeptus

fuerit [illegible] fructus per eum [illegible]

[illegible] perceptos restituere compellatur. [illegible]

[illegible] imperatorum [illegible] libros [illegible]

[illegible] Hec [illegible] autem et [illegible] in possessionem

rei cuiusque aliquem in sua ultima voluntate legate vel per fidei
commissum relicte et per eandem legantem sive per fideicommiss
relinquentem possesse tempore sue mortis per iudicem compe
tentem ad ipsius petitione [illegible] facta fide unius dumtaxat
ipsi iudici de tali ultima voluntate et herede talis defuncte
persone prius vocato. ¶ Et quod predicte probationes et quelibet
alia probatio opportuna in omnibus casibus in presenti capitulo
comprehensis etiam contradictore legitimo comparente fieri
possint etiam lite non contestata et presente seu etiam absente
et contumace parte adversa. ¶ Et quod nullus opponere vel
allegare possit contra predicta vel aliquod predictorum quod talis
defuncta persona excomunicata fuerit. Nec talem opponentem vel al
legantem aliquis rector vel officialis comunis Tuderti admictat
vel audiat sive audire valeat quoquo modo. ¶ Quinimo
presens capitulum et contenta in eo vendicet sibi locum
excomunicatione sive oppositione vel allegatione predicta in
aliquo non obstante. ¶ Preterea volumus quod ad petitionem
dominorum legatariorum et fideicommissariorum ac suorum heredum et succe
ssorum seu executorum cuiusque ultime voluntatis heredes
ipsius legantis sive per fideicommissum aliquid relinquentis
et quivis alius ab ipso legante sive fideicommictente gravati
cogi possint et debeant realiter et personaliter ad ipsum legatum
et fideicommissum prestandum solvendum et adimplendum
iuxta dispositionem talis legantis sive fideicommictentis
per iudicem ac si talis heres vel alius sic gravatus foret de
dicto legato sive fideicommisso ex instrumento guarentigie
efficaciter obligatus. ¶ Et quod dicte cause legatorum et fideicommissorum
per ipsum iudicem a die petitionis porrecte infra unum mensem a
tunc proxime subsequentem possint et debeant terminari
nisi per ipsos agnatos sive petentes steterit vel nisi de utriusque
partem talis terminus fuerit prorogatus. ¶ In rebus ho
dotalibus vel expresse et specialiter a possessore pro dotibus
obligatis in casu solucionis restituende vel reassignande
dotis possessorem vocati ostenso publico instrumento vel iudice

Et sicut quod ad legata [illegible] possit peti [illegible] obligata.

viro vel mulieri vel eius heredi cui ipsa dos reddenda resti-
tuenda vel reassignanda fuerit rei predicte dotalis vel alte-
rei sic ut premictitur obligate possessio [illegible]. ¶ Ita tamen
quod in predictis casibus vel aliquo eorum talis possessionis
concessio et apprehensio nullum [illegible] vel incomodum impetitio
Judicio sive circa ipsius proprietatem talis possessori afferat
seu alteri preiudicium aliquod [illegible] vel gravamen. ¶ Nullus
etiam quamcumque licentiam [illegible] habeat etiam per
publicum Instrumentum a [illegible] possessionem alicuius
rei de ipsius rei possessione sua auctoritate apprehendendi
et [illegible] comiti concesso [illegible]
debet ipsam possessione sua auctoritate apprehendere [illegible]
tunc talis res per alium possideret. // ¶ Verum si adhuc
ipsa possessio resideat apud illum qui sibi huiusmodi licentiam
concessisset eo casu licite et impune talis cui huiusmodi li-
centia concessa fuisset ipsam possessionem sua auctoritate
apprehendere valeat, et nonobstante nulla alia exquisita
licentia ab aliquo Judice vel [illegible]. // ¶ Quam licentiam
in casu huiusmodi cuilibet postulanti concedi [illegible] et
quolibet Judice competenti. // ¶ In aliis autem casibus [illegible]-
nimus et mandamus quod Nullus Judex seu officialis curie
comitis det vel concedat alicui licentiam apprehendendi
possessionem sive tenutam alicuius rei nisi legitime citato
eo qui illam tunc teneret vel possideret. Et aliis partibus
et [illegible] que et prout per formam [illegible] predictorum seu
[illegible] per formam et censuram Juris [illegible] requirit
¶ Et qui contrafecerit in libris quinquaginta [illegible] qualibet
[illegible]. ¶ Et Nichilominus talis licentia et quod eius vi-
gore vel pretextu secutum est ipso Jure sint nulla et de
facto per eundem Judicem penitus revocentur ad petitionem
cuiuslibet cuius interfuit. ¶ Et quod persone predicte citande
[illegible] est citari debeant in quolibet casuum predictorum
[illegible] expressis et specificatis nominibus et pronominibus
¶ [illegible] saltem semel personaliter seu ter ad [illegible]

apud domos [illegible] solite habitationis cum intervallo dierum
duorum [illegible] inter unam citationem et aliam. Et si secus
factum fuerit possessionis predicte concessio et apprehensio
inde secuta ipso iure sint nulle. Et si tales persone sic
citate non comparuerint set contumaces fuerint, sufficiat
eas in actibus omnibus subsequentibus semel tantum citari
personaliter vel ad domos habitationis ipsarum. Si vero in
termino alicuius predictarum citationum tales persone seu
alie quam citate comparuerint coram ipso iudice detur eis
copia petitionis predicte. Et subsequenter ad ulteriora
in ipsa causa procedatur iuxta dictorum statutorum formam et
consuetudinem huius civitatis [illegible] et censuram iuris communis
requirit. Et tandem [illegible] iura osten-
derit se habere ut competentia [illegible] Et quod de causis
et super dictis [illegible] et questionibus [illegible] procedatur
possit et debeat breviter summarie et de plano ac sine
strepitu et figura iudicii. Et quod [illegible]
victum victori in expensis legitimis ipsius cause condempnet.
Preterea volumus quod si in aliqua [illegible] producerentur
aliqua instrumenta testamentorum vel alia ultimarum
voluntatum seu aliquorum contractuum [illegible] extra
formam [illegible] que facta fuerint per [illegible] notarium
forensem, de quibus inter partes [illegible] et dubitatio
oriretur, quod ad ea comprobanda [illegible] et legiti-
manda liceat ipsi producenti [illegible] et protocolla talis
notarii qui ea scripsisset coram ipso iudice exhibere vel aliter
legitime talibus instrumentis fidem imponere prout per
formam statutorum dicti communis seu per formam iuris communis
requiritur. Et aliter talibus instrumentis si in dubium
ut premictitur revocentur fides nullatenus habeatur.

De consiliis committendis. Rubrica. XXVI

Item statuimus quod quilibet iudex communis Tuderti ad causas
deputatus teneat omnem litem questionem et causam
coram eo vertentem, si ab eo tempore diffinitive [illegible]

dup ea ferende / fuerit ab aliqua partium suis expensis
sapientis consilium postulatum, expensis talis petentis te
mictere consulendum alicui probo viro iuris perito neutri
parti suspecto.// Et quod postquam ipsum consilium taliter petitum
fuerit in ipsa, vel super ipsa lite, questione, vel causa
non procedat.// Et si secus fecerit talis eius processus
non teneat ipso iure.// Et quod ab inde in antea nullus
terminus in tali causa, lite, vel questione labatur
ipsis partibus, vel alicui earum, seu etiam ipsi iudici
// Set ipsa causa lix et questio, extunc interim et usque
quo ipsum consilium redductum, et publicatum fuerit
et etiam postea per duos dies iuridicos et utiles in
mediate post ipsam publicationem sequentes sit et
remaneat in eo statu in quo erat tempore postu
lationis dicti consilii.// Et quod idem iudex iuxta ipsius
consilii formam pronuntiare teneatur ad petitionem cuiuslibet
partis.// Quod consilium postquam commissum fuerit / si ille
talis consultor habitauerit in Civitate tudertina reddatur
in scriptis, et sub sigillo ipsius consultoris per ipsum consul
torem infra quindecim dies continuos post diem dicte
commissionis in mediate sequentes. Et ad sic reddendum
iuris remediis opportunis per iudicem ipsius cause compellatur.
Alias extunc commissio ipsa expiret.// Ac etiam talis consultor
cogatur salarium quod dicta de causa perceperit restituere
dupplicatum.// Et deinde alteri iuris perito ad petitionem
eiusdem partis per eundem iudicem secundum formam presentis
capituli committatur.// Verum si talis iudex ipsam litem
causam seu questionem recusauerit seu neglexerit committere
consulendam, ipso facto penam librarum decem cortonensium pro qua
libet vice incurrat. Cuius pene medietas applicetur Camere
dicti comunis, et medietas reliqua ipsi parti tale consilium
postulanti.// Et nichilominus sub eadem pena ad eiusdem
partis postulationem secundum formam presentis capituli ipsam
litem questionem vel causam consulendam committere teneatur

Ad quam quidem commissionem hac forma et decernimus pro
cedendum videlicet quod petita commissione Judex ipse teneatur
eadem die vel saltem die proxime sequenti ipsam causam
litem vel questionem commictere alicui probo viro Juris pe
rito videlicet illi de quo concors fuerit pars utraque. quod si de
nullo concordaverint, eo casu idem Judex recepto a qualibet
ipsarum partium numero suorum suspectorum et eo si sibi ex
pediens visum fuerit, refrenato ipsam causam, litem vel
questionem infra eumdem terminum alicui probo viro Juris
perito de quo sibi commictere teneatur. Ac etiam pro ipso con
sultore et initio si ad hec opportunus fuerit debitum sa
larium teneatur taxare // Quibus peractis ipsa pars
salarium ipsum iuxta taxationem predictam, eadem vel
saltem die proxime sequenti deponere integraliter teneatur
in pecunia numerata, apud quem ipse Judex mandaverit de
ponendum. // Vel etiam si non mandaverit. Nichilominus
ipsum depositum dicta pars infra eumdem terminum apud
Camerarium Camere dicti comitis facere teneatur. // Alias
extunc consilium ipsum pro non postulato penitus habeat.
Nec postea eadem pars in dicta lite, questione, vel causa
ad postulationem alicuius consilii admictatur. Set Judex
ipse, ipsam causam, litem, et questionem per se ipsum per
suam diffinitivam sententiam terminet, et decidat.
Quorum observationem volumus custodiri etiam in qua
libet interlocutoria, que secum traheret executionem sen
cuius preiudicium per diffinitivam sententiam postea
in ipsa causa promulgandam reparari non potest. Ac
etiam in ea interlocutoria que vim diffinitive sententie
optinet. Et post quam nulla diffinitiva sententia
in ipsa causa expectatur. // Hec intellecto quod predicta no.
vel aliquod predictorum non vendicet sibi locum in
litibus, causis sive questionibus motis vel movendis,
que executionem guarentitie mererent per formam
alicuius capituli statutorum dicti comitis preteriti volumus sta

tuentes quod Nullus dictorum Judicum aliquam causam consulendam committat alicui Judici siue officiali forensi dicti comunis et si secus fieret ipsa commissio ipso Jure non teneat. // Et nichilominus tam ipse committens quam etiam ipse Judex acceptans contra formam predictam penam decem librarum corton pro quolibet ipso facto Incurrant. // Nullus insuper Judex forensis dicti comunis super aliqua causa uertenti in aliqua curia tudertina aduocationem exerceat publice uel secrete. // Nec etiam aliquis eundem in huiusmodi causis in aduocatum conducat. Contrafaciens uero silicet tam ipse Judex forensis quam etiam eundem conducens penam uigintiquinque librarum corton pro quolibet eorum ipso facto Incurrat. // Cuius pene medietas dicto comuni applicetur, et reliqua illi parti contra quam talis aduocatio facta uel assumpta fuisset. // Et quod in dicto casu probatio quatuor fidedignorum testium deponentium de publica fama sufficiat.

De modo procedendi, et exequendi sententias in Ciuilibus uacante officio potestatis, uel Capitanei Rubrica. — XXXIII

Item statuimus quod quandocumque contigerit officium domini Capitanei Ciuitatis tuderti uacare. Et etiam ultimis quindecim diebus sui Regiminis quibus ipse dominus Capitaneus et eius curia procedere et sententiare non potest. Potestas et sui officiales qui dictis temporibus erunt ad regimen dicte Ciuitatis possint et debeant procedere super quibuscumque causis Ciuilibus inchoatis in curia dicti domini Capitanei et ipsas causas de Jure per sententiam terminare. // Ac eorum sententias latas in Ciuilibus in curia ipsius domini Capitanei exequi cum effectu. // Et contra quando contigerit officium domini potestatis uacare, ac etiam ultimis quindecim diebus quibus ipse dominus Potestas procedere et pronuntiare non potest si ipsis temporibus erit Capitaneus in Ciuitate tudertina, tunc modo ipse Capitaneus et sui officiales possint teneantur et debeant super causis Ciuilibus inchoatis in curia dicti domini potestatis procedere et ipsas causas ut supra dicitur per

66v

sententiam terminare. Et etiam sententias in causis Cri
minalibus latas in curia dicti domini Potestatis exequi cum effectu

Quod stetur et Credatur scripturis librorum mercatorum et Campsorum usque in Centum soldis. Rubrica. XXXIIII

libri dei mercanti

Item statuimus quod scripturis librorum mercatorum et Campsorum
Continue in Civitate tuderti mercaturam vel Campsoriam
exercentium cum sacramento suo stetur Et credatur usque in Centum
soldis cortonensium. Et quod usque in dictam quantitatem procedatur
et procedi possit ad petitionem talis mercatoris sive Campsoris
per Judicem Centum soldorum cum sacramento per eum prestito et
dictis scripturis obstensis et inspectis breviter summarie et de plano
et sine strepitu et figura Judicii. Et si quis mercator al
terius Jurisdictionis ab aliquo mercatore de Civitate vel Co
mitatu tuderti occasione mercature aliqua pecunie quan
titatem diceret se debere recipere de qua appareret instrumentum
vel non. Et dictus mercator de Civitate vel Comitatu tu
derti diceret se nolle stare de solutione dicti debiti libro a porta
dicti mercatoris forensis talem suum librum ostendere te
neatur. quo casu talis mercator tudertinus stare debeat ipsi
libro [illegible] talis mercator forensis

Qui in dare tutores, Curatores, et actores possint. Et auc toritatem super emancipationibus, Et aliis actibus interponere. Rubrica. XXXV.

Item statuimus quod Potestas et Capitaneus Civitatis tuderti
et cuilibet eorum Judices ad Civilia deputati et quilibet eorum
qui inde fuerit requisitus possint et debeant quotiens expe
diens fuerit dare tutores et curatores tam Generales quam
speciales, ac etiam actores Et eisdem administrationem de
cernere ac decretum et auctoritatem super predictis in
ponere Nec non super alienationibus Rerum minorum pupil
lorum mentecaptorum et furiosorum Et in eorum et super eorum
contractibus et distractibus Et super emancipationibus Et
in aliis et super aliis omnibus et singulis actibus et casibus
opportunis. Et quilibet de dictis Judicibus quotiens opus
fuerit et inde fuerit requisitus ire personaliter teneatur

quacumque Ecclesiam Civitatis tuderti pro predictis et quolibet
predictorum per eidem agendis et explicandis. Et predicta
omnia et singula etiam fieri possint per Judices et notarios
Civitatis et Comitatus tuderti in predictis sive super predictis
per formam sui privilegii auctoritatem et jurisdictionem
habentes. Que omnia et singula fieri et expediri possint quibuscumque
diebus tam Juridicis quam etiam feriatis ad honorem dei inductis
tam per forma Juris quam statutorum comunis tuderti. Et in quibuscumque
locis dicte Civitatis et Comitatus eiusdem.

Quod victus victori condempnet in civilibus causis in expensis. Rubrica xxxvi

Item statuimus quod in omnibus et super omnibus et singulis causis
litibus et questionibus Civilibus ordinariis extraordinariis
vel summariis que verterent in aliqua curia comunis tuderti
victus victori in veris et legictimis expensis factis in tali causa
lite vel questione in quacumque parte Judicii condempnetur
non obstante Juramento calupnie in ipsa lite vel questione
prestito. Nec etiam quod ipse expense petite non fuerint
in ipso Judicio per eidem victorem.

De Bonis debitoris et fideiussoris dandis Creditoribus xxxvii
Insolutum. Rubrica.

Item statuimus quod si quis Bona sui debitoris vel fideiussoris
ex speciali vel generali ypotecha habuerit obligata aut
de ipsis habuerit in tenutam per curiam tudertinam. Et
deinde voluerit de ipsis bonis sibi pro suo credito Et
expensis dari et adiudicari insolutum per dictam curiam
teneatur talem suum debitorem vel fideiussorem citari facere
per publicum Baiulum comunis tuderti ex parte et de man
dato Judicis competentis saltem semel personaliter sive
bis ad domum sue habitationis cum intervallo viii dierum ad minus
inter dictam citationem et reliquam si talis citandus tunc habitet
in Civitate tuderti. Ut coram ipso Judice compareat recep
turus copiam petitionis. Et responsurus eidem ad certum
terminum arbitrio ipsius Judicis statuendum. Quo compa
rente vel non sive absente ad actus alios procedat prout

predictis uel aliquo predictorum non obstantibus ad executionem
procedatur sicut ei uidebitur expedire. Et iudex
qui ipsam appellationem receperit pena dimidii puniatur.
Et pena supradictarum aduocati et procuratores susti
neant et alius quilibet qui in predictis contrafecerit
patrocinium uel procurationem uel aduocationem uel
aliquid aliud contra predicta uel alterum predictorum
prestando uel contrafaciendo. Et predicta omnia et
singula fieri possint et effectum demandentur diebus utilibus
et feriatis. Super quibus omnibus et singulis potestas
et sua curia fauorabiles existant ita quod omnia et singula
integraliter effectum mancipentur nullo consilio uel deli
beratione aliqua in aliquo exquisitis. Que omnia et
singula et quodlibet predictorum locum habeant et inuiolabi
liter obseruentur in omnibus personis maioribus et pri
uilegiatis personis ciuibus et forensibus qui in dicta
curia litigarent. Et hoc capitulum et omnia et
singula suprascripta locum habeant et roboris optineant
firmitatem in preteritis adhuc pendentibus et futuris
aliquo iure ciuili uel canonico uel statuto non obstante.
Quibus omnibus et singulis predictis non obstantibus
presens capitulum seruetur ac si ipsa in presenti capitulo
derogatum essent expressa ac etiam diuulgata que in
hac parte pro cassis et irritis habeantur. Et pote
stas et quilibet alius rector comunis tuderti et qui
loco alicuius eorum fuerit sub pena quinquaginta librarum
predictum capitulum in omnibus et per omnia per fidem
teneantur de statuto in statutum ita quod hec omnia semper
uigeant in statuto et uolumine statutorum. Item pote
stas et quilibet alius rector comunis tuderti et qui loco
cuius eorum fuerit et iudices curiarum comunis tuderti tene
antur et debeant predictum capitulum in omnibus et
et per omnia ut superius est expressum executioni mandare
in omnibus contractibus factis et celebratis in quibus [illegible]

Iudex non debet admittere appellationem

Nota quod instrumenta guarentigiata possunt executioni mandari diebus feriatis

Item [illegible]
[illegible]

personas a decem annis citra, etiam ubi guarentitia non continetur
et in omnibus contractibus dotalibus quibuscumque quocumque
tempore factis et celebratis sive in eis contineatur preceptum
guarentitie sive non. // Ita tamen quod presens capitulum, vel
aliqua eius pars non preiudicet nec preiudicare possit capitulo
quod loquitur et est sub rubrica de contractibus filiorum familias
Et ubi loquitur supra de contractibus factis a decem annis
citra intelligatur de contractibus scriptis et publicatis man
cuiuscumque notarii de civitate vel comitatu tuderti vel aliunde
non obstante capitulo constituti quod est sub rubrica quod nullus no
tarius alterius iurisdictionis roget aliquod instrumentum et
quolibet alio capitulo in contrarium loquente, quod hic pro speci
ficato et nominato habeatur.

Quibus temporibus debitores cogi non possint. Rubrica.

Item etiam statuimus, quod nullus occasione alicuius debiti pecuniarum
vel occasione alicuius sententie sive precepti in civili ca
contra eum late, vel facti, sive occasione alicuius laudi sive
arbitramenti vel occasione condempnationis facte occasione di
ffacte vel contempti mandati, sive rigore processus vel occa
sione alicuius instrumenti continentis preceptum guarentitie sive
non possit, vel debeat realiter vel personaliter cogi, sive mo
lestari, vel gravari in festivitate sanctissimi paschatis na
tivitatis domini nostri Ihesu Christi, vel eius gloriosissime resur
rectionis, vel in festo beatissimi confessoris sancti fortuna
ti defensoris et protectoris comunis et populi tudertini, vel octo diebus
ante, et octo post ipsos dies ipsarum festivitatum, et cuilibet
earum. // Et si secus fiat non teneat ipso iure quicquid
quatenus de facto processit similiter statim per iudicem
de facto debeat ad cuiuscumque petitionem suo contrario impeto
et ex suo officio, totaliter, et effectualiter revocari. // Et
quod dictis temporibus, tales debitores ad civitatem et co
mitatum tuderti licite libere, et impune, venire, ibique
stare et permanere, ac inde discedere possint et valeant
aliquo statuto, ordinamento, vel reformatione et maxime

statuto guarentitie in contrarium loquente non obstantibus quo
quo modo. Et si debitores illis temporibus starent in palatiis
comunis tuderti coacti sub fideiussoria cautione, vel cum possint
et eis liceat libere et impune inde discedere, et quo voluerit
ire. Ita tamen quod ipsis diebus elapsis reverti debeant ad ipsam
districtam et ipsam permanere prout ante tenebant. Et quod
ipse discessus nullum suo creditori preiudicium generet, nec
prosit ipsi debitori, vel fideiussori eiusdem, adeo quod ipse principalis
debitor et eius fideiussor predictis non obstantibus, nichilo
minus eidem creditori remaneant efficaciter obligati, sicut
eidem primitus tenebat. Et presens capitulum ceteris
aliis capitulis statutorum et ordinamentorum dicti comunis volumus prevalere.

De debitore pro maleficio citato non cogendo pro debito. Rubrica. xli

Item statuimus quod si aliquis fuerit citatus quod compareat ad ex
cusandum se de aliquo maleficio de quo contra eum procederet
in aliqua curia comunis tuderti per viam et modum accusationis
denumptiationis vel inquisitionis seu alio quoquo modo quod in
fra terminum ipsius citationis dum veniret ad se excusandum
de ipso maleficio seu postmodum dum pro ipso maleficio deti
neretur in palatio sive carcere comunis tuderti, seu etiam in
fra tertiam diem postquam licitum fuerit sibi discedere capi
vel detineri non possit pro aliquo debito. Et intelligatur
sibi licitum fore discedere statim postquam ipsi accusationi, denumptia
tioni, sive inquisitioni respondiderit vel ab ea se excusaverit
et satisdederit seu relassatus fuerit sub iuratorie cautioni
Non obstante capitulo guarentitie, vel aliquo alio quod
in contrarium loqueretur.

Qualiter condempnationes districte et tenute molestate mictantur executioni.

Item statuimus quod potestas et capitaneus comunis tuderti et
quilibet eorum iudices et officiales teneantur et debeant su
persedere in executionibus et exactionibus sententiarum et
condempnationum latarum et factarum hactenus quando [illegible]
que fuerint in futurum occasione districti [illegible]

molestationis tenute et super eis vel aliqua earum non procedere nisi de voluntate et ad petitionem creditoris qui ipsam condepnationem fieri fecisset, vel heredis ipsius sive jus cessum habentis. // Ita tamen quod satisfacto creditori ipsas condepnationes vel earum aliquam nullatenus exequantur statuto vel ordinamento aliquo non obstante.

De debitoribus cogendis, et quando carcerari possunt, vel non. Rubrica. [illegible] xliij

Quilibet debitor, tam principalis quam fideiussor, possit et debeat pecuniario debito persolvendo ad petitionem sui creditoris et heredis ipsius ac etiam jus cessum habentis ab ipso creditore vel eius herede in quolibet casu ab aliquo capitulo statutorum comunis tuderti permisso in palatio dicti comunis vel alia domo per ipsum comune deputanda personaliter detineri usque ad integram ipsius debiti et expensarum satisfactionem. // Et nullus debitor sic detentus debeat de palatio seu domo predicta discedere nisi soluto dicto debito et expensis, vel nisi sicut et quando suo creditori placuerit. Et qui contra fecerit in decem libris vice qualibet puniatur. // Et nichilominus iterum capiatur et detineatur. Et capi et detineri possit sine nove petitionis porrectione et novi salarii solutione ad sui creditoris voluntatem. // Quam penam decem librarum solvere non teneatur si ante condepnationem cum creditore fuerit in concordia, de quo stetur verbo ipsius creditoris. // Et qui ydonee voluerit satisdare de stando in palatio non mictatur ad carcerem pro ipso pecuniario debito. // Item si aliqua persona accusata ab aliquo de intrata tenute, vel quod non venerit ad districtum sive quod fecerit contra citationem et preceptum sibi factum per baiulum comunis tuderti mandato iudicis concordaverit cum creditore suo ante condepnationem factam de eo de predictis vel aliquo predictorum ad ipsam penam non teneatur. // Preterea siquis accusatus ab aliquo suo creditore quod non venerit ad districtum vel quod exiverit palatium vel de intrata tenute deposuerit et consignaverit

Marginal notes (left): nō ei per creditorē nō fuit ... xviij; ... satisdare nō mictatur ad car...; ... tenute ... ad stat...
Marginal note (right): [illegible] ista ydonea intelligatur de ... vel ... [illegible]

in presentia Iudicis maleficiorum apud aliquam mercatorum personam vel ex ipsorum totum debitum et expensas vel per eum non steterit quin ipsum debitum et expensas creditor ha-
buerit et receperit et de ipsis depositum fecerit causa so-
lutionis faciende ipsi suo creditori a die citationis predicte
usque ad unum mensem ad penam aliquam minime teneatur
Non obstante quod ipse creditor ipsam pecuniam recipere noluerit
Et non obstante in predictis vel aliquo predictorum statuto vel
ordinamento aliquo comunis tuderti quod incontrarium loqueretur.
Et quod proponatur in consilio Generali per dominum Potestatem si
placet ipsi consilio providere de conducendo unam domum
pro debitoribus detinendis pro debito.

Quod debitores Cogantur elapsis decem diebus. Et quod Mulieres non possint Inpalatio detineri. Rubrica. -xliiij-

Hoc statuto provisum est quod quilibet Iudex causarum Civilium
comunis tuderti post decendium a die late sententie vel pre-
cepti facti seu debiti declarati per eum vel suum precessorem
ipsa die ipsius late sententie sive precepti facti vel debiti
declarati in dicto decendio minime computata etiam si
de tali debito non appareret guarentisie instrumentum
possit et debeat talem contra quem talis sententia lata
fuerit seu tale preceptum factum aut tale debitum
declaratum facere detineri et ad solvendum compellere per-
sonaliter et realiter ad voluntatem talis sui creditoris ac
si foret eidem ex guarentisia obligatus. Dummodo
talis debitor antequam ad ipsam executionem contra eum vel
eius bona perveniatur primo citetur in scriptis per cedulam.
Et si aliter fiat non valeat ipso iure. Et hec intelli-
gantur de maribus. Femine autem non possint de
de causis vel aliqua earum in palatio detineri. Sed in alio
loco negruo et honesto deputando per Iudicem. Et si
pro Muliere aliqua debitrice vellet eius maritus vel
filius stare detentus ipsa mulier nullatenus possit vel
debeat pro ipso debito personaliter detineri non [illegible]

uel ordinamento aliquo comunis [illegible] quod in contrarium loqueretur.
Quam executionem iuxta formam premissam fieri uolumus tam diebus iuridicis quam etiam feriatis. Exceptis illis dumtaxat qui ad honorem dei fuerint feriati per [illegible] seu statuta dicti comunis.

De Berouariis concedendis et eorum salario. Rubrica xlvi

Item statuimus quod potestas et capitaneus [illegible] quilibet eorum iudices et quilibet [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] dicentur libri [illegible] et [illegible] [illegible] per formam statutorum siue ordinamentorum comunis [illegible] permisse. Exhibere et concedere Berouarios omnibus creditoribus pro eorum debitoribus capiendis. Soluto tamen prius per eos salario debito camerario camere dicti comunis. Et quod locum habeat in executionibus fiendis [illegible] [illegible] [illegible] in quo [illegible] guarentisie contineretur. Et quod quando ipsi Berouarii ceperint aliquem debitorem in palatio dicti comunis recipiant duodecim denarios pro quolibet ipsorum Berouariorum. Et si in platea uel alibi infra ciuitatem [illegible] duos solidos. Et si extra ipsam ciuitatem et a senatis infra tres solidos. Et si a senatis extra quinque solidos pro [illegible] [illegible] [illegible] et plus petere sibi temperare non possint [illegible]
Et quod dicti potestas et capitaneus teneantur [illegible] Berouarios et equites in comitatum [illegible] [illegible] creditorum contra tales ipsorum debitores [illegible] publicis [illegible] contra tales debitores guarentisia continentes et solutione [illegible] salarii per eos dicto camerario prius facta. Et habeat et habere debeat quilibet de dictis equitibus a tali creditore octo solidos pro quolibet die. Et quilibet de dictis Berouariis [illegible] siue quinque solidos pro quolibet eorum et quolibet die [illegible] distinctione premissam. Quas expensas talis debitor tali creditori refitare integraliter teneatur.

De pena non exigenda a debitore nisi certe forma facta. Rubrica xlvii

Item statuimus quod si aliquis promisit aliquam pecunie quantitatem uel rem aliam dare tradere uel restituere ad certum

70v

terminum sub certa pena et ipam et in ipo termino non dederit
tradiderit sive restituerit prout promisserat non propterea talis pro
missor ad ipam penam solvendam precise et effectualiter cogi
possit si post ipm terminum talem suam promissionem cum effectu
paratus sit adimplere cum refectione totius dampni et interesse
partis adverse. Ceterum si quis aliquid faciendum vel non
faciendum alicui promisit sub certa pena et talis promissor
in ipa sua promissione servanda et adimplenda contumax
seu morosus extiterit vel esse ceperit. Eo casu facta sibi
protestatione per illum cui talem promissionem fecerit personaliter
vel ad domum ipius habitationis presente aliquo de sua fami
lia legitime etatis et sane mentis de tali promissione sibi
per eum servanda et adimplenda vel de non veniendo vel fa
ciendo ulterius contra eam talis promissor. Si in ipa sua
contumacia seu mora postea perseveraverit usque ad mensem
a die talis protestationis facte ut dictum est inantea com
putandum teneatur et cum effectu compelli possit ad penam
predictam tali suo creditori solvendam. Nec ad ipam suam moram
et contumaciam purgandam post dictum mensem ulterius ad
mittatur. Et hec trahant tam ad futura quam etiam ad
preterita nondum sopita.

De prescriptione vigintiquinque annorum et quod in dictis locis non habeat locum [illegible]

Item statuimus quod quicumque steterit per vigintiquinque annos
quod de pecunia vel re alia sibi debita vel debitis questionem
aliquam non moverit in iudicio vel extra nec petitionem
aliquam ipius debiti vel aliquid pro eo vel eius nomine
receperit quod post dictum tempus contra talem debitorem
sive ipius heredem vel eius bona pretextu dicti vigore talis
debiti nil petere possit. Et predicta tam in futuris quam
etiam in preteritis nondum sopitis set adhuc pendentibus vendicent
sibi locum. Non obstantibus aliquibus statutis com
munis et in eis statutis quarumcumque sive iure communi sive
vel civili in contrarium loquentibus. Quibus [illegible]

et singulis eorum utilitate pensata volumus per presens Ca
pitulum derogari. // Ista tamen presens Capitulum locum
non habeat in dotibus et Instrumentis dotalibus.

De appellationibus Interponendis in Civilibus Ca usis . Rubrica . — xlviii —

Quoniam Judices interdum ob imperitiam, interdum ob in
iuriam iniquas sententias proferunt et alia iniusta gra
vamina Inferunt litigantibus appellandi usus frequens
ac Necessarius est inventus Cuius remedio tam imperitia
quam iniquitas Iudicum corrigetur. // Siquis itaque in
Civili causa lite vel questione ante diffinitivam sententiam
ab aliqua interlocutoria contra eum lata a potestate Capi
taneo vel ab aliquo Judice alicuius eorum, seu ab alio offi
ciale comunis tuderti Jurisdictione habente, sive ab aliquo
gravamine quod ab aliquo eorum in ipsa lite, questione
vel causa sibi illatum proponeret ante diffinitivam se
ntentiam, et post quam interlocutoriam, sive post quod
gravamen, diffinitivam sententiam in ipsa et super ipsa
lite, questione, vel causa, promulgari speraret appellare
voluerit possit et sibi liceat ad dominum defensorem
et Judicem appellationum Civitatis tuderti infra tempora
infrascripta Et sub infrascripta forma libere appellare vide
licet ut ipsa die dicte interlocutorie promulgate vel illati
gravaminis appellare possit viva voce et sine scriptis. quando et in quo tempore liceat appellare ab interlocutoria.
Elapsa vero ipsa die in scriptis tamen et infra tres dies
continuos extunc proxime subsequentes ab ipsa die dicte
promulgate interlocutorie sive illati gravaminis et non
sequentie computandos ipsa die dicte promulgate interlocu
torie dictique illati gravaminis in dicto termino dictorum
trium dierum nullatenus computata. // In qua quidem
appellatione nullius cause expressio vel apostolorum petitio exi
gatur nec etiam postea quandocumque ipsorum apostolorum petitio
requiratur. // Et dictum appellantem ipse potestas
Capitaneus Judex sive officialis a quo appellaret benigne

audiat / nec post ipsam appellationem in ipsius appellantis pre
iudicium, ipsa appellatione pendente in ipsa lite, questione
vel causa quicquam innovet quoquo modo. // Et si secus
factum fuerit ipso iure sit irritum et inane. // Quam
appellationem dictus appellator teneat infra decem tres dies
coram dicto domino defensore et iudice in publica forma producere
Et eam idem dominus defensor et iudex recipere et admittere te
neatur, sub hac forma videlicet si et quatenus de iure sit
admittenda et alias non. // Et deinde dictus appellator
suam petitionem die proxime subsequenti post porrectionem appel
lationis predicte coram dicto domino defensore et iudice producere
teneatur. // Cum appellator in premissis non observaverit ipso facto
extunc pro non appellante censeatur et reputetur. // Predictis
vero ut premittitur a dicto appellatore observatis et adimpletis predictus
dominus defensor et iudex partem appellatam citari faciat ad peti
tionem talis appellantis per publicum baiulum comitis tudertini
quod infra primam diem extunc proxime subsequentem si ipsa pars
appellata fuerit vel habitaverit in civitate tudertina vel infra
terminum [illegible] in eius comitatu coram eo compareat ad accipiendum
copiam dicte appellationis et ad recipiendum copiam dicte petitionis
et terminum ad opponendum contra et respondendum eidem
petitioni quicquid vellet. // Cum in dicto termino venerit ipse
dominus defensor et iudex statim faciat dicte petitionis copiam
a dicto appellatore ipsius appellatoris sumptibus exhiberi et
eidem statuat et assignet terminum unius diei extunc proxime
subsequentis ad respondendum ipsi petitioni et ad opponen
dum contra ipsam petitionem quod contra dictam appellationem
quicquid vellet. // Ipsa vero parte appellata in dicto termino
non comparente dictus dominus defensor et iudex eidem ter
minum dicte parti appellate statim statuat et assignet quod
per publicum baiulum dicti comitis notificari faciat. // Et
deinde si ipsa pars appellata in dicto termino coram dicto domino
defensore et iudice comparuerit et exceptiones contra [illegible]
preposuerit siquidem declinatorias fori [illegible] et [illegible]

Infra quem tempus debet appellans producere coram iudice appellationem

Forma recipiendi appellationem

De appellatione porrigenda [illegible] post [illegible] appellationem

Modus citandi partem appellatam

Forma[illegible]

[illegible]

[illegible]

natoriarum habentes, et in forma declinatoriarum propositas teneatur
Idem dominus defensor et judex sub pena decem librarum contra eas infra
duos dies extunc proxime subsequentes examinare, et discutere
ac super eas absque consilio sapientis pronuntiare prout justitia
suadebit. // Ceteras vero exceptiones idem dominus defensor et judex
sibi reservet in sententia diffinitiva per eum in dicta et super
dicta appellationis causa promulganda. // Si vero dicta pars
appellata in dicto termino eidem ad opponendum et respondendum
statuto ut dictum est non comparuerit, vel nulla de predictis
exceptionibus declinatoriis, et in forma declinatoriarum ut dictum
est opposuerit, vel etiam si in dicto termino comparuerit et aliquas
de predictis declinatoriis exceptionibus opposuerit ut predicitur et
in eis succubuerit. Vel si ipse exceptiones infra dictos duos
dies ad ipsas discutiendas et decidendas statutos terminate non
fuerint teneatur tamen dictus appellator, quod etiam dicta pars appel
lata infra tres dies extunc proxime secuturos coram dicto domino
defensore et judice omnia acta et jura quibus in dicta causa
appellationis uti voluerit producere. Statuimus quod nulla alia acta
et jura producere valeant quam ea tantum que in primo judicio actitata
fuerant et producta. // Quibus tribus diebus elapsis ad
ulteriorem vel aliam productionem nullatenus admictantur.
Qui vero dominus defensor et judex absque aliqua litis contestatione cum
eo in dicta causa appellationis facienda dictam causam appellationis
infra quinque dies continuos post dictos tres dies proxime subse
quentes discutiat, et examinet, et per suam sententiam ter
minet et decidat ex actis, et juribus predictis dumtaxat
in ipso primo judicio actitatis atque productis et coram eo
porrectis infra terminum suprascriptum dictorum trium dierum
absque aliquo consilio sapientis prout justitia suadebit. In
qua sententia partem succumbentem parti victrici in expensis
veris et legitimis ipsius cause appellationis condempnet. // Quibus
quinque diebus elapsis instantia dicte cause si infra ipsos
quinque dies ipsa causa decisa et terminata non fuerit per
dictum defensorem et judicem sententialiter ut supra dictum est,

ipso iure intelligatur esse perempta et appellatio ipsa extunc deserta
penitus habeatur nisi de utriusque partis consensu anteq[uam] lapsi
sint quinque dies fuerint pro instantia prorogati. ¶ [illegible]
Si pars utraque de consilio sapientis habendo consenserit eo
casu dictus iudex appellationis causam committere teneatur
et alia facere que in causa huiusmodi per formam statu-
torum dicti comunis de hac materia loquentium requiruntur. ¶ Et
si dictus appellans in ipsa appellatione succubuerit amplius appel-
lare non possit ab aliquo consimili actu qui postmodum per
iudicem ipsius principalis cause fierat [illegible] vel circa
idem articulo vel de quo sub qua [illegible] appellatio fuerat
interposita per appellatorem [illegible]. ¶ [illegible] a sententia [illegible]
dictum domini defensorum et [illegible] cause et super dicta [illegible]
lata per aliquam [illegible] per [illegible] [illegible]
succubuerit appellare [illegible]. ¶ [illegible] volumus statu-
[illegible] appellationis prosequi
[illegible] [illegible] [illegible]
intelligantur continuum [illegible] diebus sollempnibus
et feriatis ad honorem dei [illegible] comunis
[illegible] statutorum comunis [illegible] Necnon [illegible] idem
[illegible] defensor et iudex ad [illegible] [illegible] nequaquam
quaque ad ius reddendum [illegible]. ¶ [illegible]
[illegible] appellationum et [illegible] productionum [illegible]
fieri valeant tam diebus [illegible] etiam omnibus et
singulis predictis diebus feriatis. ¶ Et [illegible]
[illegible] omnes et singuli predicti dies [illegible]
interpositionum et productionum computentur et currant
et pro utilibus et iuridicis habeantur et reputentur
non obstante iure aliquo si quid in contrarium loqueretur.
¶ Et oppositio vel allegatio in contrarium facta nullatenus
admittatur vel audiatur per aliquem [illegible] vel offitia-
lem dicti comunis. Nec [illegible] [illegible] valeant aliquo modo. ¶ [illegible]
appellationum interponendarum [illegible]

Non potest in app[ellatio]ne succ[um]bens [illegible] [illegible] ab actu [illegible] appellar[e].

Non potest ap[pellare] a [illegible].

[illegible]

grauaminibus liceat utriq3 parti coram dco dno defensore
et Judice producere tam probationes Jam factas in ipo
Judicio et acta in ipo primo iudicio actitata qm etia
alias nouas probationes facere ac etiam Nonas
Exceptiones et defensiones proponere infra terminum
sex dierum quem loco termini supascripti trium dierum
ad producendum statuti dictis partibus assignamus.
Nec non qd dcus dnus defensor et Judex in causis et
super causis huiusmodi suam sntam ferat et ferre
teneatur cum consilio sapientis si ab eo per altera
partium ipius petentis expensis ipm consilium fuerit
postulatum. // Cetera autem omnia que in superioribus
sunt statuta etiam in casibus huiusmodi uendicent sibi locum.
Ceterum siquis ab aliqua diffinitiua sententia conta
eum lata in aliqua Ciuili causa lite uel questione
per aliquem dictorum Rectorum Iudicum uel officialium
appellare voluerit possit et sibi liceat ad dictum dnm
defensorem et Judicem appellationum infra tempora
infrascripta Et sub infrascripta forma libere appellare
Videlicet ut ipa die ipius sententie promulgate appel
lare possit uiua uoce et sine scriptis // Elapsa uero die
ipa in scriptis tm. Et infra decem dies continuos
ab ipa die dicte late sententie et non scientie inantea
computandos // In quo termino dies dicte late sententie
minime comprehendatur. // In qua quidem appellatione
ipe appellator nullam causam exprimere teneatur.
Et siquam uel siquas expresserit Nichilominus ex alia
uel aliis causis in ipa appellatione non expressis appel
lationem ipam iustificare et corroborare ualeat in cause
processu. Nec etiam teneatur tempore dicte appella
tionis interponende uel postea quandocumq3 infra iuris
terminum sive postea apostolos uel libellos dimissorios petere
Nec tamen propterea appellationem ipam intelligatur deseruisse seu
iuri suo preiudicium aliquod irrogasse. // Et dictum appel

latorem quilibet dictorum Rectorum iudicum et officialium qui
dictam diffinitivam sententiam protulisset benigne et
patienter audiat nec ipsa pendente gestis in ipsa principali
lite vel causa innovet in aliquod ipsius appellantis pre
iudicium vel gravamen. // Et si secus factum fuerit
ipso iure sit nullum. // Quam appellationem teneatur
dictus appellator infra dictos decem dies coram dicto iudice
appellationum in publicam formam producere. // Et eam
dictus iudex appellationum recipere et admictere teneatur
sub infrascripta forma videlicet si et quatenus de iure sit
admictenda et aliter non. // Et deinde dictus appellator
suum libellum sive petitionem infra duos dies continuos post
productionem appellationis predicte immediate sequentes
ipsa die productionis dicte appellationis in dictis duobus
diebus minime computata coram eodem iudice appellationis
porrigere teneatur. // Quod si dictus appellator predicta
omnia non observaverit extunc ipso iure ipsius appellatio
censeatur esse deserta. // Et nichilominus ad petitionem
ad petitionem appellati eidem appellato in expensis legi
timis ipsius cause per dictum appellationis iudicem con
dempnetur. // Premissis vero ut predicitur per dictum ap
pellatorem observatis et adimpletis dictus iudex appellationum
citari faciat partem appellatam per publicum baiulum
dicti comunis ad petitionem dicti appellantis ut infra pri
mam diem iuridicam et utilem extunc proxime subsequentem
si ipsa pars appellata fuerit vel habitaverit in dicta ci
vitate tuderti vel infra secundam si in eius comitatu coram
ipso iudice appellationum compareat acceptura copiam dicte ap
pellationis et receptura copia dicti libelli sive petitionis
et terminum ad opponendum contra et ad respondendum
dicto libello seu dicte petitioni quicquid vellet. Cui si
in dicto termino venerit dictus iudex appellationum statim fa
ciat dicti libelli sive petitionis copiam adiecto appellatore
ipsius appellatoris sumptibus exhiberi. Et eidem terminum [illegible]

De appellatione ad [illegible] ponendo libellum infra duos dies a die [illegible]

terminus [illegible]

[illegible]

dierum statuat et assignet ad accipiendum copiam dicte appel
lationis et ad respondendum dicto libello sive petitioni, ac etiam
ad opponendum contra quicquid vult. // Si vero non comparuerit
eundem terminum in eius absentia, idem iudex appellationis statuat
et subsequenter eidem per publicum baiulum dicti comunis eundem
terminum notificari faciat personaliter vel ad domum sue solite
habitationis. Cum appellatus si in ipso termino coram ipso iudice
appellationis comparuerit et exceptiones in contrarium propo
suerit, siquidem declinatorias unam vel plures seu vim et na
turam declinatoriarum habentes et in forma declinatoriarum pro
positas teneat ipse iudex appellationis sub pena decem librarum
[illegible] infra quinque dies examinare et diffinire prout
iustitia suadebit absque aliquo consilio sapientis. Aliis
exceptionibus in processu cause reservatis. Dictis vero
quinque diebus elapsis si dicte declinatorie exceptiones de
cise non fuerint, vel si talis excipiens in eis succumbuerit
[illegible] statim post lapsum dicti termini ad opponendum statim
si talis appellatus in ipso termino non comparuerit seu etiam
si comparuerit et nullam de predictis declinatoriis exceptionibus
opposuerit modo predicto, teneat dictus iudex appellationis
ad petitionem cuiuslibet partium ipsis partibus [illegible]
si presentes coram ipso iudice fuerint vel per publicum baiulum
dicti comunis [illegible] partium tunc si presentes non fuerint
terminum [illegible] ad probandum, et iudicem [illegible] in ipsa causa
usque [illegible] statuere et assignare. Et [illegible] intellecto
quod in ipsa et super ipsa causa appellationis testes de novo recipi
et examinari possint ad petitionem producentis eosdem tam
super novis articulis quam etiam super veteribus productis in
primo iudicio et super annexis et dependentibus ab eisdem.
Et dicte probationes et productiones licite fieri valeant etiam
lite non contestata. Quibus [illegible] diebus elapsis nemini
dictarum partium ad aliquid probandum vel [illegible] [illegible]
[illegible] per dictum iudicem appellationis ulterius [illegible] nisi
[illegible] utriusque partis consensu [illegible] terminus per dictum iudicem infra

termi ad probandum [illegible]

74v

dictum terminum, certo dierum fuerit prorogatus. ¶ Et dictus
judex appellationum infra alios decem dies ad petitionem cuiuslibet
ipsarum partium per se ipsum sine consilio sapientis. Si ante
utra partium consilium ipsum petatur, ipsam causam per
suam diffinitivam sententiam terminare, et decidere teneatur
¶ Victum victori in expensis legitimis ipsius cause condempnando.
¶ Ceterum si ab aliqua ipsarum partium consilium ipsum fuerit po
stulatum, eo casu per ipsum judicem procedat ad ipsam commissionem
et ad alia prout requiritur per formam statutorum dicti comunis de
hac materia loquentium. ¶ [illegible] intellecto quod omnia supra
scripta tempora prosecutionis et diffinitionis dicte cause ap
pellationis interposite a diffinitiva sententia sint et intelligantur
[illegible] et non continua, exceptis diebus quibus ipse
appellationes et [illegible] appellatorum seu petitiones coram
ipso judice appellationum producent. Que productiones
[illegible] fieri possint et debeant per ipsum appellatorem quibus
libet [illegible] feriatis, nulla in contrarium oppositione
vel allegatione admissa, prout superius in alio casu consi
[illegible] dictum est. ¶ [illegible] Si dicta causa infra dictum ter
minum diffinita et terminata non fuerit, extunc instantia
ipsius cause sit et intelligatur perempta. Et ipsa appellatio
[illegible] jure censeatur deserta, nisi de utriusque partis con
sensu fuerit ipsa instantia [illegible] per dictum judicem prorogata.
¶ Vel nisi ipse judex appellationum in ipsius diffinitione morosus exti
terit, postquam ab ipsis partibus vel altera earum de ipsa causa
diffinienda fuerit requisitus. ¶ Et [illegible] judex
si dictam causam sua mora vel culpa infra dictum terminum
non diffinierit, penam vigintiquinque librarum ipso facto incurrat.
Et causam ipsam sub dicta pena ad petitionem cuiuslibet partis
terminare et diffinire postmodum teneatur. ¶ Et si quando
dictus judex appellationum per suam sententiam confirmaverit
sententiam judicis cause principalis, a qua ad eum exti
terat appellatum, ipsa prima sententia extunc [illegible]
et firma maneat, et per judicem ipsius cause principalis [illegible]

Non potest appellari a sententia confirmatoria.

Potest appellari a sententia infirmatoria.

qui eam tulerit executioni mandet. Nec ab ipsa confir
matoria sententia dicti Iudicis appellationum valeat appellari.
Et nichilominus si appellatio que interposita fuerit in aliquo
casuum in presenti capitulo comprehensorum sibi frustatoria seu ca
lupniosa visa fuerit quod etiam per ipsum in eadem sua
sententia declaret, teneatur talem appellatorem non
solum adversse parti victrici in expensis ipsius cause. Set etiam
dicto comuni in soldis duobus cortonensium pro qualibet libra
pecunie seu vere extimationis rei de qua taliter appel
laverit condepnare. Verumtamen si per dictum Iudicem
appellationum ipsa diffinitiva sententia a qua ad eum appel
latum extiterit infirmata vel nulla pronuntiata et de
clarata fuerit possit ille contra quem per dictum Iudicem
appellationum taliter pronuntiatum extiterit infra decem
dies continuos a die ipsius sententie promulgate et
non scientie computandos ipsa die dicte promulgate
sententie in dicto termino minime computata, ab ipsa
sententia dicti Iudicis appellationum ad dominum potestatem
seu ad dominum Capitaneum Civitatis tuderti appellare in
scriptis tantum et ipsam appellationem infra eundem terminum co
ram altero eorum ad quem appellaverit in publicam formam
producere sub infrascripta distinctione videlicet quod si per ipsum
dominum potestatem vel aliquem Iudicem sue curie ad Ci
vilia deputatum fuerit talis sententia promulgata eo
casu dicta appellatio et eius productio fiat ut dictum
est ad dictum dominum Capitaneum. Et versa vice si talis
sententia lata fuerit per dictum dominum Capitaneum vel
aliquem Iudicem sue curie ad Civilia deputatum fiat
et fieri debeat simili modo ad dictum dominum potestatem.
Et deinde infra quinque dies continuos postea subsequentes
ipsa die productionis dicte appellationis in dictis quinque
diebus non computata, dictus appellator coram dicto domino
Potestate sive Capitaneo ad quem appellatum est producat
et producere teneatur omnia acta tam primi Iudicii quam

sedi in publica forma, et instrumenta et iura per eum in
ipso primo iudicio, uel secundo producta // ¶ Qui Pote
stas sive Capitaneus statim postea saltem infra tres
dies extunc proxime subsequentes causam ipsam de iure omictat
consulendam alicui probo viro iuris perito, neutri parti
suspecto. in Civitate tuderti si ipsis placuerit, vel extra
si ipse partes de ipsa commissione in dicta Civitate fienda
concordes non fuerint, refrenato prius per eum prout
sibi conveniens et expediens visum fuerit, numero
suspectorum. // ¶ Et deinde ad ipsum consultorem infra eundem
terminum. omnia predicta acta, instrumenta et iura, cum
allegationibus iurium utriusque partis, quas sibi infra
dictum terminum ipse partes exhibere voluerint, ac etiam
cum statutis et ordinamentis dicti comunis ad ipsa conficientibus
simul ligata et sigillata suo sigillo et cum salario eo
petenti per eum taxando, prout eidem congruum fore
videbitur, consideratis facundia sive sufficientia consul
toris, et ipsius cause qualitate, et onere expensis
dicti sedi appellationis trasmictere teneatur. ¶ Et idem
Consultor de iure consulat, utrum iuste, uel iniuste
per dictum dominum defensorem, et iudicem appellationum
pronuntiatum extiterit, Et consequenter per suum con
silium sententiam dicti domini defensoris et iudicis appellationum
comprobare, uel improbare, et reformare debeat pro
ut iustitia suadebit. ¶ Et tandem dicto consilio reddito
et secundum eius tenorem, et formam idem dictus Potestas seu
Capitaneus pronuntiare teneatur. ¶ Nec a tali sententia
per aliquam ipsarum partium possit ulterius appellari. ¶
¶ Decernentes, et declarantes in quolibet casuum predictorum
presenti capitulo comprehensorum appellari posse in scriptis,
tam coram rectore iudice uel officiali, a quo seu a
cuius sententia diffinitiva, uel interlocutoria, sive gra
vamine, quis duxerit appellandum, quam etiam coram
dicto domino defensore, et iudice appellationum sive com

coram dicto dno Capitaneo uel coram dicto dno pote
state ad quem videlicet secundum distitionem et censuram
presentis Capituli erit taliter appellandum

De salario deponendo per appellantem in causa. xlvi
Civili. Rubrica.

Item statuimus quod si ab aliqua diffinitiva sententia
seu interlocutoria que vim sententie diffini
tive optineat et post quam nullam diffinitivam sen
tentiam in ipsa causa promulgari sperat ad dominum
defensorem et iudicem appellationum comunis tuderti per
aliquem fuerit appellatum. Et deinde per ipsum iudi
cem appellationum dicta sententia fuerit confirmata talis
appellator solvere teneatur Camerario comunis tuderti pro
ipso Comuni et eius nomine recipienti sex denarios corton
pro qualibet libra summe pecuniarie sive vere exti
mationis rei in tali sententia contente. Si vero
ab alia interlocutoria seu ab aliquo gravamine quod
ante tempus diffinitive sententie proferende di
ceretur illatum ad dictum appellationum iudicem fuerit
per aliquem provocatum et in tali appellatione per
dictum iudicem ipsius appellationis sententiam succumbuerit
appellator teneatur talis appellator dicto Camera
rio pro dicto comuni recipienti et eius nomine solvere
decem soldos. De quibus quidem quantitatibus pe
cunie in quolibet dictorum casuum quilibet appellator
in pecunia numerata depositum apud dictum Camerarium pro
dicto comuni facere teneatur. Et etiam de ipso deposito dicto iudici appellationis tempore
sue appellationis per apodissam sigillo dicti camerarii porrectionis
sigillatam fidem facere teneatur. Alioquin dicta appellatio
ex nunc pro deserta penitus sit habenda. Nec super
ea dictus appellator ullatenus audiatur.

De Contractibus filiorum famil. Et etiam emancipatorum. Rubrica.

Item statuimus quod nullus filius famil. absque consensu sui
patris vel aliquam paternam ... possit p

76v

stipulationem / pactum / sive pollicitationem / vel cuiuscumque
generis contractum sive distractum / se ipm / vel sua bona
nullatenus obligare / sive alienare . // Et si secus fecerit
non teneat ipo iure / adeo q nec ipse / nec talis eius pat
vel avus / nec eius fideiussor / vel quivis alius dicta de
causa / vel occasione / nec ipo / vel alicuius eor bona pre
sentia / vel futura in aliquo teneri / obligari / vl inquietari
possint / Nec exinde / vel obinde ius aliquod inagendo / ex
cipiendo / retinendo / vel compensando / vl al quoquo modo
alteri acquirat / Ceter si talis filius famil tunc
temporis mercaturam aliquam sive artem / vel artificiu
alicuius mercis / sive mercimony publice exerceret / et in
ipa mercatura / vel arte / seu in hijs que ad ipsam merca
turam / vel artem pertinerent aliquid gereret / contrahendo
vel distrahendo / seu se vel sua bona quomodolib obligando
eo casu tamq pater famil et homo sui iuris tam psonalit
q realiter efficacit obliget / ac possit effectualit conveniri /
Non obstante q talis sui patris vel avi in predictis no in
tervenerit auctoritas / vel consensus / Nec non talis ei
pater vel avus vigore talis contractus / sive obligationis
conveniri possit atali creditore / usq in summam et quantitate
legictime / sive nature contingentem ipi suo filio / vel nepoti
de bonis / vel in bonis eiusdem habita consideratione ad ipsa
bona que idem suus pater / sive avus haberet tpe quo
dicta de causa / sive occasione conveniret // Nisi ipse pater
vel avus tali contractui / vel obligationi expressim contradixiss
vel nisi ante talem contractum / vel obligationem publice
bannire / et preconizari fecisset per publicum preconem / et
bannitorem dicti comunis tuderti per civitatem tuderti / q nullus
contrahat / vel mercet cum tali suo filio / vel nepote / de
quo constet per publicum instrum per eundem patrem / vel
avum exhibitum infra octo dies ad die dicti banimenti fi
maniter computandos consulibus talis artis vel merca
quam idem suus filius / sive nepos publice exerceret /

dicti Bannimenti, sive proclamationis in dicto termino dictorum
octo dierum minime computata. // Salva semper cont-
ra ipsum patrem, vel avum actione de inrem verso in quo-
libet dictorum casuum, si et quatenus de iure competeret,
cui per presens capitulum non intelligatur in aliquo
derogatum. // Si autem quis emancipatus fuerit a
suo patre vel avo in cuius potestate subiacebat, et de-
inde cum alio contrahat vel quoquo modo se obliget,
eo casu talis eius pater, vel avus a quo emancipatus
fuerit dicta de causa sive occasione, non possit in ali-
quo conveniri, dummodo tempore dicte emancipationis
vel post ea dicto suo filio, vel Nepoti de suis bonis
contulerit tantum, quantum sibi de dictis, vel in dictis
bonis iure dicte legitime competebat vel compe-
tere poterit habito respectu ad Bona que idem suus pater
sive avus haberet tempore quo dicta de causa sive
occasione conveniretur. // Alioquin idem pater vel avus
usque in supplementum dicte legitime conveniri dicta de
causa valeat cum effectu, nisi premissa eius con-
tradictio sive Bannimentum predictum et alia supra
scripta sollempnia pro eius parte fuerint observata. // Ita
tamen, quod totum et quicquid quod ipse pater, vel avus in ali-
quo dictorum casuum dicta de causa vel occasione solverit
eidem suo filio, vel Nepoti in dicta sua legitima por-
tione seu eius supplemento possit et debeat computari.
// Que omnia optinere volumus perpetuam roboris fir-
mitatem, statuto quatenus, vel aliquo alio loquente
in contrarium non obstante quibus omnibus per presens
capitulum derogetur.

Quod Contractus, sive distractus facti cum Minoribus non valeant, Et de pena notarii scribentis. Rubrica. h.

Contractus, et distractus cum minore viginti annorum
factus sine sui patris vel Curatoris auctoritate et
consensu sit ipso iure nullus. Et ex eo nullum Ius fiat

capitulo guarentitie non obstante // Et notarius qui
talis contractus instrumentum confecerit in libras decem
condepnetur // Et in totidem qui ipso instrumento uteretur
uel eius pretestu aliquid peteret.

Quod maritus lucretur quartam partem dotis uxoris sue. Rubrica. lij

Lucretur maritus quartam partem dotis uxoris sue sine
filio uel filia ex eo habito uel habita decedentis quando — marito
cumque decedat postquam eam duxerit ad domum suam uel
sue habitationis. De qua quarta parte non possit ullatenus
defraudari. // Ita tamen quod dictus maritus contribuat
in expensis funeralibus dicte sue uxoris pro ipsa quarta
parte. // Et hoc capitulum locum habeat tam in
iam nuptis quam etiam in nupturis.

Quod mulieri in dote non opponatur exceptio mobi
lis non assignati. Rubrica. liij — moglie

Item statuimus quod licet aliqua mulier soluto matrimo
nio dotem suam ad mobile comunis tuderti non assigna
uerit que esset in casu restitutionis, quod propterea non
possit sibi opponi exceptio mobilis non assignati. Et
si opponeretur talis opponens non audiatur, nec audiri
possit uel debeat per aliquem rectorem siue officialem
dicti comunis. Set nichilominus ipsum instrumentum
dotale debeat executioni mandari per iudices curie
dicti comunis non obstante aliquo statuto, uel ordina
mento dicti comunis in contrarium loquente.

Qualiter mulieres contrahere possint. Rubrica. liiij — moglie

Item statuimus quod nulla mulier possit contrahere,
uel distrahere, aut aliquam donationem causa mortis
uel inter uiuos, seu testamentum, codicillos, uel aliam
ultimam uoluntatem facere, sine presentia uiri sui
et patris, et fratrum carnalium et filiorum maiorum qua
tuordecim annis si omnes predictos habeat. Si uero pa
trem, uel fratres carnales non haberet sine presentia
duorum proximiorum suorum consanguineorum maiorum quatuordecim

habitantium in Ciuitate uel Comitatu tuderti simul
cum marito talis mulieris, et eius filiis minoribus
maioribus quatuordecim annis si eos habet. ¶ Et
si maritum non haberet cum presentia filiorum ma
iorum quatuordecim annis si eos haberet. ¶ Et si
maritum uel filios non haberet sine presentia patris
si eum haberet. ¶ Et si patrem non haberet sine
presentia fratrum carnalium maiorum quatuordecim
annis si eos haberet. ¶ Et si predictos uel aliquem
predictorum non haberet sine presentia dcorum duorum suorum
consanguineorum. ¶ Et si aliter faceret non ualeat
nec teneat ipso iure. ¶ Declarantes quod ubicumque hoc ca
pitulum loquitur de consanguineis intelligatur de
proximioribus consanguineis ex linea paterna usque
in tertium gradum inclusiue si ex ipsa linea paterna ipsos
habuerit. ¶ Si uero ex linea paterna aliquos tales con
sanguineos non habuerit intelligatur similiter de consang
uineis ex linea materna usque in tertium gradum inclu
siue. ¶ Si uero talis mulier bis diuersis diebus et
per diuersos baiulos ad certa et determinata tempora
citari fecerit predictos quorum presentia requiritur ut sup
distinctum est de mandato alicuius iudicis curie communis
tuderti personaliter uel ad domum eorum habitationis si in
Ciuitate uel Comitatu tuderti habitauerint. ¶ Deinde si
ipsa mulier uel eius legiptimus procurator eius nomine
notificauerit personaliter predictis quorum presentia requiritur
et permittit se uelle contrahere, distrahere, dona
re, testari, codicillari uel aliam ultimam uoluntatem facere
et cum quo uel quibus contrahere uel distrahere uelit
uel quid et cui donare uelit et qua condictione [illegible]
[illegible] contractum uel distractum et in quo loco et qua
die [illegible] facere uelit. ¶ Et predicti taliter moniti

78v

venerit in aliquo de [illegible] [illegible] possit tunc talis mulier
predicta [illegible] sicut ab [illegible] per formam iuris seu statutorum
[illegible] comunis [illegible]. Si autem aliquem ex predictis
supra declaratis dicta mulier non haberet in Civitate vel
Comitatu [illegible] vel si haberet et non venerint in aliquo de
dictis [illegible] eo casu possit talis mulier in ultimo de dictis
[illegible] seu etiam infra [illegible] [illegible] postea subsequentes [illegible]
libere [illegible] ad beneplacitum suum prout [illegible] sibi liceret
[illegible] [illegible] seu statuta [illegible] comunis. Et [illegible] intellecto
[illegible] que supra dicta sunt de personis quarum presentia in
[illegible] predictis requiritur non habeant locum in religiosis
vel [illegible]. Liceat tamen cuilibet mulieri sive alicui
[illegible] vel [illegible] in [illegible] [illegible] de bonis
suis ad [illegible] [illegible] usque in summam seu valo-
rem [illegible] librarum [illegible] inclusive [illegible]
vel non [illegible]. Item obligari et obligare se possit
[illegible] [illegible] infrascripta usque in [illegible]
[illegible] sine presentia seu [illegible]
[illegible] [illegible] illa mulier que exercent [illegible] seu
ministerium [illegible] seu vendendi vel [illegible]. Et
[illegible]. Tricole. Et [illegible] huius [illegible] [illegible]
videlicet actionis et ministeriis et [illegible] [illegible] sive
[illegible] vel aliquibus eorum et non aliter. Liceat etiam
mulieribus constituere procuratorem et actorem ad lites
causas et ad requisitionem et notificationem de quibus
supra fit mentio [illegible] sicut eis placuerit non ob-
stante [illegible] predicti vel [illegible] [illegible] ad [illegible]
[illegible] seu presentia non [illegible]. Et [illegible] [illegible]
[illegible] aliis statutis [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]

Ut filie femine superstite masculo non succedat ab in-
testato. Et qualiter tunc dotentur. Rubrica.

Item statuimus quod nulla [illegible] filia [illegible]
sive abneptis alicuius infrascriptarum personarum [illegible]

L. [illegible] de successione feminine

79

successione tractaretur, nec aliqua persona cuiuscumque sexus
siue gradus existat, descendens ex tali defuncta persona per
lineam femininam, succedat, uel succedere possit ab inte
stato in aliquo eius patri, matri, auo, aue, proauo,
proaue, abauo, uel abaue ab intestato defuncto seu defuncte,
Nec in dicta eius successione audiatur, agendo, uel ex
cipiendo, superstite aliqua predictarum personarum taliter de
functarum aliquo eius filio legitimo et naturali, seu aliquo alio
masculo legitimo et naturali inferioris gradus descendente
per lineam masculinam legictimam et Naturalem ex tali persona
defuncta, de cuius predicta successione tractaretur et ipsam succe
ssionem acceptante, siue eam acceptare uolente. // Et
cui tenutam, uel possessionem de bonis hereditariis talis
persone defuncte, seu aliquibus uel aliquo ipsorum Bonorum
uel aliqua earum, siue aliquibus earum parte haberet ipsam
tenutam, siue possessionem relinquere et dimictere tene
atur predicto legitimo successori talis persone defuncte
ad ipsius petionem // Ita tamen quod talis filia siue neptis
et alia quelibet persona inferioris gradus descendens
ex masculo legiptimo et naturali descendenti per dictam
lineam masculinam, ex ipsa defuncta persona de cuius predicta
successione tractaretur si dotata non esset debeat decenter
dotari de bonis hereditariis talis defuncte persone, per
eius successorem predictum, Considerata condictione sue
persone, et qualitate, et quantitate Bonorum hereditatis
predicte. // Ac etiam de eisdem bonis alimentari debeat,
donec fuerit maritata et dotes predictas habuerit cum
effectu siue donec monasterium intrauerit. // Et quod dictus
successor ad ipsam sic dotandam, et alimetandam teneatur
ac cogi possit et debeat cum effectu // Et pro predictis
alimentis et dotibus post mortem talis defuncte persone,
et ex tempore ipsius mortis, etiam ante qui inibat, omnia predicta
[illegible] hereditaria, uigore, fictione et auctoritate presentis
ciuilis tali mulieri obnoxia et obligata existant. —

Et testamento vero et qualibet alia ultima voluntate talis defuncte persone succedant et succedere possint, et possit eidem predicte persone et quelibet earum. Et legata et fidei comissa, et omne, et quicquid in tali testamento vel ultima voluntate eis vel alicui earum relictum esset capere et habere possint et possit iuxta tenorem, et formam ipsius testamenti sive ultime voluntatis. Si aliud ius sive ei iuridicum non obsistat. // Ita tamen quod ipse mulieres et quelibet earum quibus vel cui bona talis defuncte persone taliter obvenirent ea sibi computent et computare teneantur in ipsis suis dotibus. Et si aliqua de dictis mulieribus dotata fuerit ab aliqua de predictis personis in eius vita, vel per ipsius ultimam voluntatem, eo casu talis mulier ipsis dotibus sit et esse debeat contenta, Ita quod nichil ultra quantitatem ipsam in hereditate vel de hereditate alicuius predictarum personarum petere valeat vel habere, nisi secundum expressam dispositione talium personarum. // Et si postquam aliqua de predictis personis nupserit vidua remanserit possit ad domum heredis talis defuncte persone redire et ibi stare, ac de ipsis bonis hereditariis modo predicto alimentari debeat donec iterum maritetur vel monasterium intret. Dummodo fructus sue dotis quos haberet vel aliorum suorum bonorum siqua tunc haberet converti debeant in alimenta predicta. // Insuper volumus statuentes quod si aliqua de predictis personis de cuius successione tractaret in sua ultima voluntate aliquid alicui de dictis mulieribus reliquerit pro ea dotanda. Et postea ante quam decesserit eam dotaverit, Et deinde non revocata ipsa sua ultima voluntate in parte predicta decesserit, dictum relictum evanescat et evanuisse ipso iure intelligatur et pro non facto penitus habeatur. Et super et de predictis et qualibet predictorum si de eis vel eorum aliquo seu eorum vel alicuius eorum occasione aliqua lis questio vel controversia oriretur vel esset possit teneatur et debeat iudex maioris curie comunis Tuderti cognoscere procedere pronuntiare diffinire et exequi breviter summarie et de plano ac sine iudicii strepitu et figura.

De successionibus ab intestato. Rubrica. .LVI.

Item statuimus, quod si aliqua persona de Civitate vel Comitatu Tuderti ab intestato decesserit sine liberis superstitibus seu superstite sibi aliquibus seu aliqua persona usque in tertium gradum sue agnationis inclusive succedat sibi proximior de dicta sua agnatione. Ita intellecto et declarato quod in dicta successione non habeatur nec haberi debeat distinctio seu consideratio vel respectus, an talis proximior coniungebatur tali defuncte persone ex utroque parente sive per lineam [illegible] utriusque parentis seu ex uno vel unius tantum. Dummodo ex patre ipsius defuncte persone, seu ex eius paterna linea saltem eidem coniunctus extiterit. Preterea volumus quod nepotes ex fratre carnali quondam talis defuncte persone succedant eidem una cum patruo eorum quondam fratre quondam talis defuncte persone in stirpes et non in capita. Mater vero ipsius quondam defuncte persone in dicto casu [illegible] sola octava parte bonorum ipsius quondam sui filii seu filie succedat et [illegible] possit eidem. Et ipsa octava parte dicta mater in dicto casu contenta sit et esse debeat. Adeo quod nichil amplius iure successionis petere vel habere possit de hereditate predicta. Matre vero non extante succedat eidem ab intestato quondam [illegible] sua paterna in octava predicta. Et ipsis matre et avia non extantibus similiter modo succedat et proavia quondam eius paterna, videlicet matri avi sui paterni. Avia vero materna videlicet matris matris. Et proavia materna videlicet avia matris dicte defuncte persone, seu aliqua persona de agnatitia prole quondam ipsius defuncte persone sive patris eiusdem in dicto casu ad dictam successionem nullatenus admictantur. Ita tamen quod in dicta agnatitia prole non includatur nec intelligatur includi aliqua femina excepta sorore carnali, sua nepte videlicet filia fratris carnalis et amita talis defuncte persone. Que sole scilicet soror, neptis et amita in [illegible] agnatitia et in eius numero comprehendantur [illegible] valeant in casu predicto. Et etiam [illegible]

80v

[illegible marginal note]

in eo casu, tali defunte persone non supervivat aliquis condam eius frater carnalis legictimus et naturalis, sive Nepos legictimus et naturalis natus ex fratre carnali condam talis defunte persone. Quibus fratre, et Nepote vel aliquo eorum extantibus et supervivientibus seu extante et superviviente, dicte soror, Neptis et amita talis condam defunte persone a dicta eius successione repellantur. Et ad eam dicti condam eius frater, et Nepos admictantur et admicti possint. Et si dicte mater avia et proavia paterna vel aliqua earum, que in dicta eius ordine premisso succederet seu succedere possent ut dictum est, non extarent succedat nichilominus tali defunte persone eidem proximior de dicta sua agnatitia prole ut superius dictum est. Verum si talis persona decessit cum dicto testamento vel alia [illegible] voluntate et in ipso vel ipsa quocumque titulo iure [illegible] modo aliquid reliquerit ipsi sive matri, avie vel proavie, eo casu talis eius mater, avia vel proavia, dicto relicto contenta sit et esse debeat, Nec ultra in dicta vel de dicta hereditate iure successionis petere possit.

Qualiter Gradus intelligantur secundum Ius Canonicum Rubrica. LXIII.

Quia in pluribus partibus statutorum Comunis tuderti de gradibus agnationum cognationum sive affinitatum sit mentio. Et dubitatio inter prudentes oriatur cuius iuris videlicet an Canonici, vel Civilis in predictis sit observanda censura, et ut plurimum secundum Civilem oppinionem ipsi gradus secundum Ius Canonicum accipiantur. Volentes dictam dubitationem tollere et declarare, hac lege duximus statuendum, quod ubicumque de gradibus predictis vel aliquo eorum in nostro iure municipali sit mentio, gradus ipsi secundum Ius Canonicum tantum debeant computari.

De Contractibus fictitie factis. Rubrica. LXIIII.

Item statuimus, quod quicumque [illegible] Civitatis vel Comitatus tuderti fecerit aliquam alienationem cuiuscumque rei [illegible]

noie aut titulo Et postea ipam rem alienatam possedeit
uel eius fructus percepit saltem per tres annos continuos
post dcam alienationem immediate sequentes talis alie
nationis contractus fictitius censeat. Nisi talis alie
nator ipam rem alienata precario siue titulo conductionis
aut quouis alio titulo post ipm contractum alienationis
tenuerit aut possedeit noie eius cui ipam rem alienauit
Dummodo de dictis precario conductione et alijs de quib
supra pxime dicitur uel altero eorumdem constet per
aliud instrumentum qm per instrumentum alienationis
predicte.

Qua forma quis sit admictendus in matricula Notarior Ciuitatis tuderti. Rubrica. Lviiij

Item statuimus qd quotienscumqz aliquis petierit se
admicti et scribi in matricula artis notarior Ciuitatis
tuderti Consules dce artis teneant per publicum
preconem comis tuderti facere conuocari uniuersitate
hominum dicte artis. Et ea taliter conuocata atqz cohadu
nata talis qui in ea se admicti et scribi petierit personalr
coram ipsis consulibus eorumqz consiliarijs et alijs hominib
dce artis et matricule tunc in dca adunatia existentib
debeat comparere. Et per ipos Consules et Consiliarios
examinet scdm formam ordinamentor dce artis. Et
deinde in dicta matricula recipi et scribi non debeat
Nisi prius optentum fuerit per duas partes ipsorum
omnium qui tunc in dicta adunatia interfueint premisso
inter eos partito ad bussulas et pallunctas. Dummodo in
ipa adunatia tunc interfuerint saltem quinquaginta
notarij dicte artis et matricule non computatis in dco
numero dictis consulibus et consiliarijs. Et si aliter
uel contra dcam formam aliquis in dca matricula ad
missus et scriptus fuerit non ualeat nec teneat ipo iure
et pro non admisso et non scripto penitus habeatur.

Qd actis exemplatis fides habeatur. Rca. Lx

Item statuimus, quod scriptis ... aliqua acta scripta et exem
plata in publica forma manu alicuius notarii de Civitate
vel Comitatu tuderti in quorum subscriptione dictus notarius
asserat ipsa acta per eum integraliter fore exemplata de
aliquo originali libro seu quaterno actorum comunis tuderti ipsi
exemplo plena fides adhibeat, non obstante, quod talis liber
vel quaternus originalis non producat, nec etiam obstante
quod aliqui testes non essent positi sive scripti in ipso exemplo
nec in ipso libro seu quaterno originali dictorum actorum, nec
etiam si super ipso exemplo non esset alicuius iudicis
auctoritas interposita. // Et quod acta taliter exemplata
habeant pro publicis instrumentis // Et hec trahantur
non solum ad futura, sed etiam ad preterita nondum scripta

De modo procedendo per Notarios in restituendo instrumenta. Lxj.

Item statuimus quod quilibet notarius Civitatis, vel co
mitatus tuderti, teneatur ad petitionem eius ad quem in
strumentum conditum per ipsum vel alium cuius protocolla
sibi commissa fuissent, pertineret infra quindecim dies
postquam petitum fuerit, tali petenti restituere in publica
forma satisfacto sibi prius ab eo de salario competenti.
Et si non fecerit pena viginti soldorum cortonensium incurrat
qualibet ipso facto mauritat. Nisi iusta de causa fuerit
impeditus. // Et nullus notarius det vel restituat
aliquod instrumentum de quo conficiendo rogatus fuit.
Nisi illi tantum ad quem tale instrumentum pertineret.
vel nisi ad ipsam restitutionem fiendam coactus fuerit
per aliquem rectorem, vel officialem comunis tuderti //
Preterea volumus quod si aliquod instrumentum postquam in publica for
ma alicui restitutum fuerat aliquo casu perditum co
rosum, vel deletum fuerit. Et propterea iterum et ex integro
refici et restitui postulet, eo casu citata prius adversa
parte cuius interest, Et iuramento prestito per illum ad
quem tale instrumentum pertinet et ipsum sibi ex integro re
fici, et restitui postularet, ut dictum est, quod ...

+ 3

casus sine aliqua sua fraude accideret, et quod originale ad ipsius
manus pervenerit ipso non utetur, sed eidem notario
statim ipsum restituet. teneatur idem notarius tale instrumentum
iterum in publica forma reficere et restituere tali petenti
recepto prius ab eo salario competenti. // Et predicta
tam potestas quam capitaneus, et iudex maioris curie et
iudex extraordinarius dicti comunis, et quilibet eorum qui de
hoc fuerit requisitus fieri faciant ad petitionem cuiuslibet cuius
interfuit breviter, sumarie et de plano, et sine strepitu et
figura iudicii. Et cum solutione salarii.

Quantum notarius recipiat de testamento vel instrumento. Rubrica. LXXI

Item statuimus quod nullus notarius de civitate vel comitatu
tudertino possit per se vel alium quocumque modo vel percipere de aliquo
testamento, codicillo vel alia ultima voluntate ab una per-
sona vel a pluribus ad quam seu quas pertineat volenti sive
volentibus ipsum semel habere in publica forma ultra decem
libras cortonensium. // Et de instrumento publico ab uno vel pluribus
ad quem vel quos pertineat volenti seu volentibus ipsum
semel habere in publica forma ultra duos florenos auri.
Et potestas teneatur ad petitionem cuiuslibet cuius interest
predicta facere observari per quemlibet de dictis notariis pro
salariis supradictis infra decem dies proxime subsequentes
a die precepti per eum facti. // Et quilibet notarius predictis
non obtemperans pena decem librarum cortonensium incurrat qua-
libet vice facto ...

Quod notarius legat contractum partibus, et de modo ser-
vando in cancellatione. Rubrica. LXXII

Item statuimus quod quilibet notarius de civitate vel co-
mitatu tudertino ante quam contractum aliquem de seu conficiendo vo-
catus fuerit legat vel recitet coram ipsis contrahentibus et testibus
teneatur ipsum saltem substantialiter scribere. // Et deinde
postquam taliter eum scripserit coram ipsis contrahentibus et testibus reci-
tare ... clare, integraliter et distincte, quod nichil de substantia
... sive ... tacerat vel obmictat // Et si

82v

militer circa compositionem cuiuslibet ultime voluntatis volumus
observari. // Et quod in qualibet cancellatione quam aliquis eorum
faceret de aliquo suo rogitu sive protocollo / seu cuiuscumque
alterius sibi commisso, in quo contineretur aliquod creditum pecu
niarium, excedens summam decem librarum corton(ensium) aut res que
decem librarum valorem excederet, teneatur apponere annum,
Indictionem, mensem, diem, locum et testes in quibus et
et coram quibus huiusmodi cancellatio fieret.

De modo servando per notarios in contractibus. Et de pena Notarii ponentis litteram pro parte. Rubrica. Lxiiij

Item statuimus, ad hoc ut instrumenta per notarios conficienda
falsificari non possint, nec in eis aliqua fraus committi,
quod quilibet notarius de Civitate, vel Comitatu tuderti
teneatur antequam coram contrahentibus legat et recitet
contractum de quo conficiendo ab eis rogatus fuerit, adhi
bere, saltem duos testes sibi notos et qui tales contra
hentes cognoscant. // Et quod in quolibet rogitu, protocollo
et Instrumento per aliquem de dictis notariis conficiendo, ac
etiam in quolibet actu iudiciali per quemcumque notarium scribendo
semper apponi et inseri debeant per notarium ad actum
huiusmodi deputatum, extense de verbo ad verbum et non
per litteras seu figuras numerales, Annus, mensis, dies,
et Indictio. Et quod in qualibet publica scriptura et actu
quolibet Iudiciali semper apponatur annus Nativitatis domini
nostri Ihesu Christi, et de ipsa Nativitate semper mentio fiat
in talibus scripturis. Et nichilominus // Et ex nunc
auctoritate et fictione presentis capituli ipsa Nativitas
pro specificata et expressa habeatur in scripturis huiusmodi
Si in eis expressa et specificata non esset. // Et quod annus
in Civitate et Comitatu tuderti ab ipsa Nativitate
initium sumat. // Item quod quilibet notarius de Civitate
vel Comitatu tuderti teneatur et debeat in principio cuiuslibet
quaterni suorum rogituum et protocollorum imponendo scribendorum
apponere, et scribere solitum eius signum, et

Hoc modo videlicet / Hij sunt Rogitus et protocolla scripti per me talem Notarium sub tali millesimo Indictione et pontificatu diebus et mensibus infrascriptis / Et deinde in fine cuilibet talis quaterni ponere subscriptionem suam. Et quod quotiensc(um)q(ue) aliquis ipsorum notariorum in aliqua cedula scriberet / seu notaret aliquem contractum ut aliam scripturam de qua Rogatus fuisset / teneatur in ipsa cedula apponere Millesimum Indictionem / pontificatum / mensem et diem dicte scripture confecte / et locum / et testes / et in fine ipsius scripture se subscribere. // Et hoc si talis cedula scripta fuerit manu sua. Si autem dicta cedula scripta fuerit manu alterius cuiusq(ue) persone continens aliquid de quo ipse notarius Rogatus fuerit, teneatur ipse notarius eidem cedule se subscribere hoc modo videlicet / Ego talis notarius contentis in hac presenti cedula interfui, et de ipsis Rogatus fui sub tali Millesimo / Indictione pontificatu / mense / et die in tali loco et coram talibus testibus. Et ideo me subscripsi. Quam subscriptionem cum predictis Millesimo et reliquis supra proxime dictis facere teneatur idem notarius inmediate et continuate post finem dicte scripture contente in dicta Cedula alterius ut predicitur manu scripta Ita quod Nichil in dicta Cedula post finem talis scripture in ea contente / et ante dictam suam subscriptionem superaddi valeat quoquo modo. Notarius vero contrafaciens in aliquo dictorum casuum qualibet vice penam decem librarum corton(ensium) ipso facto incurrat. // Et quod quilibet notarius de Civitate tuderti in quolibet Rogitu protocollo et instrumento de quo conficiendo Rogaretur teneatur suum proprium nomen / Et nomen patris, ac etiam avi paterni, Et Regionem, et parochiam in qua habitat expressim scribere et apponere // Si ho

83v

fuerit Comitatensis nomen suum proprium sive patris et avi patris, et nomen castri seu ville in qua tunc habitat, scribere ac inserere in suis rogitibus, protocollis et instris. Similiter teneat ac etiam noia contrahentium et ipsorum patrum et avorum patrorum, et Regione et parochia in qua habitant si habitaverint in Civitate predicta. Si vero in Comitatu, nomen castri vel ville in quo vel qua habitarent. // Contrafaciens in viginti soldis corton. vice qualibet puniatur. // Ad quorum observationem etiam notarios curiarum maleficiorum comunis tuderti in personis partium ipsarum fideiussorum volumus obligari vinculo Iuramenti et ad penam predictam.

Quod testamenta et Instrumenta valeant etiam si non fuerint Registrata. Rubrica. LXV

Item statuimus quod omnia et singula testamenta, codicilli et alie ultime voluntates et donationes causa mortis sive inter vivos, et alii contractus, ac etiam emancipationes olim quandocumque facta, facte vel facti in quibus sive de quibus insinuatio seu registratio requirabatur olim per formam alicuius capituli statutorum comunis tuderti, valeant et optineant plenum robur. // Non obstante quod numquam insinuata vel registrata fuerint. // Et quod dicta de causa seu ratione nichil decetero in contrarium possit opponi, et talis oppositio minime audiatur vel audiatur vel audiri possit per aliquem Rectorem vel officialem dicti comunis. // Et nichilominus tam ipse opponens quam rector vel officialis talem oppositionem admictens, penam Centum librarum corton. pro quolibet eorum incurrat vice qualibet ipso facto.

De Instrumento facto extra Iurisdictionem tuderti. Et quod Exceptio excomunicationis contra notarium vel illum qui concessisset ei officium Tabellionatus opponi non possit. Rubrica. LXVI

Item statuimus quod si aliquod Instrumentum factum extra territorium et districtum Civitatis tuderti manu cuiusque

Notarii forensis inter Cives et Comitatenses tudertis, tali instrumento fides habeatur et ipsum observetur ac si factum esset manu alicuius notarii de Civitate vel Comitatu tuderti. // Dummodo ille qui scripsit tale instrumentum, tempore ipsius instrumenti conditi fuerit publicus notarius de quo si in dubium revocaretur, fides fiat per publicam scripturam privilegii sui tabellionatus, vel per publicam famam. // Preterea volumus statuentes quod Nullum publicum Instrumentum vitiari vel impugnari possit ex eo quod notarius qui ipsum condidit tempore quo de ipso condendo rogatus fuit, sive ante vel postea quandocumque, sive ille qui tali notario auctoritatem et privilegium notariatus concessit tempore talis concessionis excommunicatus extiterit. // Et quod Nullus Rector vel officialis comunis tuderti talem oppositionem audiat vel audire valeat quoquo modo. // Exceptio non falsitatis contra Instrumenta predicta opponi valeat Et probari Nisi ipse notarius contra cuius scripturam talis exceptio falsitatis opponeretur tempore talis scripture per eum confecte fuerit officialis dicti comunis et ipsa scriptura ad tale suum officium pertinuerit.

De eo qui habuerit protocolla notarii defuncti. Et de modo procedendi de ipsis protocollis. Rubrica. lxvii

Item statuimus quod siquis habuerit apud se protocolla sive Rogitus alicuius notarii defuncti teneatur ea reassignare et restituere illi notario Cui talia protocolla sive rogitus commissa fuerint exemplanda secundum formam presentis capituli et aliorum capitulorum statutorum comunis tuderti. // Decernentes quod protocolla sive rogitus alicuius notarii defuncti exemplari et in publicam formam redigi debeant per illum notarium cui ipsa protocolla sive rogitus commissa fuerint per ipsum notarium defunctum in sua ultima voluntate sive per Comune tuderti aut per dominum potestatem Civitatis evidenter de voluntate heredis talis notarii defuncti. // Volumus insuper quod si aliquis notarius propter senectutem infirmitatem debilitatem seu defectum

aliquo sui corporis adeo gravatus et impeditus fuerit quod
sua protocolla non possit in publicam formam redigere talis notarius
ipsa sua protocolla alteri notario exemplanda et in formam
publicam redigenda committere teneatur. ¶ Et per dictum
dominum potestatem ad ipsam commissionem faciendam cogatur
ad petitionem cuiuslibet cui interesit. ¶ Et quod notarius cui
talis commissio facta fuerit in aliquo casuum predictorum
ipsa protocolla exemplare et in formam publicam redi
gere teneatur iuxta tenorem ipsorum protocollorum. ¶ Et intel
ligantur protocolla illa que scripta reperiuntur in quaternis
sive cartis signatis signo solito ipsius notarii. ¶ Et
si in talibus protocollis invenirentur alique abreviature
aliquarum orationum vel litterarum lombardiant et extendant
secundum quod ipse notarius cuius talia protocolla fuerint sive sint
solitus fuerat facere in instrumentis publicis per eundem
[illegible] de aliis consimilibus suis protocollis sive
rogitibus. ¶ Et quod ipse notarius cui huiusmodi commissio
facta fuerit possit de talibus copiaturis et exempla
tionibus quas faciet et etiam de [illegible] talium
[illegible] sive protocollorum sumere et percipere [illegible] pecunie
quantitatem ad plus quam sumere et recipere posset si
talia protocolla et rogitus sua propria manu originaliter
facta et scripta fuissent. ¶ Quam observationem [illegible]
actis iudicialibus alicuius notarii iam defuncti vel etiam
debilitati et impediti ut predicitur volumus custodiri. ¶ Hoc
intellecto et declarato in quolibet casuum predictorum quod huiusmodi
commissio fieri non possit nec debeat alicui notario qui non
sit scriptus in matricula notariorum Civitatis et Comitatus
[illegible] seu qui in ipsa Civitate vel Comitatu continue
non habitaret. ¶ Et si secus fiat talis commissio ipso iure
sit nulla. ¶ Et nichilominus alteri notario qui in dicta Civi
tate vel Comitatu continue habitet et in dicta matricula
scriptus sit [illegible] committant. ¶ Que omnia [illegible]
minus potestas faciat observari.

De protocollis notariorum defunctorum assignandis Consulibus. Et quod Nullus non scriptus in matricula possit ea penes se retinere. Rubrica. lxviij

Item statuimus quod quilibet notarius de Civitate vel Comitatu tuderti habens apud se aliquem quaternum seu cedulam aliquam rogitum seu protocollorum alicuius notarij defuncti de dicta Civitate vel Comitatu infra mensem a die Bannimenti de huiusmodi materia faciendi. // Et qui in futurum habuerit infra mensem a die quo tales scripture ad suas manus pervenerit teneatur ipsas scripturas assignare et Notificare Consulibus collegij Judicum et notariorum dicte Civitatis sub pena viginti quinque librarum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice. // Et quod ipsi Consules dictas assignationes, et notificationes scribi facere teneantur clare, et distincte per eorum notarium in quodam libro ad huiusmodi deputato, Et sacramentum recipere a quolibet qui huiusmodi assignationes, et Notificationes eis faceret, quod in ipsa assignatione, et notificatione nullam fraudem commictat. // Et quod Nullus qui non sit scriptus in matricula notariorum Civitatis et Comitatus tuderti teneat apud se aliquam scripturam alicuius Rogitus sive protocolli, seu aliquod publicum instrumentum alicuius notarij defuncti de Civitate, vel Comitatu predictis sub pena quinquaginta librarum. Set ipsa protocolla, rogitus sive instrumenta teneatur exhibere et tradere ad consignandum illi notario scripto in dicta matricula cui voluerit heres talis notarij defuncti cum conscientia tamen dictorum consulum infra tres menses a die quo tales scripture ad manus eius pervenerit ad penam quinquaginta librarum.

Et Nullus notarius exemplet protocolla notarij defuncti apud alium existentia. Rubrica. lxviiij

Item statuimus, quod Nullus notarius de Civitate vel Comitatu tuderti copiet vel exemplet in forma publica

aliquam scripturam alicuius Rogitus, sive protocolli alicuius notarii defuncti existentem apud aliam personam, sub pena decem librarum cortonensium et vinculo juramenti pro quolibet contrafaciente et qualibet vice.

De Inventario faciendo de Rogitibus notariorum defunctorum Rubrica. LXX.

Item statuimus, quod quilibet notarius de Civitate, vel Comitatu tuderti, qui nunc habet, vel imposterum habuerit rogitus seu protocolla alicuius notarii defuncti de Civitate, vel Comitatu predictis teneatur vinculo juramenti de dictis rogitibus, seu protocollis conficere publicum inventarium in presentia duorum notariorum adminus qui scripti sint in matricula notariorum Civitatis et Comitatus tuderti, hii videlicet qui nunc habent infra duos menses proxime venturos post diem Bannimenti de huiusmodi materia faciendi, Et hii qui in posterum habuerint infra duos menses post diem quo tales scripture ad eorum manus pervenerint in antea computandos. // Et eiusdem Inventarii in carta pecudina in forma publica copiam facere et exhibere consulibus Judicum et notariorum Civitatis tuderti infra tempora supradicta ad penam decem librarum cortonensium pro quolibet contrafaciente. // Et quod dicti Consules fieri facere teneantur per eorum notarium unum librum cartarum pecudinarum cum Bacticibus et in ipso scribi facere nomina omnium et singulorum notariorum de Civitate, et Comitatu tuderti habentium aliquos Rogitus et protocolla alicuius notarii defuncti hoc modo videlicet talis notarius habet Rogitus et protocolla talis notarii defuncti, ea videlicet que continerent in Inventario per talem notarium exhibito sub tali millesimo et die. // Quam copiam dicti Inventarii prefati consules apud se diligenter custodiant et conservent.

De Notificatione dominis prioribus facienda per notarios de scriptis utilibus pro Comuni. Rubrica. LXXI.

Item statuimus, quod quilibet notarius de Civitate vel

Comitatus tuderti ad cuius manus vel notitiam pervenerit aliqua scriptura utilis com(mun)i tuderti et de iure Commune perti nens teneat talem scripturam notificare, et assignare d(omin)is Prioribus populi tudertini infra decem dies tunc proxime subsequentes sub vinculo iuramenti

De Notificatione suprascriptorum capitulorum facienda per consules notariorum in eorum adunantia. R(ubric)a

. LXXV.

Item statuimus, quod Consules Collegii iudicum et notariorum Civitatis et Comitatus tuderti saltem semel quolibet anno teneantur, et debeant in adunantia dicti collegii notificare et legi facere notariis collegii supradicti omnia et singula supradicta capitula ad ipsos notarios pertinentia. ¶ Et quod potestas et Capitaneus Civitatis tuderti predicta omnia banniri faciant saltem semel tempore sui regiminis ac etiam ea executioni mandare quotiens fuerint requisiti.

Capitulum pro Rogitibus quondam Ser Ncole [illegible]anis. R(ubric)a. LXXVI

Item cum olim iam sint tres elapsi et ultra dominis prioribus populi tudertini tunc temporis in ipso prioratus officio residentibus, plene, et legitime fuerit facta fides quod ex quodam casu fortuito et improviso, et nulla fraude vel culpa alicuius persone precedente in quadam particula cuiusdam quaterni protocollorum et Rogatium olim scriptorum manu Ser Nicole [illegible]anis de tuderto notarii nunc defuncti, reperie batur quedam plicatura, et recisura in prima carta ipsius quaterni [illegible] qua recisura et plicatura consideratis con[...] sidera[...] [illegible] et proximis scripturis inmediate ibidem precedentibus et sequentibus, et aliis probabilibus et sufficientibus inditiis [illegible] et presumptionibus re[...]nera post dictionem [illegible] CCC que ibi inmediate et de proxi mo precedebat. et ante verbum Inditione xiii que ibi inmediate et de proximo sequebatur continebatur Trige simo primo de qua ...tione Trigesimo primo propter dictam plicaturam et recisuram et eius ... non apparebat [illegible] particula [illegible] [illegible]. ¶ Hec sit insti

86v

vel equum quod dictus civis alium premdicium afferat vel
gravamen. // Et subsequenter predictis consideratis
dicti domini priores tunc temporis super predictis sufficiet
per suum decretum providerent. // Ideirco presenti nostra
lege perpetuo valitura statuimus, decernimus, et decla
ramus dictam orationem tricesimo haberi ac reputari
debere auctoritate et fictione presentis capituli ac si
propria manu dicti quondam ser Nicole clare integraliter
et extense scripta appareret in dicto quaternucio et sic
retro continue apparuisset. // Et quod quilibet notarius
cui commissa fuerint seu imposterum committentur exemplanda
protocolla predicta licite et impune possit et debeat ipsa
protocolla integraliter et extense sumere et exemplare
ac in publicam formam redigere sub dicto anno domini
MCCCXXXI ac si in dicto quaternucio et protocollis predictis
dicta oratio tricesimo primo extense clare et integraliter
scripta esset et appareret manu dicti Nicole predicte. // Et
quod contra predicta nichil possit in perpetuum obici per quamcumque
personam nec obiecto in contrarium nullus rector seu
officialis comunis tudertini possit vel debeat aliquo modo ad
mictere vel audire. // Immo ipsa oppositione non
obstante teneatur quilibet predictorum rectorum ac officialium
eorum quandocumque questio verteretur ipsa protocolla et
exempla predicta inde sumpta seu imposterum sumenda
non obstante defectu et casu predicto executioni mandare
prout posset et deberet si in dicto quaternucio et proto
collis predictis tota dicta oratio tricesimo primo con
tineret et scripta appareret et olim continue contenta fuisset
et apparuisset manu dicti ser Nicole notarii supradicti
clare integraliter et perfecte statuto seu ordinamento
aliquo dicti comunis aut aliquo iure comuni vel civili in con
trarium loquentibus non obstantibus aliquo modo.

De libro in quo scribantur male tractantes ipsorum negotia. Rubrica.

Cum rei publice intersit bene petere habere ...

quis substantia bonorum suorum male utatur, statuimus quod si
aliquis de Civitate vel Comitatu tuderti male et prodiga
liter bona et facta sua tractaverit ludendo ad ludum ve
titum taxillorum, et alias illicite ac reprobe sua bona dilapi
dando, et de male Gerendo, adeo et taliter, quod probabiliter
et verisimiliter dubitetur. Et suspicandum sit, eum propterea
defacili posse ad egestatem et inopiam pervenire. // Et
de hijs querela exposita fuerit coram dominis prioribus
populi tudertini per quatuor viros de proximioribus
agnatis, vel cognatis talis male agentis, Et per
eos saltem eorum Juramento, de predictis fuerit ipsis dominis
prioribus facta fide, dicti domini priores recepta querela
et fide predictis teneantur tam nomen et prenomen ta
lis male agentis quam etiam nomina et prenomina dictorum
talium suorum convictorum poni et scribi facere in quodam
libro qui vocatur liber male tractantium facta sua per
quendam notarium Civem tudertinum, que ad hec duxerit
eligendum. // Qui liber liget in libro voluminis
statutorum dicti comunis. // Et Nichilominus idem notarius
apud se ipsius libri copiam debeat retinere. // Insuper
volumus statuentes, quod predicti convicti talis male a
gentis, teneantur ea die, vel sequenti, postquam talis eorum con
victus in dicto libro taliter scriptus fuerit, publice et
alta voce ad fenestras palatij dicti comunis tuderti predicta
Notificari facere per publicum preconem dicti comunis et
per eundem Bamri et inhiberi, quod Nullus cum tali ma
le agente in dicto libro scripto contrahat, vel aliquid
aliud gerat vel faciat preter, vel contra formam
statuti dicti comunis de hac materia loquentium. // Et
quod dictus Notarius ad petitionem dictorum convictorum
predictum Bannimentum, et proclamationem in dicto
libro scribere teneatur. // Ita tamen quod dictus Notarius
pro dictis scripturis recipiat adeo cum solum a tali
male agente sibi de suo conscio salario faciat satisfieri

Ut qui fuerint scripti in libro male tractantium facta sua non possint contrahere, uel distrahere. Rubrica. LXXV

Item statuimus quod Nullus qui pro male agente scriptus fuerit in dicto libro postquam obseruata fuerit forma suprascripti capituli possit aliquo modo Iure, uel titulo, se, uel sua bona in aliquo, alicui obligare, uel aliquid de suis bonis distrahere, uel alienare absque consentia et consensu predictorum quatuor suorum coniunctorum, uel saltem trium ex eis quorum nomina in eodem libro sunt scripta. Et si secus fieret non teneat ipso Iure, nec ex eo, uel ob id Ius suum aliquod alicui acquiratur. Nullus quoque officialis dicti comunis super predictis per talem male agentem gestis, uel factis preter, uel contra formam predictam aliquam personam audiat uel audire ualeat in agendo excipiendo compensando uel retinendo seu alio quoquo modo. Et officialis qui contrafecerit penam Centum librarum cortonensium uice qualibet ipso facto incurrat. Ac etiam notarius qui preter uel contra predictam formam aliquid scripserit penam librarum quinquaginta similiter ipso facto se nouerit incursurum. Hoc intellecto quod predicta, uel aliquod predictorum ad testamenta et alias quascumque ultimas uoluntates predictorum male agentium, Et qui pro male agentibus in dicto libro scripti fuerint Nullatenus extendatur. Quinimmo predictis non obstantibus testari, et alia qualibet ultima uoluntatem condere ualeant, ac si in tali libro taliter scripti non essent.

Ut mortuo aliquo Coniuncto male tractantis facta sua scribatur alius loco sui. Rubrica. LXXVI

Item statuimus, quod si aliquis ex dictis coniunctis, in dicto libro scriptus moriretur alii coniuncti scripti in dicto libro qui tunc uiuerent eligant, et eligere teneantur loco talis defuncti alium coniunctum illi male sua Negotia agenti. Et quod talis coniunctus sic electus in dicto libro scribatur.

Qualiter quis possit de libro male agentium Cancellari. Rubrica. LXXVII

Item statuimus, quod si contigerit aliquem de illis qui fuerint

si inveret (?) seu alij [illegible] / Dubrogati (?) in dicto libro

in dicto libro scripti pro male agentibus divina gratia disponi
et reduci ad bene agendum et administrandum bona et facta
sua, illi qui fecerunt eum scribi in dicto libro descripti possint
et debeant eum de dicto libro facere cancellari. // Et
notarius ad predicta deputatus ad petitionem ipsorum ipsum de dicto
libro debeat cancellare, et in ipsa cancellatione debeat
scribere millesimum et diem ipsius cancellationis. Dummodo
ipsa cancellatio fieri non possit infra annum a die quo ta-
lis in dicto libro scriptus fuerit in antea [illegible]. // Qua
cancellatione facta liceat ei contrahere et distrahere et omnia alia
facere que et prout ei licebant ante quam scriptus esset in dicto libro.

**Quod consules notariorum in adunatia collegij notificent sta-
tuta contra male agentes. Rubrica. lxxviij**

Item statuimus quod consules notariorum civitatis et comitatus
Tuderti teneantur et debeant ad minus bis in anno simul
facere adunari notarios collegij Tudertini et in ipsa adunatia
eis notificare, et legi facere statuta facta contra ma-
le agentes, et eos iurare facere, ac eis mandare quod penes
se inscriptis habeant omnia nomina illorum qui scripti sunt vel fuerint
in futurum in libro ipsorum male agentium. // Et nichilominus
dicti consules unam ex dictis adunantijs fieri facere te-
neantur infra octo dies a die publicationis presentis statuti
in qua legi faciant omnia statuta loquentia de presenti
materia et ad notitiam dictorum notariorum deducant, et ut nul-
lus de predictis per ignorantiam se valeant excusare. //
Et si dicti consules predicta vel aliquod predictorum negle-
xerint adimplere penam decem librarum cortonensium pro quolibet
eorum incurrant. // Notarij autem predicta non servantes penam
viginti quinque librarum pro quolibet eorum contrafaciente
se noverint incursuros.

Quod nulla exceptio admictatur contra male agentes. Rubrica. lxxviiij

Item statuimus quod omnia et singula statuta loquentia de dicta
materia male agentium sint derogatoria et prevaleant
omnibus alijs capitulis statutorum et ordinamentorum communis
Tuderti, et maxime capitulo guarentisie, et cuilibet alij

capitulo in contrarium loquenti que in hac parte in quantu
eet contra p̄dca capitula pro cassis et irritis habeant
// Et contra predca ut aliquod predcon no possit oppom q
qui fuerit scptus in dco libro non fuerit in eo legictime ac
juridice scptus. // Et si opponeret talis exceptio non
admictat / set eo ipo q aliquis scptus repirct in dicto libro
sit et ee intelligat prohibitus contrahere et alia facere
tam ipe q alius cum eo / de quibus et prout in caplis
suprascptis de hac matria loquētibus continet.

De modo quando per not in contractib filior famil sine male tractantium fca sua. Et de pena not ctfacientis. Rca. lxxx

Item statuimus q quilibet notarius adhibitus ad conficiend aliquod instrm alicui contractus anteq ad ipm actu pervemat querat a contrahentibus et a testibus si aliquis ipor contrahentium est filius famil seu scptus pro male agente in libro male agentium / ut non. // Et si diceret q aliquis eor eet filius famil / ut scptus in libro male agenti ne oficiat tale instm / nisi cum osensu patris talis filii famil uel nisi suata fuerit sollepnitas capitulor hui stati loquetium de male agentibus. // Et si secus fiat non ualeat ipo jure. // Et notarius contrafaciens puniat qualibet vice in decem libris coton, et eciā teneat tale instm penitus cancellare ad petitionem patris talis filii famil ut consanguinei talis male agentis. // Et si aliquis se emancipatum fore asseret cum uellet aliquem celebrare contractum, notar anq tale instrumentu oficiat / quo sibi ostenso / et per [illegible] inspecto liciter ipe notarius tale instm conficiat. // Et si secus fieret non ualeat ipo iure. // Et [illegible] talis filius ex ipo contractu non intelligat in aliquo obligatus. // Saluo semp capto posito sub rubrica de contractibus filior famil / cui per psens capitulu nolumus in aliquo derogari.

Qu Riscens Crechini habeat et reputet pro male agente Rca. lxxxi

Item cum hactenus jam sunt duo anni et ultra [illegible]

consanguineos Risci quondam Cicchini Monalduci de Regione Vallis et parochia Sancti Salvatoris expositum fuerit coram dominis prioribus populi tudertini tunc temporis in ipso prioratus officio residentibus quod dominus Riscius male et prodigaliter sua negotia administrabat. Et administraverat ludendo ad ludum azardi, et ad ipsum ludum pecunia et substantia suam dilapidando Et consumendo multaque alia illicita et sibi dapnosa sepissime perpetrando propterque probabiliter suspicabatur Et timebatur dominum Riscium ad extrema et gravem inopia et paupertatem et tunc de proximo perventurum, nisi eidem suorum bonorum administratio interdiceretur prout per formam statutorum communis Tuderti interdici consuevit aliis male agentibus facta sua. // Et de predictis eisdem dominis prioribus per eosdem consanguineos ipsius Risci sufficienter, et legitime fuerit facta fides. // Et subsequenter super predictis et circa predicta per dictos dominos priores in persona dicti Risci omnia sollempnia que per formam dictorum statutorum requiruntur plene et legitime fuerint observata. Ideirco pro evidenti utilitate et comodo dicti Risci, Et ne ad idem Riscius ad inopia dicta de causa perducatur, statuimus, et statuendo decernimus et declaramus dictum Riscum haberi et censeri de cetero auctoritate ac fictione presentis capituli pro male agente, et tractante sua bona et negotia et pro tali decetero habendum, et reputandum esse. // Et quod omnia statuta predicta de dicta materia loquentia in persona dicti Risci in omnibus et per omnia vendicent sibi locum ac si dominus Riscius nominatim et specialiter sub verbis dictorum statutorum includeretur et contineretur.

giuoco

Quod Gilius Mathioli Riccardi habeatur et reputetur pro male agente. Rubrica. .lxxxv.

Item Cum hactenus Jam sunt quinque anni et plus per certos consanguineos Gilii quondam Matheoli Ri

ccardi de Regione Santi Silui expositum fuit cora(m)
d(omi)nis prioribus populi tudertini, tu(n)c temporis in ipso
prioratus officio residentibus, q(uod) d(i)c(tu)s gilius male
et prodigaliter gerebat, et gessat facta sua lu
dendo ad ludos vetitos taxillor(um) et alia illicita
faciendo propter q(uod) verisimilit(er) et probabiliter su
spicabat(ur) et timebat(ur) dictum Gilium ad extremam
et grauem inopiam et paupertatem fore tunc de
proximo peruentur(um), Nisi eidem suor(um) bonor(um) admini
stratio interdicer(et), prout per forma(m) statutor(um) com(mun)is
tuderti interdici consueuit alijs male agentibus sua
Sua. // ¶ Et de predictis eisdem d(omi)nis prioribus
per eosdem Consanguineos dicti Gilij sufficient(er)
et legittime fuit facta fides. // ¶ Et subseque(n)t(er)
Super predictis et circa predicta per d(i)c(t)os d(omi)nos
priores in persona dicti Gilij omnia sollepnia que
per formam statutor(um) d(i)c(t)i com(mun)is requiruntur plene
et legittime fuerit obseruata, Jdcirco pro euidenti
utilitate, et comodo dicti Gilij, et Ne at idem
gilius ad inopiam d(i)c(t)a de causa perducat(ur), statuim(us)
et statuendo decernim(us), et declaramus d(i)c(tu)m gilium
haberi, et Censeri debere deceter(o) auctoritate et
ac fictione presentis capituli pro male agente
sua negotia, et tamq(uam) male agentem deceter(o) trac
tandum, et reputandum. // ¶ Et q(uod) omnia statuta
predicta de d(i)c(t)a materia loquentia in p(er)sona d(i)c(t)i
gilij in omnibus et per omnia uendicent sibi
locum, ac si dictus Gilius noiatim et spetialit(er)
sub uerbis dictor(um) statutor(um) includeret(ur), et conti
neret(ur).

giuoco

VI. III

De Iurisdictione potestatis et Capitanei et eorum Iudicum maleficiorum in causis criminalibus. Rubrica .i.

Quia humana superbia manus noxias extenderet
in inmensum nisi esset minister iustitie qui eius
transgressiones reprimeret. Ideirco necessario
extimavit Comune Civitatis tuderti iustitie
ministros habere qui malis hominibus eam purgent
et maleficia ulciscant. Igitur presenti lege perpetuo valitura
duximus statuendum quod Potestas et Capitaneus Civitatis
tuderti qui nunc sunt et pro tempore fuerint et quilibet eorum ha
beant merum et mistum Imperium, et omnem iurisdictionem
in Civitate et Comitatu tuderti. Et quod tam ipsi Potestas et
Capitaneus quam etiam ipsorum Iudices per eos ad maleficia deputati
Et quilibet eorum de omnibus et singulis maleficiis que in Civita
te territorio sive districtu Tudertino committerent tempore sui re
giminis. Et de commissis retro infra duos menses. Et etiam de
homicidio Robaria proditione falsitate et arsura commissis
retro infra annum possint et debeant procedere et cognoscere
per accusationem denuntiationem vel Inquisitionem. Et de ipsis
et super ipsis dicti potestas et Capitaneus et quilibet eorum cognoscere
procedere ac pronuntiare dictique iudices maleficiorum et quilibet eorum
cognoscere ac procedere possint et debeant diebus quibuslibet tam
iuridicis quam feriatis etiam ad dei honorem inductis omnibusque
aliis iuris sollempnitatibus pretermissis servata dumtaxat [illegible]
super predictis et circa ea censura et forma statutorum Comunis tuderti.
Et quod dicti Potestas et Capitaneus et quilibet eorum dicta ma
leficia penis debitis cohercere ac punire teneantur iuxta teno
rem et formam probationum super ipsis causis maleficiorum factarum
Consideratis in ipsis probationibus dolo [illegible] substantialiter sen
tentialitate ipsorum maleficiorum obiectorum [illegible] probationum [illegible]
autem forma vel qualitate quacumque circa ipsorum maleficiorum [illegible]
de ipsis imponendas agravatione sive allevatione in ipsis accu
sationibus vel Inquisitione apposita vel directa qua etiam non
probata Nichilominus de ipso maleficio iuxta probationem factam
mensura pena debita imponatur.

Per quantum tempus capitaneus possit cognoscere de malefitiis commissis ante introitum sui officii

De Notificatione agenti cum denuntiationibus et Inquisitionibus domino priori [illegible] facienda. Rubrica .ii.

Item statuimus quod Potestas et Capitaneus Civitatis Tuderti et
eorum Iudices maleficiorum mictant et micte teneantur et debeant dominis
prioribus populi tudertini copiam extensam de verbo ad verbum omnium te
stibus omnium et singularum accusationum et denuntiationum que de quo
cumque crimine vel delicto porrigerent coram eis per quacumque personam
ac etiam omnium et singularum Inquisitionum que fierent per eos de vel
super aliquo crimine vel delicto infra secundam diem a die ipsius pro
ducte accusationis vel denuntiationis sive formate Inquisitionis exclusive in
antea numeranda ad penam pro qualibet tali accusatione denuntiatione vel
Inquisitione non sic notificata viginti quinque librarum cortonensium et sub vin
culo Iuramenti Exceptis accusationibus de districta vel de contemptu mandati
et de dampnis datis ad quarum notificationem dicti Potestas Capitaneus
et eorum Iudices minime teneantur. Et ipsi domini priores vinculo Iu
ramenti teneantur semel in mense ad minus facere sibi legi dictas co
pias et perquirere ab ipsis rectoribus sive officialibus qui de cri
minibus sive delictis ipsis cognoscunt quid actum et ad quid pro
cessum est super eis. Et monere et suadere ipsis quod ipsa maleficia studio
se et sollicite investigent et perquirant et inventos culpabiles pu
niant secundum formam statutorum communis tuderti et spondeant ac obse
rvant eis eorum officii auxilium et favorem.

De citationibus et exbanimentis in maleficiis faciendis et eorum
forma et ordine et quod pupilli in certis casibus non cogantur
dare fideiussorem. Rubrica .... iiij.

Item statuimus quod in citationibus et exbanimentis in causis et
super causis maleficiorum fiendis procedi debeat forma et ordine
Infrascriptis. Videlicet quod quilibet accusatus denuntiatus vel Inqui
situs contra quem procederet de aliquo maleficio de quo pena aliqua
imponenda veniret per formam alicuius statuti communis tuderti debeat
citari ter diversis diebus et per diversos Baiulos dicti communis personaliter
vel saltem ad domum sue solite habitationis aliquo vel aliquibus
de sua familia maiore sive maioribus quatuordecim annorum vel
saltem aliquo vel aliquibus de suis convicinis citatis presente audiente
sive non audientibus quod veniat ad se excusandum et defendendum ab
accusa denuntiatione vel Inquisitione que fiet contra eum com

91v

Rectore vel officiali qui procedet contra eum infra octavam diem si
talis reus habitaverit in Civitate tudertina et infra tertiam diem si in
Comitatu habitaverit a die facte commissionis in antea computandos, ipsa
die dicte commissionis in dictis terminis vel aliquo ipsorum minime computata.
Quas quidem Citationes et qualibet earum in suprascriptos terminos continentes
notarii civitatis maleficiorum dicti comunis fieri faciant per dictos baiulos inscriptis cum
cedula continente totam seriem et qualitatem maleficii sive maleficiorum cuius
vel quorum occasione procedetur. Et ipsi Baiuli in singulis huiusmodi cita-
tionibus per eos fiendis dictam cedulam citatoriam apud ipsum citatum si
eum personaliter citaverint, vel apud domum sue habitationis alicui de
dicta familia, vel saltem apud unum de dictis suis convicinis dimictere
teneatur. Et si aliter fieret non valeant ipso iure. Si vero talis
accusatus denuntiatus vel Inquisitus tunc temporis non habitaret in ci-
vitate Burgis vel Subburgis seu in districtu tudertino notificetur per licte-
ras et Baiulum dicti comunis ex parte illius Rectoris sive officialis, qui de
ipso maleficio procedet contra eum. Rectori vel officiali Civitatis castri
vel loci, unde talis citatus denuntiatus vel Inquisitus oriundus
esset seu ibi domicilium haberet expensis ipsius comunis tudertini, causa
propter quam procederet contra eum. Et in eisdem licteris certus
terminus apponatur arbitrio ipsius Rectoris sive officialis contra eum
de tali maleficio procedentis, considerata ipsius loci distantia in-
fra quem terminum talis forensis coram tali Rectore sive officiali
de tali maleficio cognoscente debeat comparere ad se excusandum
et defendendum a tali accusatione denuntiatione vel Inquisitione. Qui si [illegible]
sic ut premictitur citatus seu cui talis notificatio facta fuerit si in-
fra aliquem terminum alicuius dictarum citationum seu notificationis pre-
dicte coram tali Rectore seu officiali comparuerit procedat in tali causa
contra eum adulterioria secundum formam statutorum dicti comunis. Alioquin
terminis ipsis elapsis exbanniatur publice et alta voce sono tube pre-
misso per unum ex tubectoribus comunis predicti apud fenestras palatii
dicti comunis. Cuius banni hec sit forma videlicet. Quoniam
talis de tali loco citatus ex parte talis Rectoris sive officialis quod veniat
coram eo ad se defendendum ab accusatione Inquisitione vel denuntia de eo
facta et infra Citationum terminos vel aliquem eorum seu infra

forma banni

Terminus [illegible]

Requiritur per citatione forensium [illegible] ubi est [illegible] declaratio [illegible] statuti posita [illegible] de citatione [illegible] distinctione [illegible]

[illegible] notificationem fiendam super [illegible] maleficii

Forma banni

notificationis terminum non comparuit, ideo talis rector sive officialis
faciat eum exbanniri de civitate et comitatu Tuderti in tanta pecunie qua
titate in ea videlicet que de ipso maleficio imponenda veniret per formam
alicuius capituli statuti dicti comunis, faciendo in ipso exbannimento exprimi quali
tatem predictam in quo banno remaneat. Si infra etiam diem ex die dicti
bannimenti facti in antea numeranda. Si talis reus habitaverit in civita
te burgis vel subburgis Tuderti, et si in eius comitatu infra quintam
diem et infra octavam diem si in civitate vel districtu predictis non habi
taret coram tali rectore sive officiali non comparuerit responsurus tali
citationi, denuntiationi vel inquisitioni et suis pariturus mandatis, ipsa
die dicti exbannimenti in dictis terminis vel aliquo eorum minime computa
ta. // Et si quidem infra terminum dicti bannimenti ipse reus quacumque die non
feriata ad honorem dei coram tali rectore sive officiali comparuerit el
comparitio admictatur. // Et deinde postquam ipsi accusationi denuntiationi
vel inquisitioni responderit et idoneos fideiussores dederit relaxetur
nisi de tali maleficio ageretur de quo principaliter vel secundario videl
in defectum alicuius pene pecuniarie non solute pena aliqua persona
lis sibi imponenda veniret per formam alicuius capituli statuti dicti
comunis. // Verum si talis reus comparens suo iuramento firmaverit se
esse adeo pauperem quod fideiussorem dare non posset, tunc etiam non
dato fideiussore aliquo post eius responsionem relaxetur nisi de
tali maleficio ageretur de quo principaliter vel secundario ut dictum
est aliqua personalis pena sibi imponenda veniret, vel nisi esset
talis casus in quo ipse torquendus venire posset secundum for
mam statuti dicti comunis. // Cui quidem reo post eius responsionem
assignet terminus viginti dierum ad omnes et singulas suas defensio
nes et probationes faciendum. // Qui terminus sibi artari non
possit nisi ipse reus maleficium ipsum fuerit sponte confessus et
dixerit se omni defensione carere. // Post dictum vero terminum super
aliquibus probationibus minime audiat, nisi quatenus et prout
ipsi rectori sive officiali qui de tali maleficio cognosceret iustum et
conveniens visum fuerit. // Dummodo ipse processus omnino per ipsum rec
torem sive officialem terminetur infra terminum statutorum dicti comunis.
// Teneantur etiam quilibet rector et eius iudex maleficiorum ac quilibet

Non habitantes in civitate vel districtu Tuderti in banno cadunt termino octo dierum

Nota et vide plenius in quinta carta T. x. r.

Terminus assignandus reo post eius responsionem ad faciendum defensiones

alius officialis dicti comunis qui de tali maleficio cognosceret ipsi reo presentes
comparuerit quandocumque ante lapsum termini in dicto exbannimento pre
fixi etiam antequam tali accusationi denuntiationi vel inquisitioni ipse reus
responderit seu suo procuratori ad ipsius vel alterius eorum petitionem copia
ipsius accusationis denuntiationis vel inquisitionis expensis ipsius rei
dari facere ipsa die qua postulata fuerit vel saltem die proxima
subsequenti sub pena decem librarum corton(ensium). Post eius vero re
sponsionem tam ipsius accusationis denuntiationis vel inquisitionis quam etiam
ceterorum actorum ipsius cause similiter eadem die vel sequenti qua
ipsa copia fuerit postulata eidem reo vel suo procuratori ad cuiuslibet
eorum postulationem ipsam similiter expensis talis rei dari facere teneatur
sub pena librarum quinquaginta. Et nichilominus donec talis co
pia ipsi reo vel eius procuratori data fuerit per talem rectorem vel
iudicem sive officialem ad nullum ulteriorem actum contra ipsum
reum in ipsa causa procedat. Nec interim ipsi reo ullus terminus
in ipsa causa currat. Et si secus factum fuerit non teneat ipso iure.
Elapsis vero tam terminis dictarum citationum sive notificationum pre
sentium quam etiam termino dicti banni talis reus si non comparuerit ex tunc vigo
re et fictione presentis capituli pro contumace habeatur atque repu
tetur et censeatur legitime convictus de omnibus et singulis in ipsa
accusatione denuntiatione vel inquisitione contentis. Et proinde talis
rector sive officialis alius contra eum procedens ad sententiam con
depnatoriam procedere possit et debeat contra eum ac si ipse reus de
omnibus et singulis in ipsa accusatione denuntiatione vel inquisitione
contentis esset legitime convictus. Plane si infra terminum alicuius
dictarum accusationum vel banni compareret aliquis pro ipso reo coram
ipso rectore iudice sive officiali de tali maleficio cognoscente causam
absentie ipsius rei allegans tunc talem excusationem allegantis audiat
prout eidem rectori iudici sive officiali videbitur convenire inspecta qua
litate ipsius maleficii et conditione persone talis rei. Preterea vole
mus quod de omnibus citationibus notificationibus exbannimentis preceptis
et denuntiationibus factis per baiulos banitores comunis predicti in causis cri
minalibus huiusmodi et aliis quibuscumque ex commissione vel mandato
alicuius rectoris vel officialis. Et generaliter de omnibus et singulis

Nõ penam

Contumax habeatur presentes ... non ... contentis ...

Allegans absentiam ... audiatur

Allegans absentiam ... audiatur

que ad ipsos spectant officium stetur et credatur relationibus eorundem.

Et non possit inquiri per aliquem rectorem contra aliquem qui suo tempore fuerit in officio prioratus. Et quod in aliqua causa alicuius prioris non procedat. Rubrica. — iiij.

Item statuimus quod nullus rector civitatis tuderti possit inquirere contra aliquem qui tempore ipsius regiminis fuerit in officio prioratus. Possit tamen procedere eius successor si per aliquem ipsorum maleficium aliquod committeret. Et non possit procedi criminaliter vel civiliter in aliqua causa alicuius de numero dominorum priorum populi tudertini dum ipse fuerit in ipso officio prioratus. Ita tamen quod tempora talis cause sive ipsius istantie non currant durante ipso officio set stent in eo statu in quo erant ante principium sui prioratus.

De introductione potestatis et capitanei et eorum officialium ante introitum eorum officii. Rubrica. — v.

Item statuimus quod iudices maleficiorum potestatis et capitanei civitatis Tuderti teneantur et debeant octo diebus ante initium eorum regiminis qualibet die non feriata venire et stare in palatiis comunis ad banchos maleficiorum (?) videlicet de mane usque ad tertiam et a nona usque ad vesperas ad recipiendum accusationes et denuntiationes maleficiorum que fierent coram eis. Ac etiam teneantur et debeant ipsi domini potestas et capitaneus per suam familiam (?) facere de deferentibus arma vetita et de ludentibus ad ludum taxillorum contra formam statuti comunis tuderti. Et processus qui super predictis fierent per eos infra dictos octo dies valeant et teneant ac si facti essent tempore eorum regiminis non obstante iure aliquo contrarium loquente.

In quibus casibus potestas et capitaneus civitatis tuderti habeant arbitrium. Rubrica. — vj.

Item statuimus quod potestas et capitaneus civitatis tuderti et eorum quilibet habeant arbitrium investigandi et inveniendi maleficia infrascripta et quodlibet ipsorum videlicet homicidium furtum robbariam incendium adulterium et stuprum. Et hoc intelligatur si predicta maleficia vel aliquod predictorum fuerint sive fuerit sive fuisse dicantur seu dicatur perpetrata sive perpetratum de nocte. Et habeant quoque arbitrium contra quemlibet subibentem (?) se esse vel palam aliam incitare vel ex esse corruptione [illegible] locationem conductionem seu quamcumque aliam

concessione acquisitionem vel alienationem alicui rei sive emenda aquis contractum de re vel super re aliqua faciendum quocumque modo jure vel titulo. // Et contra inhibentes seu minas vel terrorem aliquem inferentes per se vel alium alicui laboratori ne terram vineam seu fundum alicuius laboret. Et contra inferentes vel inferri facientes alicui personam aliqua de dictis causis sive occasionibus tunc ante vel postea aliquam iniuriam molestiam seu offensam personalem vel in bonis dicto vel facto. Et contra omnes violentiam aliquam in personis vel rebus alterius comictentes. De quibus omnibus et singulis dicti potestas et capitaneus et quilibet ipsorum sollicite teneantur inquirere quolibet mense sui regiminis et veritatem investigare ab hominibus fidedignis quorum dicta secreta teneantur. Ita tamen quod contra aliquem qui de predictis vel aliquo predictorum fuerit inculpatus non possit procedi ad tormenta nisi habitis primo contra aliquibus legitimis inditiis vel saltem uno legitimo inditio quibus vel quo precedentibus vel prece dente ad ipsam torturam procedi possit contra talem reum secundum formam statuti dicti comunis de dicta materia loquentium.



De pena facientis aliquem citari extra iurisdictionem tudertinam. .vii.

Item statuimus quod si aliquis citatus fuerit aut conventus extra civitatem tudertinam ad petitionem cuiuscumque persone potestas et capitaneus et quilibet eorum qui inde fuerit requisitus teneantur ad petitionem talis citati vel conventi cogere modis omnibus quibus possunt illum qui taliter eum citari fecerit sive convenerit ut a tali molestia contra eum desistat. et eundem nichilominus in centum libris condempnet si sue iurisdictioni subiectus est. Et si dicti subiectus non est cogat eius patrem si eum habet vel eius fratrem vel fratres si habet seu si fratrem vel fratres non habet alios eius propinquiores consanguineos ad solvendum ipsam condempnationem. Cuius medietas sit comunis tudertini et altera medietas sit talis citati sive conventi. // Et quod talis citatus seu conventus et sui sequaces possint talem contrafacientem impune offendere si ab ipsa citatione vel molestia non desisteret. // Et quod potestas et capitaneus ad petitionem talis sic citati sive conventi teneantur

eum defendi facere expensis dicti comunis non obstante aliquo capitulo
statuti dicti comunis in contrarium loquente. Et si potestas vel Ca
pitaneus fuerit negligens in predictis perdat de suo salario Centum
libras corton. Item teneatur Potestas proponere in consilio generali
dicti comunis primo mense sui Regiminis si aliquid est addendum
vel faciendum super hoc capitulo et quod ipsi consilio placuerit exe
cutioni mandet. Et si aliquis non subiectus dicto comuni qui
in predictis contrafaceret haberet aliqua Bona sita in Civi
tate vel Comitatu tuderti teneantur ipsi Potestas et Capitaneus
et quilibet eorum qui inde fuerit requisitus predicta facere destrui
ipsorum bonorum ne ea ulterius teneat a dicto tali contrafaciente
vel pro eo laboret sub pena librarum Centum // Et quod cuilibet
liceat in talibus bonis dapnum inferre donec talis contrafa
ciens civis. ipsa bona tenet a tali molestia desisteret. Et quod
tali contrafacienti nullus suum patrocinium prestet in aliqua
curia tudertina sub pena quinquaginta. libr. corton. pro
qualibet vice. Salva semper Ecclesiastica libertate cui
per presens capitulum, vel aliquod aliud statutum dicti comunis
non intendimus neque volumus in aliquo derogari.

De hiis qui excipiuntur a penis. Rubrica. vij.

Item statuimus quod de offensionibus et delictis quibuscumque commissis
et committendis inter infrascriptas personas Potestas et Capitaneus
et eorum Iudices vel aliquis eorum non possint procedere cognoscere vel
punire, videlicet inter ascendentes et descendentes quicumque gra
dus sint. Et inter fratres et alios collaterales usque in tertium gra
dum inclusive. Et inter maritum et uxorem. Et inter affines in primo
gradu affinitatis usque in secundum gradum inclusive. Et inter magi
strum et discipulum. Et inter amasium et amasiam. Et inter mi
nores duodecim annorum. Vel inter aliquos qui sint et morentur
in eadem familia. Vel si quis offenderit Ioculatorem vel Ioculatricem
sive meretricem publice meretricantem. Vel minorum quindecim
annorum. Vel si minor duodecim annorum offenderit maiorem duodecim
annorum. Et predicte offensiones sint omnino et totaliter impu
nes ... et quibus eorum et inter predictas personas

Nisi fieret voluntaria accusatio per talem offensum [illegible] ipsius
Ita tamen quod eo casu ab ipsa accusatione possit talis accusator impune
desistere quandocumque voluerit usque ad sententiam. Quo desistente super
ipsa accusatione ulterius procedi non possit. Sed eo casu possit et debeat
pronuntiari per iudice de tali maleficio cognoscente super tali accusatione
non esse ulterius procedendum. Et quod talibus personis accusatis quando
ipsi accusationi renuntiatum non esse pena possit imponi arbitrio iudi
cantis dummodo idem iudicans non excedat penam statuti comunis tudi
sed eam minuere possit eius arbitrio et voluntate consideratis qualitate
ipsius facti et conditionibus personarum. Possint tamen et debeant
dicti Potestas et Capitaneus eorumque iudices ad maleficia deputati et
quilibet eorum etiam contra dictas personas et quamlibet earum tam per accusationem
quam etiam per denuntiationem et inquisitionem de et super infrascriptis ma
lefitiis et quolibet eorum scilicet pro homicidio membro amputato sive de
bilitato pro percussione facta cum sanguinis effusione cum infrascriptis
armis vel aliquo eorum scilicet spata cultello magna ferea lancea spiedo
falcione mannaia ronceo accepta balista vanga pala ferea
bidente zappa pugnelone pichione martellario bastone fer
reo vel aliis suis similibus armis sive instrumentis ferreis in quibus
casibus et quolibet eorum predicti potestas et capitaneus et quilibet
eorum qui de talibus maleficiis seu aliquo eorum cognosceret possint
et possit suo arbitrio tali malefactori penam imponere consideratis
facti qualitate et conditione persone ipsius malefactoris. Dummodo
penam que de tali maleficio alias Communi et generaliter per formam statuti dicti
communis imponeret nullatenus excedat. Et quod huiusmodi processibus
qui fieret de dictis sive super dictis maleficiis cum dictis armis vel eorum
aliquo perpetratis nulla renuntiatio per aliquem fieri possit et si
fieret non valeat ipso iure. Et ea non obstante rector sive iudex
qui de tali maleficio cognosceret nichilominus super eo procedere
teneatur. Declarantes quod ubi supra loquitur de minoribus non intelligatur
de minoribus decem annorum de quorum rixis et maleficiis per eos com
missis et commictendis nulla pena penitus imponatur. Et [illegible]
ipsis seu ipsorum occasione per aliquem [illegible] sive officialem dicti
Comunis contra eos cognosci seu procedi possit vel debeat quod [illegible]

Clausula desistit [illegible] [illegible] percussor sive dicta fe[illegible] possit [illegible] et quod huiusmodi

In quibus casibus [illegible] inquirere [illegible] delinquentes [illegible]

modo. Volumus insuper statuentes quod si tempore nundinarum que fuit in burgo vie plane a die decima usque ad diem vigesimam mensis septembris inclusive aliquis occiderit vel aliter offenderit aliquam personam seu aliquem equum vel asinum curreret sive currere faceret in burgo supradicto usque ad viam qua itur ad Santum Gervasium quod ab omni pena dicta de causa sive occasione totaliter sit exemptus et quod de predictis per nullum rectorem vel officialem dicti comunis procedi seu cognosci possit vel debeat quoquo modo. Que omnia prevaleant et derogatoria sint omnibus aliis statutis ordinamentis et reformationibus dicti comunis in contrarium loquentibus.

De questionibus sive tormentis etc. Et quo casu reus post primam comparitionem reputatur ficte confessus. Rubrica. ..m..

Quamvis in maleficiis per … investigandis et reperiendis interdum iustum sit adhibere tormenta non tamen passim et indiferenter est questio adhibenda. Nullus igitur torqueri possit nisi infrascripta forma et in casibus infrascriptis vel aliquo eorundem. Videlicet pro proditione coniuratione conspiratione tractatu seditione subverssione sive turbatione status pacifici civitatis vel comitatus … vel alicuius terre comitatus eiusdem. Et nisi pro roboria furto homicidio falsitate privato carcere rapti virginum et quarumlibet honestarum mulierum violatione. Et nisi pro incendiis vel vastis dolose perpetratis. Et nisi pro fractura carcerum comunis tuderti seu monasteriorum vel aliarum sacrarum domorum. Et nisi pro sanguinolentis vulneribus sive percussionibus. Et nisi pro membri incisione sive debilitatione. Et nisi pro iniuria illata contra aliquam personam incarceratam sive inclusam voluntarie ad penitentiam agendam. Ac etiam nisi pro violentiis. In quibus casibus et quolibet ipsorum possit potestas et capitaneus et eorum iudex maleficiorum et quilibet eorum qui de aliquo predictorum criminum cognoscent reum ipsum torquere et torqui facere. Ita tamen quod non incipiant ab ipsis tormentis sed demum legitimis precedentibus inditiis. In quo tormentorum moderamine respiciat ut neque durius neque … questionem adhibeant quam ipsius maleficii qualitas … vel fragilitas … tormentandi … ceteritatis vel …

tormenti

Vbi …

Et …

95v

mentis gloriam minime affectantes. In ceteris autem casibus
a tormentis prorsus abstineant. Nec aliquo genere tormentorum
seu aliquo tedio vel gravamine quemquam afficiant seu affici
faciant vel permictant ad penam centum librarum cortonensium pro quo
libet contrafaciente et qualibet vice. Et nichilominus
talis contrafaciens teneatur tali gravato vel tormentato preter
quam in casibus superius expressis et specificatis et preter vel contra
eandem formam ad restitutionem et refectionem totius dampni et inter
esse quod ipse seu de causa incurrisset. In qua quidem pena et dicti dampni
et interesse refectione defensor dicti comunis seu alius qui talem
contrafacientem habuerit sindicare tempore sui sindicatus condempnare
teneatur eundem. Et ipsius condempnationis executionem contra eum
ad petitionem talis tormentati sive gravati facere cum effectu. Et
etiam eo casu confessio a tali tormentato seu gravato extorta
ipso iure sit nulla. Nec eius pretextu aliqua condempnatio fieri
possit et si fieret ipso iure sit nulla. Et quod quis fuerit tortus
sive tormentatus seu aggravatus contra formam predictam sit
sufficiens probatio fama publica probata per sex testes fidedi
gnos de quorum numero non possit esse aliquis qui per talem recto
rem sive officialem fuisset in aliquo condempnatus nec aliquis
eius consanguineus usque in tertium gradum inclusive ex quo
cumque parente. // Cum vero plerumque accidit quod reus in
prima sua comparitione et responsione maleficium ipsum ne
gat. et fideiussoribus ab eo datis recedit deinde contra eum
superveniunt indicia sufficientia ad torturam nec se postea in
iudicio representat presenti capitulo duximus providendum
quod in casu huiusmodi non obstantibus comparitione responsione et
satisdatione predictis talis reus existat et de novo citetur ex
parte talis rectoris iudicis sive officialis de tali maleficio cogno
scentis quod infra secundam diem tunc proxime secuturam ipsa
die citationis predicte in dicto termino minime computata com
pareat coram eo ad respondendum iterato tali accusationi denuntia
tioni vel inquisitioni per quam et super qua contra eum pro
cederetur et ad ipsum maleficium confitendum sive ad subeundum

Precept... [illegible] ... [illegible]

tortu[r]am, cum contra eum supponerent legitima iudicia ad torquendum
[illegible] que termino elapso in talis reus non compareret extunc
auctoritate et fictione presentis capituli habeatur et censeatur legitime
convictus de omnibus in ipsa accusatione denuntiatione vel inquisitione
contentis et tamquam legiptime convictus extunc de tali maleficio per
talem Rectorem sive officialem possit et debeat condepnari. Que
locum habeant in maleficiis supra specificatis et quolibet eorundem.

Quod nullus possit cogi vel carcerari si voluerit dare fideiussorem nisi in certis
casibus. Rubrica. .X.

Item statuimus quod Potestas vel Capitaneus seu alius Rector vel
officialis comunis tuderti non cogat nec detineat aliquem nec cogere
vel detinere possit in palatio dicti comunis nec incarcerari faciat vel
facere possit si voluerit dare ydoneos fideiussores ipse vel alius pro eo
de sua condepnatione solvenda secundum formam statuti dicti comunis
nisi in casibus [illegible] quibus tormentatio est permissa per formam statutorum
[illegible]. Et si potestas capitaneus vel alius Rector sive officialis contra
fecerit puniatur qualibet vice in quolibet dictorum casuum in libris centum
cortonensium.

Quando et in quibus casibus quis debeat confinari. Rubrica. .XI.

Item statuimus quod potestas vel Capitaneus non precipiat nec
precipere possit alicui quod vadat ad confinia extra Comitatum tuderti.
Et possit tamen in Civitate vel Comitatu tuderti tantum mictere et
ponere aliquem ad confinia et tenere per quindecim dies vel plus [illegible]
Comune [illegible] atrox maleficium vel per aliquem excessum cum sanguinis
effusione vel per aliquam magnam [illegible] cuius occasione verisimiliter du-
bitaretur aliquod scandalum exoriri posse in dicta Civitate vel Comitatu.
Et generaliter in omnibus casibus in quibus per formam statuti comunis tuderti
tormentatio est permissa. Salvis Nichilominus aliis penis de talibus
maleficiis imponendis per formam alicuius capituli dicti comunis.

De multa imponenda per potestatem et Capitaneum et eorum iudices et notarios
inobedientibus eis. Rubrica. .XII.

Item statuimus quod potestas et Capitaneus et eorum iudices et socii et
[illegible] notarii et quilibet ipsorum possint multare sibi non obtempe-
rantes [illegible] inobedientes in suo officio usque in [illegible] summam de

96v

plus videlicet dicti Potestas et Capitaneus et quilibet ipsorum usque in summam Centum soldorum cortonensium pro quolibet taliter inhobediente et qualibet vice. Judices vero et socij milites alicuius ipsorum et quilibet eorum usque in quadraginta soldis. Notarij autem alicuius ipsorum et quilibet eorum usque in decem soldis prout eis videbit. Considerata in predictis qualitate talis inobedientie et conditione persone talis Inobedientis. Et ipsas multas a talibus Inobedientibus de facto exigere absque formatione alicuius processus vel promulgatione alicuius sententie. Salvis alijs capitulis dicti Comunis maiorem penam Imponentibus de huiusmodi Inobedientijs quibus per presens capitulum nolumus derogari.

De modo examinandi testes in Criminalibus et ipsorum publicatione. Rubrica. XIIJ.

Item statuimus quod Judices maleficiorum qui modo sunt et pro tempore fuerint teneant et debeant testes in quacumque et super quacumque causa criminali productos legiliter fideliter et diligenter examinare et eorum dicta scribere simpliciter et extense prout ipsi testes verba protulerint per notarios maleficiorum scribi facere. Qui quidem Notarij depositionem sive actestationem alicuius testis scribere non debeant sub hac forma videlicet dixit verum esse que in dicta intitulatione denuntiatione vel Inquisitione seu que in dicto articulo continentur et cetera. Et sciam testis de hijs et super hijs de quibus testificatus fuerit de aliquo scire Interrogent propter Judices de causa sic scientie. Et si fecerit aliquis dictorum Judicium seu notariorum feceit in viginti quinque libris corton. vice qualibet puniatur. Et Nichilominus parti lese teneat eius dapnum integraliter reficere. Et quod testes predicti in causis criminalibus non publicentur infra illos viginti dies continuos qui dantur Reo ad suam defensionem faciendam.

De pena testium non venientium ad ferendum testimonium et de expensis ipsis testibus faciendis per producentes. Rubrica. XIIIJ.

Item statuimus quod siquis testis citatus fuerit Bis quod veniat ad testimonium perhibendum et non venerit in viginti soldis cortonensium puniatur. Item siquis testis venerit ad perhibendum testimonium ad petitionem alicuius et dicta de causa steterit in Civitate cortonii ultra unam diem pars ad cuius petitionem talis testis dicta de causa venerit cogatur ad solvendum ipsi testi pro sumptibus expensis [illegible]

denarios pro qualibet die qua steterit ultra ipsum primum diem. Et
q̃ Iudices coram quibus tales cause verterent seu notarii quib(us)
ipse examinationes commisse fuerint in aliquo casu per formam
Iuris seu statuti comunis tuderti concesso teneant examinare ipsos
testes q̃ citius poterunt. Et si ipsi Iud(ices) ul not(arii) quibus talis exami
natio facienda incumberet in ipsis testibus examinandis post prote
stationem eis a parte producente factam fuerint negligentes teneantur
ipsi parti omne suum dapnum et interesse reficere. Et q̃ Nullus
testis possit cogi vel detineri in palatio ultra decem dies causa sine
occasione alicuius testimonii per eum ferendi.

De consensu patris vel curatoris non requirendo in processibus filiorum familias et minorum. Rubrica. ·xv·

Item statuimus q̃ de omnibus et singulis maleficiis commissis seu
que commissa esse dicerentur per minores vel filios familias possit
potestas et Capitaneus et eorum Iudic(es) malleficiorum et quilibet eorum
procedere contra eos etiam sine consensu et auctoritate patris vel
curatoris eorum. Et q̃ tales processus et sententie que inde sequerentur
valeant et teneant non obstante defectu dicti consensus seu auctoritatis predicte
et e contra q̃ dicti filii familias et minores possint in dictis et super
dictis causis tam principalibus q̃ appellationum sive recursuum defen
siones et iura sua producere et probationes quaslibet facere etiam
absque consensu et auctoritate predictis. Et si talis filius familias
condepnaretur et ipsam condepnationem de suo solvere non posset te
neatur et cogi possit et debeat eius pater ipsam condepnationem
solvere de portione legitima ipsi filio tunc competente seu que compe
tere possat iure Nature in bonis ipsius patris usque in concurrente
et equivalentem summam dicte sue legitime portionis. Habendo in
ipsa exactione et executione respectum ad bona que ipse pater ha
beret tempore exactionis et executionis predicte.

testi pater solvet condepnatione fily de portione legittima ipsius fily

De Iudex mallefic(iorum) possit in favorem comunis iura producere et allegare. Rubrica. xvi.

Item statuimus q̃ omnes et singuli Iudices malleficiorum comunis tuderti
in et super omnibus et singulis causis et processibus criminalibus
coram eis vertentibus possint et debeant vinculo Iuramenti
ex suo officio etiam nemine prosequente probationes quaslibet

97v

Indicare et fieri facere pro parte et in favorem dicti comunis tam per
testes quam etiam per instrumenta et per quodlibet alium legitimum
modum. Et sub predictis statuta et iura quelibet pro ipso comuni
et in eius favorem facientia proponere et allegare adhuc ut
ipsa malefitia de quibus cognosceret in luce deveniant et penis
debitis puniantur.

Ut procedatur de similibus ad similia. Rubrica. · xvii

Item statuimus quod si aliquod malefitium per aliquam personam comictatur
de quo non est imposita aliqua determinata pena per aliquod
capitulum statuti dicti comunis Tuderti possit et debeat pote-
stas vel capitaneus qui de tali malefitio cognosceret talem male-
factorem punire ad similitudinem pene que per formam alicuius
capituli statuti dicti comunis de simili malefitio imponenda veniret. notabile
Et si vero de simili malefitio non reperiretur aliqua determinata pena Simil.
imposita per aliquod capitulum statuti dicti comunis eo casu si ipsi po-
testati vel capitaneo qui de tali malefitio cognosceret iustum sive
equum fore videbitur de ipso pena imponere possit et debeat
ipse potestas sive capitaneus de tali malefitio cognoscens suo arbi-
trio penam imponere usque in summam decem librarum cortonensium inclu-
sive et non plus. Considerantis in casu huiusmodi facti qualitate ac
conditione persone talis malefactoris et aliis circumstantiis oppor-
tunis.

De pena negantis offitium vel parentelam, vel alia de quibus infra
fit mentio et de modo probandi. Rubrica. · xviii ·

Item statuimus quod quicumque in aliqua vel super aliqua causa
lite vel questione ad interrogationem alicuius rectoris vel offi-
cialis comunis Tuderti de tali causa lite sive questione co-
gnoscentis negaverit seu alicui personae coram tali rectore vel
officiali ficta per partem adversam respondendo dixerit
se non credere aliquem fuisse vel esse alicuius de quo in ipsa interroga-
tione vel positione continetur patrem matrem avum aviam
filium filiam nepotem neptem seu eidem in aliquo gradu vel
inferiori gradu per lineam ascendentem sive descendere
coniunctum sive fratrem sororem vel in alio ordine

[illegible] ex linea transuersali agnationis uel cognationis proximis
[illegible] in tertium gradum inclusiue eidem conuictum siue uirum uel
uxorem siue Rectorem uel officialem comunis tudertini siue notarium
de ciuitate uel comitatu tudertino siue consulem alicuius artis
ciuitatis predicte siue publicum Baiulum uel preconem dicti comunis
siue Episcopum Abatem uel priorem alicuius ecclesie ciuitatis
uel comitatus tudertini siue diocesis tudertine siue tutorem uel
curatorem Et de inde de ipsa tutela uel cura fuerit tali rectori
siue officiali legiptime facta fides. De reliquis uero personis siue de
aliquo corpore de quo quereret saltem per publicam famam in decem
libris cortonensium uice qualibet puniatur. Nisi infra secundam diem
talem suam responsionem negatiuam siue uim negationis habentem
reuocauerit. et id ipsum quod in tali interrogatione uel positione con
tineret paratus sit confiteri. Si uero taliter respondendo nega
uerit siue dixerit se non credere aliquem fuisse uel esse priorem
populi tudertini seu aliquem fuisse uel esse cancellarium uel notarium
Reformationum dicti comunis et talem suam responsionem postea infra
dictum terminum dictorum duorum dierum non reuocauerit ad id ipsum paratus
fuerit confiteri ut expressum est. Et siquidem postea de hec tali rectori
uel officiali saltem per publicam famam fuerit facta fides in libris
Centum cortonensium uice qualibet puniatur

De pena non probantis accusam. Rubrica. xviij

Item statuimus quod siquis accusauerit unum uel plures de aliquo
crimine falsitatis et ipsam accusam contra omnes et singulos
in ipsa accusatione contentos non probauerit puniatur pro quo
libet tali accusato per Rectorem coram quo eum peruenerit uel eius
successorem in quinta parte pene in qua talis accusatus pro tan
[illegible] si de eo legiptime conuictus fuisset ueniret condempnandus
secundum formam alicuius capituli statuti dicti comunis. Et iudex talis
[illegible] huiusmodi accusationem minime admictere teneatur nisi talis
accusator coram eo ydonee caueat de ipsa accusatione probanda sub
[illegible]. Et item quod siquis uoluerit accusare aliquem testem de
[illegible] falso [illegible] quod eum [illegible] super aliqua causa criminali
[illegible] debeat ipsum accusare coram ipso Rectore siue officiali

tantum coram quo ipse testis testimonium suum tulisset, vel eius successore. Si vero super alia lite causa vel questione aliquis falsum testimonium tulisse dicatur coram quocumque iudice vel officiali ecclesiastico vel seculari in aliqua curia tudertina seu coram quocumque arbitro sive arbitratore eo casu talis testis accusari possit de tali falso testimonio coram potestate seu capitaneo civitatis tuderti ad electionem ipsius accusatoris ac etiam de tali falso testimonio per quemlibet eorum inquiri valeat contra eum. Preterea si quis alium de turbatione seu molestatione alicuius sue possessionis vel tenute accusaverit et deinde propter defectum probationis ipsius accusatoris talis accusatus diffinitive fuerit absolutus eo casu talis accusator penam quadraginta solidorum cortonensium pro quolibet taliter accusato ipso facto incurrat. Statuentes quod in quolibet dictorum casuum in penis predictis talis accusator non probans in eadem absolutoria sententia de tali accusato ferenda debeat condempnari. In aliis vero casibus propter probationis defectum accusator in nichilo puniatur.

Vo. pena accusantis de ... seu molestatione possessionis [...]

Et de quolibet malitio exceptis quibusdam possit fieri pax. Et de eius beneficio. Rubrica. ·XX·

capitulum in sexta distinctione in capitulo ... patem ... iiij. ca.

Item statuimus quod de quolibet malitio possit fieri pax inter partes infra decem dies a die ipsius commissi malitii computandos ipsa die dicti commissi maleficii in dicto termino minime computata. Qua quidem pace infra dictum terminum facta et subsequenter coram rectore sive officiali de ipso malitio cognoscente per ipsum reum vel eius procuratorem ante sententiam in publicam formam producta diminuatur ipsi reo qui et in quantum ipsum maleficium sponte pure ac simpliciter in prima sua comparitione et responsione in iudicio confessus fuerit dimidia pars pene sibi aliter de ipso malitio imponende. Et aliter beneficio pacis reus ipse ab ipsa pena in nichilo relevetur. Ita tamen quod in homicidio per quemcumque et contra quemcumque commisso seu etiam in quocumque maleficio perpetrato inter aliquem magnatem et ... vire magnitate et potentie habitum secundum formam [illegible] ... et inter aliquem popularem et habitum pro populari ... [illegible] ... alterum pax facta ... [illegible] ... tionem pene de tali malitio imponende in nichilo [illegible]

sive prodesse valeat quoquo modo nec eius beneficio
talis reus ab ipsa pena in aliquo relevetur.

De pena minantis pro pace fienda, et quod pax taliter facta non valeat. Rubrica. XXI

Item statuimus quod nullus per se vel alium quocumque modo mi-
nas, terrorem, vexationem, vel iniuriam aliqua faciat
sive inferat alicui vel contra aliquem, qui aliquam
offensam vel iniuriam ab aliquo recepisset sive passus
est, seu qui recepisse vel passus fuisse diceret, ad hoc ut
cum ipso offensore seu iniuriatore de ipsa offensione vel
iniuria pacem faciat. // Contrafaciens vero eadem pena
puniatur, qua ipse principaliter reus veniret de ipso maleficio
puniendus. // Et nichilominus propter talem pacem
seu eius beneficio reus ipse a pena talis maleficii nulla-
tenus relevetur.

De modo servando in sententiis ferendis in criminalibus. Rubrica. XXII

Item statuimus quod potestas et capitaneus et quilibet
eorum qui de aliquo maleficio cognosceret possint statim
postquam sibi de ipso maleficio constiterit secundum formam alicuius
capituli statuti comunis Tuderti de ipso et super ipso sententiam con-
dempnatoriam promulgare, dummodo ipsam sententiam
non ferant ante quam terminus statutus reo ad ipsius defen-
sionem lapsus fuerit. // Et quod ipsi et quilibet eorum teneantur
omnes causas criminales tam meras quam mistas coram
eis sive per eos initiatas per accusationem, denumptiationem vel in-
quisitionem infra duos menses continuos a die ipsius porrecte
accusationis vel denumptiationis sive formate inquisitionis in-
antea numerandos. Nec non veteres et pendentes a die
sui principii regiminis computandos sententialiter prout
iustum fuerit terminare, seu etiam infra breviorem ter-
minum in illis videlicet casibus in quibus per formam
alicuius capituli statuti comunis brevior terminus reperi-
retur statutus. Verum tamen quod saltem bis quolibet mense
[illegible] super aliquibus criminalibus causis [illegible]
[illegible] semel [illegible] tenuit [illegible]
[illegible] sui regiminis

Terminus expediendi in duorum mensium

99v

ut mistis diffinitive sententiate penitus teneantur.
Insuper volumus statuentes quod notarii malleficiorum qui ad sen
tentias super causis malleficiorum scribendas fuerint deputati te
neantur ante lecturam ipsarum sententiarum ipsas sententias
siquidem absolutorie fuerint scribere duplicatas. Et si con
dempnatorie triplicatas in cartis pecudinis sub pena librarum
decem pro quolibet eorum contrafaciente et qualibet vice.
Quarum quidem sententiarum una copia tempore lecture ipsarum exhibeant
notario camere dicti comunis et aliam copiam in qua eas legit
retineant apud se. Cum notarius dicte Camere dictas sen
tentias quando leguntur in consilio cum dicta copia sibi tra
dita debeat ascultare. Et si utraque copia simul concor
daverit ipsam copiam sibi traditam ad dictam Cameram tra
deferat et deinde de ipsa cuilibet petenti copiam sumi per
mictat. Ita tamen quod extra ipsam Cameram ipsas sententias
vel earum aliquam per aliquem officialem comunis tuderti seu
per aliquam aliam personam portari non sinat. Tertiam vero
copiam dictarum condempnationum quam etiam dicti notarii debeant
insimul ascultare dicti notarii malleficiorum tradere debeant dicto
notario Camere. Et dictus notarius Camere teneatur unam
de dictis copiis ipsarum condempnationum deferre ad ecclesiam sancti
fortunati et in sacristia dicte ecclesie reponere et de ipsis
facere unum librum scilicet de condempnationibus cuiuslibet domini
supradicti. Et quod dicte condempnationes que in dicta sacristia repo
nentur de ipsa extrahi non possint nec per aliquem videri nisi per
dictum Notarium camere sine expressa licentia dominorum viginti qua
tuor secreti consilii populi tudertini. Et quod condempnationibus
que in dicta sacristia ac etiam in dicta Camera reperientur
et cuilibet earum detur et habeat plena fides. Et si in
libro introytuum comunis tuderti scripto manu dicti notarii camere
vel in libro condempnationum existente in dicta Camera invenientur
solutiones dictarum condempnationum vel alicuius earum scripte manu
dicti notarii camere talis condempnatio de qua solutio appareat
et invenietur ut dictum est, cassetur per eundem notarium et
valorem penitus habeat.

De sententiis non ferendis in civilibus vel criminalibus ultimis quindecim diebus. Rubrica. XXIII.

Item statuimus quod potestas vel capitaneus non possit aliquam sententiam condepnatoriam vel absolutoriam ferre ultimis quindecim diebus com[unis] vel alicuius eorum regiminis nec in aliquo eorum quindecim dierum. Et hoc idem servari debeat per eorum et cuiusque ipsorum iudices et officiales in civilibus causis litibus et questionibus vertentibus coram eis.

In quibus casibus pene dupplicentur. Rubrica. XXIIII.

Item statuimus quod si quis commiserit contra aliquam personam aliquod maleficium de quo ex forma alicuius capituli statuti comunis Tuderti ad mortem puniri debeat et pase ipse malefactor condepnandus non veniret in aliquo de infrascriptis locis temporibus seu casibus. Videlicet in platea comunis Tuderti sive in aliquo palatio dicti comunis. Sive in foro vel in mercato sive in nundinis que fiunt in plano potus vel in nundinis que fiunt apud ecclesiam sancti Faustini seu in nundinis que fiunt de mense septembris a die decima usque ad diem vigesimam dicti mensis inclusive a porta sancti Silvestri usque ad viam qua itur ad sanctum [illegible] et per totum burgum [illegible] plane. Et a porta vallis usque ad viam qua itur ad pontem Martini. Et per totum burgum [illegible] per [illegible] viam et a [illegible] per viam rectam usque ad portam [illegible]. Seu si in aliqua vinea vel aliquo campo vel orto alterius [illegible] offenderit dominum vel conductorem talis vinee campi vel orti seu eius [illegible] vel familiarem. Seu in aliqua [illegible] [illegible] vel [illegible] [illegible]. Vel post pulsationem campane que solita est pulsari de sero pro penis dupplicandis usque ad sonum campane que pulsari solet pro die que vulgariter dicitur [illegible]. [illegible] aliquam personam dum iret vel staret ad [illegible] [illegible] dum [illegible] sive aliquem dum iret ad aliquod [illegible] dicti comunis [illegible] alicuius citationis seu monitionis [illegible] [illegible] aliquem [illegible] vel officialem comunis [illegible] sive de [illegible] [illegible] officialis [illegible] vel mandato [illegible] aliquod bannum [illegible] dicti comunis [illegible] ad aliquem locum. Sive in die [illegible] [illegible] sive in die festi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Offendens dominum vel conductorem in rebus a vel a ucta

de nocte

ca[m]pane

[illegible]

nostri Ihu xpi. ¶ Item in die festiuitatis pascatis resurrectionis eiusdem. Seu in die veneris sancti in quo dns noster Ihus xpus crucifixus fuit. siue in quocumque die Sabbati. siue aliquem ambaxiatorem quando vadit et redit occasione alicuius ambaxiate dci cois puniat in duplum pene que al. de tali maleficio imponenda veniret per aliquod capitulum statuti dci cois ¶ Et intellecto q palatium comis tuderti intelligat quelibet domus in qua morarentur dni Priores populi tudertini, vel in qua moraret potestas vel capitaneus vel aliquis alius officialis forensis comis tuderti comis tuderti ad aliquod officium dci comis exercendum. ¶ Decernentes predicta locum habere siue de ipis maleficijs vere costet siue fictione et potestate alicuius capituli statuti dci comis ipa maleficia [illegible] censeri debeant pro comissis maxime quo ad penas de ipis maleficijs imponendas. ¶ Volumus insuper statuentes q ubicumque aliquod capitulum statuti dicti cois loquitur de aliqua pena pro aliquo maleficio imponenda duplicanda triplicanda vel quadruplicanda intelligat q semel tantum. Et ex vna causa tantum possit duplicari triplicari vel quadruplicari Et non pluries vel ex pluribus causis ¶ Dum modo hec locum non habeant in illis casibus vel in aliquo in quibus siue in quo vigore siue fictione alicuius capli statuti dci comis pena dupli tripli vel quadrupli habeat locum simpli.

¶ Qualiter intelligat platea comis tuderti. Publica. ·xxv· piazza

Item statuimus q platea comis tuderti sit et esse intelligatur et pro platea dicti comis habeatur prout inferius declaratur videlicet a platea dci cois que vocatur platea sancti Iohannis e contigua alteri platee veteri dci comis sicut protenditur [illegible] novi palatij veteris dci comis Et sicut ipm [illegible] usque ad pectorale quod est in finibus dce platee [illegible] ¶ Et sicut ipm pectorale protendit per directum usque [illegible] qui est int dictum pectorale et palatium [illegible] ¶ Et sicut ipe murus protendit [illegible] palatium Roberti ¶ Et sicut protendit a dicto [illegible] palatium Roberti usque ad cantonem dicti palatij [illegible] ¶

tendit paries anterior dicti palatii Roberti a cantone ipsius pa
latii Roberti qui est versus stratam publicam usque ad cantonem
alterius domus dicti Roberti. // Et sicut ab ipso cantone proten
dunt omnes muri domorum stantium versus dictam plateam usque
ad cantonem domus Vrssi domini Symonis situm iuxta dictam plateam
Santi Iohannis et viam publicam qua itur versus portam Martii
// Et sicut protendit a dicto cantone usque ad cantonem infe
riorem domus magistri Nicole magistri Iacobi site ex altera parte
dicte vie. // Et sicut protendunt muri dicte domus magistri
Nicole et muri palatii dicti communis, in quibus dicti domini priores
morantur a pede platee veteris usque ad cantonem domus dicti
communis que olim fuit Iacobi domini Guerisscii situm iuxta dictam plateam
veterem, et viam publicam qua itur ad Santum Fortunatum.
// Et ab ipso cantone usque ad cantonem domus olim filiorum
Massoli Glorii, et nunc domini Thomassii domini Corradi. // Et sicut
ex dicto cantone protendit ex dicta parte usque ad cantonem
superiorem domus Ecclesie Santi Felicis. Et ab ipso cantone
usque ad hostiolum superiorem dicte Ecclesie Santi Felicis, et ab ipso ca
tone usque ad hostiolum superius dicte Ecclesie Santi Felicis quod
est versus domos heredum domini Andree que olim fuerunt
Fidançoli domini Nicolai. Et a dicto hostiolo usque ad cantonem
dictarum domorum situm versus dictam Ecclesiam. // Et a dicto can
tone usque ad cantonem rotundum domus heredum Nuccii
Bartholutii. Et abinde usque ad portam qua itur in cla
ustrum Episcopatus Tuderti. Et iuxta murum graduum dicti
Episcopatus. // Et omnes dicti gradus et planum super ipsos gra
dus existens usque ad parietem anteriorem dicti Episcopatus. // Et
sicut recte protendit a cantone turris dicti Episcopatus sito ver
sus plateam veterem dicti communis et viam publicam qua itur ad domum
Angnalum de Suppimurum usque ad cantonem domus heredum Guer
ristii Cucchini domini Iannis site ex altera parte dicte vie in oppositum
dicte turris. // Et abinde infra usque ad dictam plateam dicti communis
que dicitur platea Santi Iohannis. // Et gradus et planum super
gradus palatiorum dicti communis, usque ad primas portas dictorum palatiorum

... palatii ... et muri ...
... dicti ...

101v

dint et esse intelligant de platea dicti comis. // Et etiam in
telligat esse de platea dicti comis locus in quo est macellum si
tum sub voltis dicti palatii veteris. // Et via que est subt vol
tam scalarum palatiorum dicti comis et que est int dictum palatiu
veteri et palatiu novu dicti comis, quod dicitur palatiu populi usque
ad Cantone dicti palatii novi situ iux dictam via et aliam viam
qua itur versus sanctum Laurentium de burgomuri et ab ipso
Cantone sicut protendit usque ad Cantone dicti palatii veteris
situm iux puteum qui est in dicta via.

Qd no solventes condepnatos infra certu tpus incurrant quartum. Et q
Condepnatio no cancellet nisi fuit soluta cu quarto. Rca — xxvj.

Item statuimus q in omibus et singulis sententiis con
depnatoriis pecuniariis applicandis Comi tudertino ferendis
per quoscumque Rectores seu officiales dicti comis curiat quartu
non solventibus ipas codepnationes que de eis fierent infra
decem dies continuos a die et post diem ipius codepnationis
facte et non sententie immediate sequentes non obstante q
ipi Rectores sive offitiales de pena dicti quarti in ipis sententiis
nullam fecerit mentione. Dum modo pdca locum habeant
in sententiis codepnatoriis in quibus cotinetur q si ipi con
depnati non solverit q c fiat contra eos aliqua executio
psonalis. Et no quidem casu dictum quartum no currat. Et hoc
etiam intellecto q si infra dictum terminum appellaret vel re
cursum haberet ab aliqua sententia codepnatoria et dicta condep
nationis sententia fuerit per iudice appellation et recursuum
confirmata in totum vel in parte non intelligat in ea cucur
risse dictum dictum quartum in termino supradicto. Set cu rat dictum
quartum non solventi condepnatum eadem infra decem dies
cotinuos numerandos, a die et post diem confirmationis ipius
sententie et no sententie immediate sequentes. // Et nulla
condepnatio cancellet vel cancellari debeat nisi tota ipa qua
titas ipius condepnationis cu dicto quarto si ipum quartum fuerit
in ea decursum pri no fuerit Camerario dicti comis inter alias
pro soluta. // Et q notarius Camere dicti comis teneat et debeat

sub vinculo iuramenti et ad pena decem lib. corton. pro qualibet vice qua contrafecerit scribere manu propria in margine cuiuslibet condepnationis a qua fuisset habitus recursus, et que esset confirmata in totum, uel in partem per iudicem appellationum et recursuum civitatis tuderti, pro quanta sive in quanta parte et per quam ipsa condepnatio extiterit confirmata. // Et quod ipsa sententia fuerit infirmata totaliter uel pro parte aliqua, sit sufficiens probatio inspectio sententie super ipso recursu per dominum iudicem appellationum et recursuum promulgate.

De condepnationibus exigendis. Rubrica. xxvii.

Item statuimus quod potestas et capitaneus et quilibet eorum per se et eorum officiales et familiares teneantur exequi pro posse et cum effectu exigere et camerario dicti comunis solui facere omnes et singulas condepnationes factas per eos uel alterum eorum sive per eorum predecessores quacitius poterunt detinendo et cohercendo personaliter soluere debentes et eorum fideiussores. Nec non capiendo pignora, et ea vendendo et vendi faciendo et eorum pretium in ipsas condepnationes usque ad ipsarum integram solutionem convertendo. Ac etiam teneantur pro posse per se et suos officiales et familiares persequi exbannitos et condepnatos comunis tuderti pro maleficio et eorum bona pro ipsorum bannis et condepnationibus exigendis ipsosque exbannitos et condepnatos capi facere pro executione et exactione ipsorum bannorum et condepnationum. Teneantur quoque dicti potestas et capitaneus et quilibet ipsorum eo tempore tantum quo recipiuntur cautiones a syndicis castrorum et villarum comitatus tuderti secundum formam capituli loquentis de ipsa materia diligenter exquirere a syndico et quatuor massariis cuiuslibet castri uel ville de bonis ipsorum exbannitorum et condepnatorum existentibus infra confinia sui castri uel ville. Et cuilibet dictorum syndicorum massariorum precipere quod debeant infra certum terminum per eos assignandum eisdem in scriptis referre et notificare bona omnia que tales exbanniti et condepnati haberent in castro uel villa cuius ipsi sunt syndici sive massarii seu infra eorum uel aliquius eorum confinia. Et si dicti syndici et massarii predicta omnia non fecerint puniantur in viginti quinque libris corton. pro quolibet

eorum contrafaciente // Et etiam in maiori et minori quantitate ad arbitrium ipsius potestatis vel capitanei ut qualitas ipsius facti et inobedientie exigeret. Insuper teneantur omnes et singuli laboratores seu detentores ipsorum exbannitorum et condepnatorum predictis potestati vel capitaneo denuntiare et manifestare bona predicta que quoquo modo pro eis teneret vel laboraret. Nec non omne id quod haberent solvere tali exbannito et condepnato tam pro tempore preterito quam etiam pro futuro. Illudque solvere et consignare tempore debito dicto Camerario pro condepnatione talis exbanniti et condepnati. Ita tamen quod de omni et toto eo quod solutum fuerit pro tali exbannito et condepnato per aliquem suum debitorem sit et esse intelligatur ipse solvens a tali suo creditore exbannito et condepnato ipso iure auctoritate et fictione presentis Capituli absolutus et liberatus // Et predicta etiam locum habeant in omnibus casibus in quibus bona aliquorum exbannitorum et condepnatorum communis Tuderti pro maleficio deberent applicari et confiscari ipsi communi.

Et qui predicta non servaverit condepnetur dicto communi in duplo eius in quo teneret tali exbannito et condepnato. et etiam in viginti quinque libris corton. Preterea volumus quod bona talium exbannitorum et condepnatorum delata et denuntiata per predictos vel aliquem predictorum teneantur dicti potestas et Capitaneus scribi facere in quodam libro in quo etiam scribi faciant nomina omnium condepnatorum dicto communi. Et quod quilibet ipsorum unum talem librum habere debeat apud se. Hoc intellecto quod dicti potestas et Capitaneus et quilibet eorum sint executores tam suarum condepnationum quam etiam predecessorum cuiuslibet ipsorum. Item quod liceat potestati et Capitaneo et cuilibet ipsorum etiam durante regimine cuiuslibet ipsorum per se et eorum officiales et familiares condepnationes alterius exequi in hunc modum. scilicet quod quilibet ipsorum per se et suos officiales et familiares possint capere et capi facere et in fortiam communis deducere et deduci facere quemlibet exbannitum et condepnatum communis per quecumque ipsorum sive per quecumque alium officialem communis Tuderti. Et qui talem exbannitum et condepnatum ceperit sive capi fecerit ipsius exbanniti et condepnati [illegible] sive realiter sive personaliter fuerit constrictus. [illegible]

facta quilibet officialis talem condepnationem apud se habens ea
debeat cancellare. // ¶ Teneantur etiam nichilominus milites
socii dictorum dominorum potestatis et capitanei ex eorum et executioni
mandare omnes condepnationes factas per quoscumque officiales dicti
comunis ad voluntatem et mandatum dominorum priorum populi tudertini.
¶ Et si neglexerit potestas seu capitaneus cum socio milite
predicta iniuncta fuerint per dictos dominos priores pena vigintiquinque
librarum cortonensium pro qualibet vice qua talis eius socius miles eo
transcierit ipso facto incurrat. // ¶ Quam penam camerarius camere
dicti comunis de proxima tunc futura paga salarii talis rectoris
eidem discomputare et penes se pro dicto comuni retinere
penitus teneatur.

De appellationibus et recursibus interponendis in criminalibus et de modo procedendi in eis. Rubrica. xxviii.

Item statuimus quod in criminalibus causis appellari vel recur
sus haberi non possit ante latam diffinitivam sententiam
set ea lata possit condepnatus vel deceptor seu sindicus
comunis tuderti et quilibet alius pro ipso comuni infra decem dies
tantum a die prolationis late sententie et non sententie numerandos
ipsa die ipsius late sententie in dicto termino minime comp
utata recursum habere ab ipsa sententia ad dominum defen
sorem et iudicem appellationum et recursuum civitatis tuderti
et coram ipso dictam sententiam et acta ipsius cause producere
infra dictum terminum. // ¶ Qui defensor et iudex infra alios decem
dies continuos dictam sententiam ex actis primi iudicii tantum
et sine aliquo alio processu faciendo approbare vel improbare et
ad statum iustum et debitum reducere et reformare teneatur
etiam supplendo et addendo ex suo officio usque in debita qua
ntitate si in minori quantitate ipsam sententiam a qua ad ipsum
recursum fuerit ipse defensor et iudex invenerit fore latam non
obstante quod in ipso recursu de dicta quantitate obmissa nulla comme
moratio facta sit. ¶ Ita tamen quod si in ipso primo iudicio aliqua
partium coram rectore vel officiali coram quo talis causa vertebatur
pendebat infra terminum sibi datum ad probandum secundum formam

103v

statuti voluerit facere aliquas probationes iuridicas que non fuissent
vel essent contra formam alicuius capituli statuti, vel ordinamentorum
dicti comunis et protestata fuerit in scriptis de tales probationes facere
velle, et per talem rectorem vel officialem admisse non fuerint
sed reiecte eo casu dictus defensor et iudex eas probationes si sibi
iuridice et admictende videantur admictere et recipere possit, et
eas sequi ac per eas pronumtiare perinde ac si in dicto primo iu
dicio admisse et facte fuissent. // Et quod de tali protestatione quilibet
Notarius qui a tali protestante fuerit requisitus teneatur coram tali
Rectore vel officiali palam publice conficere instrumentum, alioquin
penam decem librarum ipso facto noverit incurssum. // Et quod talis
Rector sive officialis talem protestantem benigne audiat ac etiam
de huiusmodi protestatione publicam scripturam fieri patiatur sub pena
librarum centum denariorum corton. pro quolibet eorum contrafacientem et
qualibet vice. // Et si talis protestans dixerit se non invenire
Notarium aliquem qui huiusmodi protestationem scribere velit eo
casu ad requisitionem talis protestantis teneatur notarius Camere
dicti comunis talem protestationem scribere, et in publicam formam
redigere sub pena predicta // Et quod dictus Notarius Camere possit dicta
de causa a tali protestante pro suo salario percipere usque in solidos
quinque et non ad plus. // Et si dictus defensor et iudex sententiam con
dempnatoriam a qua ad ipsum recurssum fuerit per suam sententiam
totaliter seu pro parte aliqua confirmaverit solvat talis recur
rens camerario camere dicti comunis pro ipso comuni recipienti denarios
duodecim corton. pro qualibet libra ipsius condempnationis a qua
recurssum fuerit, et in qua ipsa condempnatoria sententia fuerit
cofirmata. // Ita tamen quod quilibet recurrens infra dictum terminum decem
dierum ad recurrendum statutum apud dictum Camerarium pro dicto comuni
teneatur depositum facere in pecunia numerata ad rationem predictorum
decem duodecim denariorum pro qualibet libra sue condempnationis
a qua duxerit recurrendum. Et de dicto deposito una cum recurssu
et actis predictis dicto defensori et iudici per apodissam bullatam
solita bulla dicti Camerarii infra eumdem terminum fidem facere
teneatur. Et aliter super ipso recurssu nullatenus audiatur. // Et [illegible]

depositum tali recurrenti per dnm camerarium restituat Si et
quatenus talis recurrens per ipam snam dci defensoris ac Judicis
obtinuerit sup ipo recursu ¶ Volumus insup quod dcus dns defensor
et Judex acta omia statuta et Jura pro parte et in favorem dci
comunis facientia sup quolibz recursu fco cora eo produci faciat
coram se ac produci facere possit et debeat quadcumqz ante snam
per eum sup tali recursu ferendam Ita quod nichil de cuiusmodi obmi
ctat propter quod ipm comune sup tali recursu defraudari possit
in aliquo suo Jure // ¶ Quodqz omes sententias condepnatorias
a quibus ad eum recursus habitus fuerit que fuerint Juste late co
net quatenus et prout melius de Jure pot defendere saluare et
confirmare ¶ Nec aliqua earum annullet seu infirmet totaliter vel pro
aliqua parte nisi Justa et evidens causa nullitatis sive Iniquitatis
in contrarium appareret ¶ Et si secus fecerit defensor et Judex fece
rit teneatur dco comi totum id in quo ipm taliter dapnificaverit de
suo proprio resarcire ¶ In quo quidem per eius successorem vel alium qui
de suo sindicatu cognosceret condepnet // Et quilibet in hoc
casu tempore sui syndicatus possit eum de predictis suo syndicatori
denuntiare et clamare // ¶ Addicientes quod quotienscumqz contigerit
per eumdem defensore et Judice aliquam snam a qua ad ipm
recursum fuerit nullam pronuntiari et declarari ratione ineptitudinis
ipius sententie seu processus ipius cause principalis teneatur
potestas seu capitaneus qui ipam snam tulisset et eius
Judex malleficiorum et quilibet alius officialis qui talem snam
promulgasset et successor cuiuslibet eorum per quem talis
sna lata esset infra decem dies a die promulgationis
talis sententie dci defensoris et Judicis in antea numerandos
ipa die ipius promulgationis in dco termino minime com
putata Siquidem ipa ineptitudo occurreret in processu predco
et ipius processus vitio ipm processum ex integro et denovo
reincipere et reassumere ac usqz ad finem ipius cause proseq
Et de inde ipe potestas vel capitaneus seu alius officialis
qui talem sententiam tulisset teneatur sup ipo novo et legi
timo processu ex integro et iterato pronuntiare ¶ Et si ipa

Ingratitudo [illegible] in ipsa [illegible] et cum [illegible] tenea(tur)
idem potestas uel capitaneus [illegible] quod
tulisset infra [illegible] sup(er)
eodem processu [illegible]
et sententiam [illegible] causa
principali [illegible] ad pena(m)
pro ut [illegible]
quilibet [illegible]
et [illegible] capitanei [illegible] facere
possint et [illegible] terminum [illegible]
[illegible] et [illegible]
huiusmodi [illegible] successores
talis processus seu [illegible]
lapsi fuerint [illegible]
minime [illegible] infra tempus
[illegible] fuerit [illegible]
[illegible] fuerit [illegible]
fuerit [illegible]
de ipso maleficio [illegible] communis [illegible]
niret [illegible]
[illegible]
talis processus seu [illegible]
in tempore successoris talis [illegible] officialis [illegible]
taliter [illegible] tulisset [illegible]
[illegible] possit teneat [illegible] pro
[illegible] dicti communis sub pena [illegible] qua
libet [illegible]

In quibus casibus in criminalibus [illegible] non potest. R(ubri)ca. xxxviij.

Nullus condempnatus pro proditione [illegible]
ciuitatis uel comitatus [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] uel offensa [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
seu pro falsitate aut pro [illegible]

forensem dicti comunis / sive pro offensione facta vel dapno illato in per
sonis vel rebus hospitalis karitatis dicti comunis / Sive pro introi
tu per aliquam personam facto sua auctoritate et contra formam
statuti dicti comunis in rem sive in possessionem alicuius rei quam sciret
vel scire deberet alium tunc temporis possidere / Sive pro insul
tu facto in domo sive ad domum insultati aut sue habitationis ad minus
prope talem domum per mediam perticam ad mensuram pertice
dicti comunis vel propinquius / Item qui pro contumacie condempnatus
esset in aliqua causa criminali secundum formam statuti dicti
comunis possit ab ipsa sententia condempnatoria appellare sive
recurrere / Et potestas et capitaneus civitatis tuderti et
ipsorum quilibet teneantur et debeant tales sententias condempna
torias exequi et exequi facere non obstantibus aliquibus ap
pellationibus seu recursibus que vel qui a talibus sententiis
interponerentur vel fierent.

Ut iudices curiarum teneantur defendere condempnationes . rubrica . xxx.

Item statuimus quod omnes et singulas sententias condempnatorias
latas et promulgatas per dominos potestatem vel capitaneum
civitatis tuderti in criminalibus et super criminalibus causis
a quibus extitit appellatum sive recursum ad defensorem et iudicem
appellationum et recursuum comunis tuderti iudices ipsorum dominorum po
testatis et capitanei sub quorum examine seu de quorum consilio
tales sententie late et promulgate dicerentur teneantur et de
beant comparere diebus et terminis opportunis coram dicto defen
sore et iudice totiens quotiens opus fuerit / Et coram eo si oppor
tunum fuerit omnia acta ipsius cause ac etiam iura statuta et ordi
namenta omnia pro dicto comuni facientia ad iustificationem et defen
sionem dictarum sententiarum inducere proponere et allegare / Sive
omnia dicta sua facere teneantur tam ad requisitionem dicti defensoris
et iudicis quam etiam dominorum priorum populi tudertini / Vel etiam suis pro
prijs motibus facere possint / Contrafaciens vero penam librarum
quinquaginta cortonensium incurrat pro quolibet ipso facto.

105v

Ad que appellet in civilibus et criminalibus vacante officio defensoris et post assignationem librorum. Rca. XXXI.

Item statuimus quod quotienscumque officium domini defensoris et iudicis appellationum et recursuum comunis tuderti contigerit vacare seu quasi vacare, videlicet post assignationem librorum sue curie per eum factam, liceat cuilibet in casibus per formam statuti dicti comunis permissis et infra ea tempora et prout alias per ipsa statuta permictunt posse appellare et recurrere ad ipsum dominum defensorem et iudicem si tunc est in ipso officio aliquin ad futurum eius proximum in ipso officio successorem. // Et quod in nulla appellatione vel recursu necessarium sit exprimi proprium nomen ipsius defensoris et iudicis sed sufficiat quod nomen ipsius officii exprimatur. Non obstante aliquo capitulo statuti vel ordinamento dicti comunis seu aliquo iure canonico vel civili quod in contrarium loqueretur.

De pena insultantis et iniuriantis aliquem. Rca. XXXII.

Item statuimus quod quicumque insultum fecerit contra aliquem ad domum ipsius insultati vel sue habitationis vel ad apothecam in qua talis insultatus aliquam artem vel mercaturam exerceat seu ad fundum vel rem aliam immobilem ipsius insultati sive ab eo possessum vel possessam seu quam vel quem tamquam partiarius colonus seu ad aliquem annuum redditum coleret vel alio iusto titulo detineret. Siquidem cum armis et non percussserit nec ea extrasserit neque ea strinxerit nec ad ipsa manum posuerit in viginti quinque libris corton. puniatur. // Et si arma ipsa extrasserit puniatur in duplo. Si autem ea non extrasserit sed ea strinxerit vel ad ea manum posuerit puniatur in triginta libris corton. Et si sine armis et non percusserit puniatur in decem libris corton. Si vero alibi quam in aliquo de suprascriptis et infrascriptis locis quis aliquem insultaverit puniatur in quolibet dictorum casuum in dimidia dicte pene. Declarantes insultum debere intelligi factum esse ad domum vel ad apothecam predictam si factus fuerit sub porticu ipsius domus vel apothece seu extra et prope ipsam domum vel apothecam [illegible] per mediam perticam ad mensuram pertice comunis [illegible] prope [illegible] // Ad fundum autem vel aliam rem predictam [illegible] [illegible] quod ipsum fundum vel rem aliam [illegible]

Right margin notes: pena insultus ad domum [illegible]. — Si extraxerit arma. — Si posuit manum ad arma. — Si sine armis. — [illegible] insultum [illegible].

Left margin note: [illegible] de pena [illegible].

per tres pedes ad mensuram pedis dicti comunis. Si vero facta fuerit
intus ipsam domum apothecam fundum vel aliam rem imobilem
predictam puniatur insultator in quolibet dictorum casuum in duplo pene
supra contente. Si vero post talem insultum absque temporis inter
vallo subsecuta fuerit percussio ex parte talis insultantis contra
ipsum insultatum cum armis vel sine in aliquo dictorum locorum non tamen
quod ex ea vel ob eam mors fuerit subsecuta eo casu talis malefactor
puniatur de ipsa percussione tantum et non de ipso insultu in infrascripta
pena videlicet quia si talia commissa fuerint ad dictam domum vel apothe
cam puniatur pena dupli. Si vero intra ipsam domum vel apothecam
puniatur in quadruplo eius pene que a comuni et generaliter de
tali maleficio imponeretur. Si autem ad ipsum vel intra ipsum fundum
vel aliam rem predictam imobilem preter domum vel apothecam talia
fuerint perpetrata puniatur in duplo pene predicte. Cum modo ipsa
pena que in aliquo dictorum casuum de dicta percussione tantum impo
neretur non sit minor ea pena que de solo ipso insultu absque ali
alia offensione sequenti imponenda veniret per formam alicuius
capituli statuti dicti comunis. Et intellecto quod ea que supradicta sunt
de insultu facto ad domum vel apothecam predictam locum non habeant
si talis insultator habitaret iuxta sive prope ipsam domum vel apothecam
saltem per unam perticam cum dimidia ad dictam mensuram. Sive
si in ipsa domo habitaret vel in ipsa apotheca suam artem vel merca
turam simul exerceret cum eo quem taliter insultasset. Et quod
ea que supradicta sunt de insultu facto ad dictum fundum sive ad
aliam predictam rem imobilem preter domum et apothecam non ven
dicent similiter sibi locum in illo insultatore qui in tali fundo vel
alia re predicta imobili cum ipso quem taliter insultasset aliquam co
munionem haberet vel simul cum eo ipsum sive ipsam ad laborandum
et gubernandum teneret. Insuper siquis cum armis animo offen
dendi convocatis et collectis hominibus a quatuor supra conte
[illegible] apud domum sue habitationis seu apud apothecam in qua suam artem
[illegible] mercaturam exerceret bellaverit sive preliatus fuerit causa [illegible]
[illegible] violenter in ipsam domum vel apothecam pro offendendo eum
[illegible] in eam [illegible] intraverint vel etiam cum [illegible]

Facto iter fundo [illegible]

Ne quis puniatur percussio pro insultu

pena percussionis dupli

pena percussionis intra domum

[illegible] pena percussionis ad fundum et intra fundum

[illegible] insultantis dicta [illegible]

Si insultator habitat prope [illegible] domum [illegible]

106v

Nichilominus pro tali vel(?) Excesso seu opere in libris Quingentis cortonensium
Vice qualibet puniat. Et qui eum associaverit ad predicta in libris Centum
cortonensium pro eorum quolibet puniat. Et etiam in maiori et graviori
pena ad arbitrium dominum potestatis vel Capitanei sive alterius Rectoris
dicti Comunis de tali maleficio cognoscentis consideratis qualitate talis
maleficii et condictionibus personarum ipsorum maleficiorum et alys circumstantiis
oportunis. Preterea Volumus quod siquis intra domum vel appothecam alicuius
[illegible] aliquem offenderit puniatur in duplo pene que per forma alicuius
capituli statuti dicti comunis de tali maleficio communiter et regulariter Impo
nenda veniret. Statuentes quod cuilibet liceat omnem personam existente
in sua domo sive sue habitationis seu in apotheca in qua suam artem vel
mercaturam exerceret seu in fundo vel alia re inmobili quam vel quam
etiam pro alio et alieno nomine ad laborandum teneret defendere ac
offensori talis persone pro posse resistere ne ibi talem personam offendat.
Et si predicta occasione talem offensorem offenderet nullam penam
patiatur. dummodo talis resistentia vel offensio fiat cum moderamine
inculpate tutele. Ita tamen quod talis resistentia seu defensio fieri non
possit pro aliquo seu in favorem et tutelam alicuius qui tunc esset ex
bannitus et condempnatus dicti comunis pro aliquo maleficio preter quam predi
[illegible] et contentum mandati. Decernentes et declarantes insultum
deberet intelligi quando vinus irato animo movendo se de loco ad
locum contra alterum vadit causa offendendi eundem.

De pena offensionum, et excessuum personalium. Rubrica. xxxiii

Item statuimus quod si aliquis civis vel Comitatensis tuderti alicui
civi vel comitatensi tudertino amputaverit vel absciderit aliquod
membrum seu nasum vel oculum extraxerit sive alio modo de
cauerit in libris Quatricentis corton puniatur pro quolibet tali [illegible]
Et si ambas manus sive ambos pedes ei amputaverit sive absci
derit vel ambos oculos ei extraxerit sive excecaverit in [illegible]
corton puniatur. Et si auriculam vel aliquem digitum manus ei
amputaverit puniatur in infrascripta pena videlicet pro pollice seu [illegible]
[illegible] absciso vel amputato in ducentis libris corton et pro quolibet alio
[illegible] in libris Centum quinquaginta corton Et pro qualibet [illegible]
[illegible] amputata in libris ducentis corton puniatur. Et si [illegible]

in quolibet [illegible] casuum talis malefactor non solverit infra decem dies a die talis condepnationis facte et non scientie in antea numerandos ipsa die dicte condepnationis facte in dicto termino minime computata si mile membrum seu similia membra seu similis auricula sive simi lis digitus sibi debeat sive debeant amputari, extrahi sive eorum ut sic in eo et eo modo puniatur in quo et prout deliquit // Si vero aliquem digitum pedis ei absciderit vel amputaverit pro quolibet tali digito in libris septuaginta corton puniatur // Si autem alio modo quam per amputationem sive detruncationem membrum aliquod eidem totaliter inutile fecerit in tricentis libris corton pro quolibet membro tali inutili effecto puniatur. // Si autem non totaliter ipsum debilitaverit sive inutile fecerit sed in aliquo tantum in centum quinquaginta libris corton pro quolibet membro taliter debilitato puniatur // Si vero aliquem digitum eius manus aliter quam per amputationem sive detruncationem prorsus inutilem fecerit in libris centum corton pro quolibet tali digito puniatur // Si vero non totaliter sed in aliquo tantum ipsum digitum debilitaverit in sexaginta libris corton pro quolibet digito taliter debilitato puniatur // Si vero digitum pedis aliter quam per amputationem sive abscisionem inutilem fecerit vel debilitaverit totaliter vel non totaliter puniatur in dimidia eius pene qua puniret secundum formam premissam si aliquem digitum manus totaliter debilitasset sive inutilem fecisset // Et si aliquod membrum dissolverit sive spalla vel ancham seu coxam vel aliud id simile in libris centum corton pro quolibet puniatur. // Si vero costam fregerit seu dissolverit in libris quinquaginta corton puniatur. // Et si digitum manus dissolverit in viginti quinque libris corton puniatur. // Et si digitum pedis dissolverit in libris quindecim corton puniatur // Si autem os sive ossa cruris tibie brachii, orche sive spalle, vel anche vel aliud simile fregerit in libris centum viginti quinque denariorum cortonensium puniatur. // Si quis vero cum spata, spontone, [illegible] stocchetto, lancea, mazza ferrata, mannaria, securi, falcione, cultello, accepta, [illegible] vanga seu cum alio simili instrumento ferreo sive cum lapide, [illegible], bastone ligneo vel alia simili re percusserit aliquem [illegible] et inde sanguis exierit in [illegible] quinquaginta

mobile / inutile

debilitatio

107v

libris cortonensium puniatur. // Et si sanguis non exiverit in libris sex-
tuaginta quinque puniatur. // Et si propter talem percussionem [illegible]
ceciderit, eo casu talis percussionis in libris centum cortonensium puniatur.
Si autem ex percussione facta in capite cum aliquo dicto [illegible] fuerit
infirmatus vel ad consimilium [illegible] ossis capitis fracta fuerit
seu fessa. Seu si ex percussione facta in facie cum aliquo eorum manife-
stum signum seu cicatrix sit perpetuo in ipsa facie remansurum
[illegible] remansit, puniatur talis malefactor in quolibet dictorum
casuum pro qualibet tali percussione seu pro quolibet tali vulnere
in trecentis libris cortonensium. Quam penam si infra decem dies a die
late talis sententie et non [illegible] numerandos ipsa die
promulgationis talis sententie in ipso termino non computata, idem
malefactor non solverit, cum effectu amputetur ei manus cum qua
talem percussionem fecit seu tale vulnus intulit, ita quod a brachio
separetur. // Si vero in [illegible] vel ab inde infra aliquem percusserit
et propterea sanguis exiverit in libris [illegible] cortonensium puniatur. // Et
si propter talem percussionem idem percussus in terram ceciderit, eo casu
talis malefactor in libris septuaginta quinque cortonensium puniatur. // Si
autem cum gladio [illegible] spata, [illegible] [illegible], [illegible] qua
[illegible] lancea vel aliis consimilibus armis [illegible] [illegible]
[illegible] aliquem percusserit et sanguis propterea exiverit puniatur
talis malefactor pro qualibet tali percussione in libris [illegible]
cortonensium. // Et si sanguis non exiverit in libris [illegible] cortonensium puniatur.
Et si cum [illegible] [illegible] canna [illegible] puniatur [illegible] consimili
aliquis aliquem percusserit cum spatula [illegible] et propterea sanguis
exiverit in libris quinquaginta cortonensium puniatur. // Et si sanguis
non exiverit in libris viginti quinque cortonensium puniatur. // Et si cum
[illegible] et ab inde infra et propterea sanguis exiverit in [illegible]
libris cortonensium puniatur. // Et si vero sanguis non exiverit [illegible]
dimidia [illegible] pene. // Et si manu vacua [illegible] [illegible]
aliquem percusserit et propterea sanguis exiverit puniatur in [illegible]
libris cortonensium. // Et si sanguis non exiverit puniatur in [illegible]
libris cortonensium. // Si vero cum spatulis vel ab inde infra [illegible]
exiverit puniatur in viginti libris [illegible] // Et si [illegible]

in decem libris corton. puniat. // Si vero aliquis ceperit aliquem per capillos non tamen eum in terram cadere fecerit puniat in viginti quinque libris. // Si vero per talem capturam taliter captus in terram ceciderit puniat talis malefactor de predictis et pro predictis captura et casura sive caditura in libris quadraginta corton. // Et si postquam ceciderit eum per terram strascinaverit talis malefactor de predictis et pro predictis omnibus in quinquaginta libris corton. puniat. // Si quis autem manu plana contra aliquem iniuriose adminatus fuerit, vel lapidem seu quid aliud simile proiecerit et non percusserit in decem libris corton. puniat. // Si manu vacua quis contra aliquem irato animo adminaverit et eum non percusserit in centum soldis corton. puniat. // Item quicumque ceperit aliquem per personam sine [illegible] ob dictam capturam vel [illegible] non ceciderit puniat in decem libris. Si vero ob dictam causam in terram ceciderit puniat de ipsis et pro ipsis omnibus in viginti quinque libris corton. // Si vero ex dicta casura sive caditura sanguis exierit de capite ~~[illegible]~~ talis cadentis et cotica ipsius capitis fracta fuerit in centum quinquaginta libris corton. de hiis et pro hiis omnibus puniat. // Si autem ex dicto sanguinolento vulnere cotica eius capitis fracta non fuerit in quinquaginta libris den. corton. de hiis et pro hiis omnibus puniat. // Si autem ex dicta casura sanguis exierit de naso vel de alia parte corporis [illegible] [illegible] in viginti quinque libris corton. puniat. // [illegible] [illegible] [illegible] fecerit in quinquaginta libris corton. puniat. // Quod capitulum et contenta in eo inter cives et comitatenses tuderti [illegible] [illegible] sibi locum.

De pena mandantis maleficium per alium comicti et ipsius mandatarii comictentis contra aliquem civem vel comitatensem tuderti. Et de pena civis offendentis forensem citra mortem. R. [illegible] · XXXIII ·

Item statuimus quod si quis per alium offendi fecerit aliquem de civitate vel comitatu tuderti puniatur tam talis offendens [illegible] offendi faciens si fuerit civis sive comitatensis tuderti in duplo eius pene [illegible] regulariter de ipso maleficio per formam aliorum capitulorum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] // Verum [illegible] [illegible] fuerit forensis et talis offensio facta fuerit

Nota pro fractura cum sanguine

1080

cum armis et cu[m] sanguinis effusione, eo casu talis forensis ultimo
supplicio puniat[ur] arbitrio judicantis. Ita q[uod] penitus moriatur. Si
vero sine armis et cum sanguinis effusione in ducentis libris
cortonensium puniat[ur]. // Salvis maioribus penis si que de huiusmodi
maleficiis per formam alicuius capituli statuti d[ict]i co[mmun]is forensibus
imponerent. // Et q[uod] tam d[ict]us civis sive comitatensis tudertinus qui
taliter offensus fuerit a forense, q[uam] etiam eius consanguinei
ipsum offensorem tam tempore talis offensionis per eu[m] facte
q[uam] etiam post possint offendere et devindicare impune. // Et
si talis forensis in aliquo d[ict]or[um] casuum d[ict]as penas solvere no[n]
poterit et in fortiam d[ict]i co[mmun]is venerit sive ductus fuerit nunq[uam]
de carceribus d[ict]i co[mmun]is relaxet[ur] sine licentia talis offensi. // Si
vero aliquis civis vel comitatensis tudertinus offenderit aliquem
forensem citra mortem puniat[ur] talis tudertinus offendens in
quarta parte eius pene que per forma statuti d[ict]i co[mmun]is de tali
maleficio sibi imponenda veniret, si simili modo offendisset aliu[m]
tudertinum. Nisi in terra unde esset talis forensis offensus im-
poneret[ur] maior pena de simili maleficio t[er]rigene ipsius
terre offendenti forensem, quo casu puniat[ur] ea pena qua
idem forensis in tali sua terra puniret[ur] si ibi simile ma-
leficium perpetrasset contra aliquem tudertinum.

De pena facientis vindictam contra consanguineu[m] sui offensoris. R[ubrica]. xxxv.

Item statuimus q[uod] siquis fuerit offensus ab aliquo
et post ipsam offensam offenderit vel offendi fecerit
pro sui vindicta aliquem alium q[uam] illum a quo ipsam iniuriam
vel offensam receperit puniat[ur] in quadruplum eius pene q[ue]
al[ias] regulariter de ipso maleficio per formam alicuius capituli stat[uti]
d[ict]i co[mmun]is imponeret[ur]. // Et hec idem intelligatur de omnibus
[illegible] et famulis et sequacibus d[ict]i offensi et de aliis
omnibus qui d[ict]a occasione alium q[uam] principalem offensorem
offenderint vel offendi fecerint. // Hec autem casu pro pri-
ncipali offensore habendum esse censemus non solum illum
qui suis manibus alium offendisset. Sed etiam illum cuius
mandato [illegible] offensio per alium facta fuerit et [illegible]

Nota de pena civis offendentis forensem citra mortem

vendecta

qui aliquidem offensorem ad ipsam offensionem faciendam assi
tiauerit et ei prebuerit auxilium consilium et fauorem. Et
etiam ipso principali offensore mortuo eius filium mascu
lum seu filios masculos post ipsius patris principalis offe
nsoris mortem existentes siue superstites remanentes. // Nec
non et omnes illos qui dictum primum principalem offensorem
nec vixit vel post eius mortem eius filium vel filios cum
armis assotiauerint.

De pena assotiantis alium ad aliquod malleficium comictendum. Rubrica. xxxvj.

Item statuimus quod siquis sotiauerit scienter aliquem
ad aliquod maleficium comictendum de quo per formam
alicuius capituli statuti comunis tuderti pena imponeretur personalis
assistendo loco et tempore ipsius mallefitii perpetrati ad ipsum
malefactorem fauendum et auxiliandum puniatur in medie
tate illius pene in qua ipse principalis offensor puniendus
veniret de ipso mallefitio ex forma alicuius capituli statuti comunis
predicti. // Ceterum si principalis offensor ex forma dicti statuti
personaliter tantum puniendus veniret eo casu talis asso
tiator et auxiliator in Quingentis libris corton. puniatur
// Hoc intellecto quod de eodem et pro eodem facto et mallefitio
nullus possit nec debeat ut principalis et ut auxiliator pu
niri.

De massillata reddenda per percussum suo percussori in plano scalarum
Et de pena recusantis eam recipere. Rubrica. xxxvij

Item statuimus quod potestas et Capitaneus Ciuitatis tuderti et quilibet eorum
qui de ipso maleficio congnoscet ad penam Quingentarum
librarum corton. teneant et debeant cogere quolibet cui
facta fuerit aliqua percussio per aliquem in facie manu vacua
cum sanguinis effusione vel sine. ut in plano scalarum palatiorum
dicti comunis percutiat dictum suum percussorem in facie manu
vacua cum sanguinis effusione vel sine. Quam quidem per
cussionem fieri volumus in loco predicto inter horam tertiam et
horam vesperarum diei iuridici. Et deinde idem pactum utrique
... compellat ad pacem inter se de dictis percussionibus

109v

faciendum. Haec omnia locum habere volumus sive dicta prima percussio illata fuerit cum sanguinis effusione et dicta repercussio sine sanguinis effusione processerit sive econtra dicta prima percussio facta fuerit sine sanguinis effusione et repercussio predicta cum sanguinis effusione fuerit subsecuta.

Ceterum si primus percussor recusaverit dictam repercussionem recipere ut predicitur eo casu quilibet predictorum rectorum de dicto maleficio cognoscens eumdem de dicta percussione siquidem ipse percussor fuerit popularis et pro populari habitus secundum formam statutorum dicti comunis in libris ducentis cortonensium. Et si magnus et potens id est pro magnate et potente habitus secundum formam dictorum statutorum in libris quatricentis cortonensium omnino condempnet.

Nec etiam eo casu cogatur primus percussus ad faciendum pacem tali suo percussori. Cum immo in tali casu beneficium pacis seu etiam confessionis tali percussori quo ad dicte pene diminutionem eidem non proficiat quoque modo. Sed eis non obstantibus in dicta pena ducentarum vel quatricentarum librarum iuxta distintionem premissam talem malefactorem penitus condempnet.

De beneficio confessionis. Rubrica. -xxxviij-

Item statuimus quod quilibet contra quem per aliquem rectorem vel officialem comunis tuderti qualitercumque procederet de aliquo maleficio seu eius occasione si ante incursionem sue contumacie coram tali rectore vel officiali comparuerit et in ipsa prima sua comparitione et responsione sponte maleficium ipsum in iudicio confessus fuerit diminuatur ei quarta pars eius pene que de ipso maleficio per formam statutorum dicti comunis sibi al' imponenda veniret. Verum si in ipsa prima sua comparitione et responsione non fuerit ipsum maleficium in iudicio sponte confessus quantumcumque postea in ipsius cause processu illud voluerit confiteri eo casu per talem confessionem a pena talis maleficii nullatenus relevetur. Sed nichilominus in solidum et integra ipsa pena penitus condempnetur.

De pena plurium maleficiorum simul commissorum per eadem et in eamdem personam non excedat penam pecuniariam homicidii et quod pena amputationis plurium digitorum non excedat penam amputationis manus vel pedis. Rubrica. xxxviiij

Item statuimus quod si in unam et eamdem personam plures
percussiones sive iniurie illate fuerint eodem tempore ante
quam ad actus extrinsecos divertat pene omnium dictarum percussionum
sive iniuriarum simul cumulate non possint excedere penam
pecuniariam homicidii. Et si vero alicui plures digiti sive ma
nus vel sui pedis fuerint amputati sive debilitati eodem
tempore ante quam ad actus extraneos divertat pena ipsorum omnium
digitorum simul cumulata non possit excedere in una et eadem
persona penam amputationis sive debilitationis totalis
manus vel pedis.

De pena offendentis aliquem in exercitu vel cavalcata. Rubrica. xl.

Item statuimus quod si aliquis in exercitu vel cavalcata communis
offenderit aliquem puniatur in duplo illius pene pecuniarie
que [illegible] maleficio [illegible] formam alicuius capituli statuti
[illegible] [illegible] [illegible].

De pena proicientis lapidem in domo alterius et portantis archum vel balistam. xlj.

Item statuimus quod nullus proiciat aliquem lapidem in domo
alicuius contrafaciens [illegible] in quadraginta solidis
[illegible] de [illegible] [illegible] solidis [illegible]. Quod locum
habeat si talis malefactor de tali proiectione accusatus fuerit
a domino talis domus sive ab eo qui ipsam domum habitaret. Alit
vero de huiusmodi proiectione contra talem proiectorem minime
procedatur. Item quod nullus portet arcum vel balistam ca
ricatam per civitatem tuderti ad penam quadraginta soldorum
cortonensium. Declarantes penas predictas pro huiusmodi proiectionibus
et [illegible] imponendas et alia que in presenti capitulo
dicta sunt locum habere eo casu quo predicta fierent non irato animo
sive causa offendendi. Alioquin alie pene maiores in suis ca
pitulis secundum formam statuti communis de huiusmodi materia loquentium
vendicent sibi locum.

De pena [illegible] [illegible] [illegible] ipsorum lapidem proicientium. Rubrica. xlij.

Item quod nullus etatis quatuordecim annorum vel abinde infra

fiat aliquod prelium Et quod Potestas teneat tempore quo tale prelium fieret inter ipsos pueros mictere unum de suis notariis et berrivarios suos ad impediendum ne tale prelium fiat. Et si quis puer proiecerit aliquem lapidem in domum vineam vel ortum alterius puniatur per potestatem vel Capitaneum Civitatis predicte si de die in viginti soldis si de nocte in quadraginta soldis cortonensium.

Qualiter quis possit se et alium defendere, et quod cuilibet liceat capere homicidam et inferentem aliquod vulnus sanguinolentum ac etiam se ulcisci incontinenti, et de pena non succurrentis clamanti. Rubrica. xliii

Quilibet liceat tam se quam etiam alium contra offendentem seu offendere volentem defendere ipsique resistere non offendat et si ea occasione talem offendentem seu offendere volentem offenderit nullam penam patiatur. Cum tamen talis defensio et resistentia et que dicta occasione fierent fiant cum moderamine inculpate tutele. Et possit quilibet in Civitate et Comitatu tuderti capere sine pena et in fortiam communis tuderti ducere quemlibet qui commisisset aliquod homicidium vel alicui intulisset aliquam percussionem cum sanguinis effusione in dicta Civitate vel eius Comitatu. Et si dicta occasione talis capiens aliquam percussionem inferret contra dictum homicidam vel malefactorem nullam penam patiatur. Cum modo ex tali percussione neque mors neque sanguinis effusio subsequatur. Et quod quilibet possit sine pena tempore quo iret ad capiendum talem malefactorem portare arma non divertendo ad alium actum vel locum. Item quod quilibet offensus possit impune se in persona ... non divertendo ad alios extraneos actus ulcisci sive vendicare non excedendo modum vindicte quem si excesserit puniatur de eo tantum in quo ipsum excesserit prout qualitas atque quantitas talis sui excessus exegerit. Quilibet etiam teneat quod celerius poterit succurrere ad clamantem seu postulantem succursum et ipsum pro posse iuvare ne offendatur contrafaciens nisi iuxta causa ... fuerit impeditus in decem libris cortonensium pro quolibet puniatur.

De pena offendentium potestatem vel Capitaneum seu alios officiales ... Rubrica. xliiii

Item statuimus quod si aliqua persona offenderit vel offendi fecerit

De se et alium defendere volens

Nota hic quod offensus ... sine se vendicare ...

potestatem, Capitaneum, defensorem seu aliquem alium officialem forensem communis tudertini seu aliquem familiarem alicuius eorum dum staret in Civitate vel Comitatu tudertino occasione eorum officij, vel ad sindicatum, vel in veniendo sive recedendo // ¶ Contrafaciens vero puniatur in infrascripta pena videlicet Ille qui offenderit, vel offendi fecerit aliquem de predictis principalibus Rectoribus, vel officialibus sive aliquem eorum iudicem, militem sive notarium puniatur in quadruplo eius pene que communis imponeret tali malefactori si ipsam offensam intulisset in personam alicuius de Civitate vel Comitatu tudertino // ¶ Ille vero qui offenderit vel offendi fecerit aliquem de domicellis sive Bervarijs, vel alijs familiaribus alicuius ipsorum Rectorum sive officialium puniatur in duplo eius pene qua talis malefactor per formam statuti dicti communis de ipso maleficio puniretur si offendisset aliquem de dicta Civitate vel Comitatu tudertino ¶ Cum autem Balistraverit vel Sagiptaverit sive Balistrari vel Sagiptari fecerit aliquem quadrellum vel stralem aut aliquem lapidem proiecerit contra aliquem de predictis Rectoribus, vel officialibus sive familiaribus ad palatium sive domum habitationis ipsorum vel alterius eorum in ducentis libris cortonensium puniatur // ¶ Et si dictam condempnationem infra decem dies a die ipsius late sive facte condempnatos in antea numerandos non solverit cum effectu ei manus dextra abscidatur // ¶ Et in huiusmodi casibus de dictis offensionibus et qualibet earum siquidem illate seu illata fuerint sive fuerit contra dictum potestatem vel aliquem de ipsius officialibus seu familiaribus cognoscat dictus Capitaneus // ¶ Et versa vice potestas predictus cognoscat de dictis offensionibus et qualibet earum contra ipsum Capitaneum vel aliquem de suis officialibus vel familiaribus illatis vel illata // ¶ Et si contigerit tunc non esse in Civitate tudertina potestatem et Capitaneum cognoscat de predictis ille quem domini priores populi tudertini duxerint ordinandum

De pena offendentium advocatum, vel procuratorem statutarium vel scriptorem arenghatorem, vel aliquem Civem tudertinum officialem communis

Pena offendentium officiales

De proicientibus lapides ad palatium vel domos officialium

IIIv

Tudertini citra mortem. Rubrica. .xlvi.

Item statuimus quod quicumque offenderit vel offendi fecerit citra
mortem dicto vel facto aliquem ... vel procura
torem occasione alicuius ... vel procurationis
quam faceret ad petitionem alicuius contra aliquem puniatur
in duplo eius pene que per formam alicuius capituli statuti
dicti comunis imponeret de huiusmodi maleficio vel committeret in alium
tudertinum. // Et in eadem pena puniatur etiam ille qui offen
derit, vel offendi fecerit aliquem statutarium sive scriptorem
vel dictatorem ipsorum statutorum, aut arengatorem, vel aliquem
officialem dicti comunis civem tudertinum causa sive occasione
ipsius officii. // Et de predictis offensionibus factis dictis occa
sionibus seu aliqua earum stetur et credatur iuramento talis
offensi cum sex testibus deponentibus de publica fama.

De pena homicidii comissi per magnatem in popularem et per popularem in magnatem. Rubrica. .xlvii.

Item statuimus quod quicumque magnas et potens de Civitate
vel Comitatu tuderti .i. qui secundum formam statuti comunis
tuderti sit habitus pro magnate et potente occiderit
vel occidi fecerit aliquem civem vel Comitatensem tuderti
habitum pro populari secundum formam statuti dicti comunis. // Vel
econtra aliquis Civis vel Comitatensis tuderti habitus pro
populari secundum formam statuti predicti aliquem de predictis
Civibus vel Comitatensibus tuderti habitis pro magnatibus et
potentibus secundum formam dictorum statutorum occiderit vel occidi fecerit
siquidem talis malefactor capi poterit amputetur ei caput a spa
tulis Ita quod penitus moriatur. // Si vero capi non poterit in amp
utatione capitis et bonorum suorum omnium destructione amissione
et publicatione condepnetur. // Et nichilominus ipso iure omnia
ipsa bona ex tempore dicte sententie promulgate in hoc casu ri
gore et fictione presentis capituli publicata et acquisita esse
et fuisse intelligantur et sint ipsi comunis tuderti. // Salvis scilicet
aliis capitulis statuti dicti comunis per que de huiusmodi homicidiis
in certis specialibus casibus impunitas est permissa ...

de quibus specialiter et expressum pena dumtaxat pecuniaria imponenda veniret que in suis casibus vendicent sibi locum presente capitulo non obstante.

De pena magnatis occidentis magnatem et popularis popularem. Rubrica xlvii

Item statuimus quod si aliquis de Civitate vel Comitatu tudertini magnas et potens id est pro magnate et potente habitus per formam statuti comunis tuderti acciderit vel occidi fecerit aliquem magnatem et potentem de dicta Civitate vel Comitatu id est pro magnate et potente habitum secundum formam statutorum predictorum, in mille libris denariorum cortonensium puniatur. Dummodo in prima sua comparitione et responsione maleficium ipsum fuerit in iudicio sponte confessus. Et quod nichilominus talis homicida non obstante quod dictam condempnationem solverit stare et morari debeat per quinque annos continuos extra Civitatem et Comitatum tuderti et de ipsa Civitate et eius Comitatu discedere statim post duos dies elapsos a die solutionis predicte ipsa die dicte solutionis in dicto termino dictorum duorum dierum non computata. Et si contigerit quod infra dictum quinquennium dictus homicida venerit ad dictam Civitatem vel Comitatum eiusdem eo casu dictum quinquennium ex die dicti sui adventus et talis eius inobedientie de novo et ex integro reinchoetur, ac etiam pro qualibet vice dicti sui adventus dictorum sue inobedientie penam centum librarum denariorum cortonensium ipso facto incurrat. Que omnia in dicta sententia et condempnatione specialiter et expressim debeant contineri. Ceterum si dictus homicida in prima sua comparitione ac responsione ipsum maleficium non fuerit sponte confessus eo casu talis homicida condempnetur et condempnari debeat in libris mille ducentis denariorum cortonensium. Quam penam si talis homicida in quolibet dictorum casuum cum effectu non solverit infra triginta dies a die sententie late in antea numerandos ipsa die dicte late sententie in dicto termino minime computata eidem caput a spatulis amputetur ita quod penitus moriatur. Et si in fortiam dicti comunis talis homicida ante ipsam condempnationem non venerit sed contumax fuit eo casu in mille ducentis libris similiter condempnetur. Et si vero

112v

cum effectu non solverit infra triginta dies a die qua in fortiam dicti
comunis pervenerit in antea numerandos eidem caput a spatulis
amputetur ita quod penitus moriatur. ¶ Et nichilominus in hoc casu
per eandem sententiam omnia eius bona publicentur et applicentur
dicto comuni. ¶ Quodque ipsa omnia bona in hereditatibus [illegible]
destruantur et devastentur et deinde postea pro comuni [illegible] destructa
quam etiam non destructa actualiter apprehendantur et [illegible] ¶ Que
quidem bona nichilominus vigore [illegible] fictione presentis capituli in
casu predicto precedenti ex die talis sententie promulgate [illegible] et [illegible] in-
telligantur ipso iure dicto comuni effectualiter acquisita et [illegible] acquisita
in dicto casu censeantur et habeantur post condempnationem predictam. ¶ Et
eadem per omnia observentur et locum habeant in aliquo de civitate
vel comitatu [illegible] pro populari habitus secundum formam statuti
dicti comunis occiderit vel occidi fecerit aliquem de civitate vel
comitatu [illegible] similiter habitum pro populari secundum formam statuti
predicti. ¶ [illegible] semper [illegible] qualibet dictorum casuum aliis capitulis [illegible]
dicti comunis per que in suis specialibus casibus aliter reperiretur dispositum
et provisum que in suis casibus locum habeant presenti capitulo [illegible]
[illegible] stante.

De pena homicidii commissi per quecumque in venerabili die Veneris Sancti [illegible]

[illegible] venerabilis dies Veneris sancti [illegible] salute [illegible]
[illegible] Christus [illegible]
et devotione [illegible] debeat ab omnibus [illegible]
in civitate vel comitatu [illegible] in dicta die [illegible] vel [illegible]
aliquem de dicta civitate vel comitatu [illegible] supplicio [illegible]
[illegible] sententia [illegible] in fortiam comunis [illegible]
[illegible] eidem caput a spatulis amputetur ita quod penitus moriatur [illegible]
[illegible] homicida in fortiam dicti comunis [illegible]
[illegible] vel [illegible] per eandem sententiam comuni [illegible]
[illegible] etiam destruantur et si destructa et non destructa
[illegible] ¶ Et nichilominus [illegible]
[illegible] sententiam [illegible]
[illegible] comuni [illegible]

acquisitis habeantur et reputentur post condepnationem predictam

De pena homicidij commissi in infrascriptis locis. Rubrica xlviiii

Item statuimus quod quicumque de Civitate vel Comitatu tuderti occiderit vel occidi fecerit aliquem de dicta Civitate vel Comitatu in aliquo de palatijs comunis tuderti / sive in platea dicti comunis / sive in domibus in quibus domini priores populi presentes vel futuri pro eorum officio exercendo moram traherent / sive in aliqua ecclesia Civitatis vel Comitatus tuderti aut in aliqua domo ipsius occisi sive sue habitationis // vel in potechia in qua talis occisus mercantiam seu artem aliquam exerceret / vel in alia quacumque possessione propria vel conducta ipsius occisi posita in Civitate vel Comitatu tuderti // seu in foro vel nundinis que fieret in dictis Civitate vel Comitatu si capi poterit eidem malefactori caput a spatulis amputetur ita quod penitus moriatur. // Et si capi non poterit set contumax fuerit in amputatione sui capitis debeat condepnari ac etiam in ammissione publicatione et destructione omnium suorum bonorum. /// Que quidem bona lata dicta sententia in hoc casu destruantur et devastentur et sic destructa et etiam non destructa deveniant actualiter in dictum Comune. Et nichilominus in hoc casu dicta bona ex tempore dicte late sententie ipso iure vigore ac fictione presentis capituli dicto comuni intelligantur esse et fuisse effectualiter acquisita et pro sic acquisitis habeantur et censeantur post condepnationem predictam. Ita tamen quod hec locum non habeant si talis malefactor communionem habebat unacum tali occiso in domo vel in alia in qua eum occiderit vel occidi fecerit seu si in ea simul habitabant sive artem vel mercantiam exercebant seu si ea simul conduxerant. Si in hijs casibus et quolibet eorum alie pene statutorum dicti comunis vendicent sibi locum presenti capitulo non obstante.

De pena occidentis vel occidi facientis aliquem occasione alicuius officij comunis sive advocationis vel procurationis. Rubrica l.

Item statuimus quod si aliquis de Civitate vel Comitatu tuderti occiderit vel occidi fecerit aliquem de dicta Civitate vel eius

113v

Comitatu causa, seu occasione alicuius arenghe facte per talem occisum, in aliquo consilio publico vel privato dicti comunis. Sive causa vel occasione alicuius officij dicti comunis administrati per ipsum occisum ubicumque, quomodocumque, et quandocumque. Seu ratione vel occasione alicuius advocationis, vel procurationis facte vel prestate per talem occisum contra talem occisorem vel occidi facientem si capi poterit et haberi tali malefactori capud a spatulis debeat amputari ita quod penitus moriatur. Et si capi non poterit in amputatione sui capitis debeat condempnari ac etiam in ammissione publicatione et destructione omnium suorum bonorum. Que bona lata tali sententia condempnatoria in hoc casu destruant et devastent et deinde sic destructa et non destructa per dictum Comune actualiter apprehendant et capiant. Et nichilominus auctoritate ac fictione presentis capituli ipsa bona ex tempore promulgationis dicte sententie in hoc casu dicto Comuni ipso iure acquisita esse et fuisse intelligantur et sint et pro sic acquisitis habeantur et censeantur post condempnationem predictam

De pena occidentis aliquem in domo ipsius occisoris. Rubrica. [illegible]

Item statuimus quod si aliquis de Civitate vel Comitatu tuderti occiderit, vel occidi fecerit aliquem in domo habitationis ipsius occisoris vel occidi facientis. Vel in appotecam in qua artem exercet vel mercet ipse occisor vel occidi faciens si de die in quatricentis libris si vero de nocte in tricentis libris corton puniatur. Et in dicto casu assotians et auxilians ipsum occisorem vel occidi facientem in dimidia dicte pene debeat condempnari. Et si talis malefactor dictam penam non solverit non propterea evadat sed tamdiu in carceribus dicti comunis detineatur donec eam solverit cum effectu. Salvo semper capitulo posito sub rubrica de pena interficientis comunem alterius et cetera cui per presens capitulum nolumus in aliquo derogari. Ita tamen quod eaque supradicta sunt locum non habeant si talis occisus in eadem domo una cum tali occidente sive occidi mandante tunc temporis habitabat seu si in eadem appotheca una cum eo suam artem, vel mercantura exercebit. quo casu alie pene statutarie dicti comunis vendicent sibi locum

De pena occidentis aliquem absque dolo et lata culpa. Rubrica . lv

Item statuimus quod si aliquis de Ciuitate uel Comitatu tudertino
occiderit aliquem de dicta Ciuitate uel eius Comitatu absque
animo et proposito occidendi et non precedente aliqua eius
fraude uel lata culpa eo casu puniatur talis occisor in Trecentis
libris corton(ensium) seu in minori pena arbitrio Judicantis considera
tis qualitate talis facti et conditionibus personarum tam ipsius
occisoris quam ipsius occisi et aliis circumstantiis opportunis. Ita tamen
quod ipsa pena pena non possit minui a Centum libris infra. Quam
penam si talis occisor soluere non poterit non propterea euadat sed tan
diu in carceribus comunis tuderti detineatur reclusus donec ipsam penam
Camerario dicti comunis soluerit cum effectu.

De pena occidentis, uel offendentis aliquem ad domum propriam siue sue habitationis siue ad appothecam ipsius occisi, uel offensi. Rubrica. liij

Item statuimus quod si aliquis magnas et potens de Ciuitate uel
Comitatu tudertino id est habitus pro magnate et potente secundum
formam statuti comunis tudertini occiderit uel occidi fecerit aliquem de
dicta Ciuitate uel eius Comitatu ex forma statuti dicti comunis habitum
pro magnate et potente uel alias qualitercumque offenderit seu offendi
fecerit ad domum propriam seu habitationis talis occisi uel aliter offen
si seu ad appothecam in qua artem exerceat uel mercatur talis occi
sus uel aliter offensus siquidem ante latam sententiam in fortiam
dicti comunis peruenerint puniatur in duplo eius pene que sibi alias
de tali maleficio per formam statuti dicti comunis sibi imponenda veniret.
Et si talis occisor uel occidi faciens penam predictam non soluerit
cum effectu infra triginta dies a die dicte late sententie nume
randos ipsa die dicte late sententie in dicto termino minime co
putata amputetur ei caput a spatulis ita quod penitus moriatur.
Et si in dicti comunis fortiam non peruenerit ante dictam sententiam
sed contumax fuerit eo casu similiter in pena dicti dupli debeat
condepnari cum additione infrascripta [illegible] peruenerit
in fortiam dicti comunis et dictam penam non soluerit infra triginta dies
a die qua in fortiam dicti comunis peruenerit in antea numerandos [illegible]
caput a spatulis debeat amputari ita quod penitus moriatur et cum
[illegible] publicatione et destructione omnium suorum bonorum.

Item statuimus quod quicumque per civitatem tuc[?] in aliqua parte ipsius civitatis currere volet [illegible] equum ante quam ipse equus incipiat currere teneat [illegible] ad minus tribus vicibus alta voce hoc modo [illegible] guarda guarda guarda. Et postquam (sic praeclamaverit) ante quam equus incipiat currere teneat ipsum equum per aliquod temporis intervallum. Contrafaciens vero in decem libris corton[ensium] vice qualibet puniatur. Et si contigerit dictum equum in ipso cursu postquam existans dictum equum [illegible] ut dictum est occidere aliqua persona puniatur ipse equitans in ducentis quinquaginta libris corton[ensium]. Et si alia offensione tunc dictus equus aliquam fecerit puniatur talis existans in quarta parte pene que de tali offensa per formam alicuius capituli statuti [illegible] sibi imponeretur si eam propriis manibus intulisset. Si vero ipse equus occideret vel offenderet aliquem in ipso cursu et existans ipsum equum [illegible] ut dictum est tunc ipse existans pro quolibet casu per ipsum equum in quingentis libris corton[ensium] puniatur. Et pro qualibet alia offensa in dimidia eius pene in qua et pro eandem [illegible] si talem offensam propriis manibus intulisset. Ita tamen quod de pene [illegible] duplicari non possit. Salvo quod in die festi [illegible] vel alio quocumque tempore pro aliqua [illegible] vel festo [illegible] equos [illegible] currerent sive [illegible] cum [illegible] vel [illegible] rumperent aliquam astam vel banderiam aliquis [illegible] ad ipsam astam vel banderiam recolligendam tunc talis recolligens vel recolligere volens tale hastam vel banderiam fecerit casus sive alio modo [illegible] de causa sive casu offensus nulla pena talis existans [illegible] puniatur. Dummodo tale [illegible] sine [illegible] existans [illegible]. Et [illegible] et capitaneus civitatis [illegible] [illegible] publice [illegible] facere teneatur.

De decapitato cursore heredes [illegible] teneantur et compellantur ad [illegible] cursoris. Rubrica lxxiii

Item statuimus quod in quocumque casu [illegible] ipsum [illegible] [illegible] et pro executione [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] 115 [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] quo deveniat bona cursoris ipso [illegible] du fuerit exbanditus. Rubrica lxv

Item statuimus quod in quocumque casu quo per formam alicuius capituli statuti comunis Tud. bona alicuius
pro aliquo homicidio comuni Tuderti fuerint publicata et post ipsam publicationem talis
malefactor pervenerit in fortiam dicti comunis et deinde vigore et pro executione sententie
condepnationis contra eum dicta de causa promulgate fuerit auctoritate publica
interfectus. ipsa bona ipso iure ad dictum comune Tud. extunc desinant pertinere. Et ad heredes
et successores talis malefactoris dicta de causa et prout pertinerent interfecti pertineat
pleno iure. ipsaque per dictum comune Tud. reddi et restitui debeant ad requisitionem
eorum. Verum si talis malefactor post talem publicationem quocumque decesserit antequam
dicta executio in eius persona facta fuerit eo casu legitima portio et liberis in talibus
bonis debita iure nature ad ipsos pertineat pleno iure Et per ipsum comune eisdem integre
equaliter de ipsis bonis statim dari et tradi debeat ad requisitionem ipsorum.

Quod occisor non possit succedere in bonis per eum occisi. Rubrica

Item statuimus quod nulla persona que alium occiderit vel occidi fecerit
possit de talis occisi successionem ex testamento vel ab intestato admicti
Et etiam de ipsius hereditate vel alio aliquo iure unquam possit percipere
vel habere Set ab ipsa successione omnique eius comodo perpetuo sit
exclusus. De pena tudertini dantis auxilium forensi
vel exbannito et condepnato comunis Tud. pro maleficio alicui
offendenti et tudertini facientis alicui per talem exbannitum et condepnatum sive
forensem offendi.

Item statuimus quod siquis civis vel comitatensis tudertini dederit
consilium auxilium vel favorem alicui forensi vel exbannito
et condepnato comunis tuderti pro maleficio [illegible]
maleficium perpetrandum. [illegible] talem forensem vel exba-
nnitum et condepnatum delinquentem seu delinquere volentem
[illegible] pumatur ac si ipse tale maleficium
per se suis manibus commisisset. Et hoc intelligatur
[illegible] tudertinus tali forensi sive exbannito et condep-
nato ad ipsum maleficium committendum solum prestiterit
[illegible] consilium auxilium vel favorem. Si vero ipse
[illegible] aliquam offensam fieri seu committi fecerit per
[illegible] forensem sive exbannitum [illegible]
[illegible] comunis [illegible] maleficio [illegible]
[illegible]
[illegible]

115v

Ut magnates offendentes aliquem popularem citra mortem puniantur pena dupli .lxxvi.

Item quicumque ex magnatibus et potentibus civitatis vel comitatus tuderti .i. habiti pro magnate et potente secundum formam statuti [illegible] offenderit vel offendi fecerit citra mortem aliquem popularem civitatis vel comitatus tuderti .id est pro populari habitum secundum formam statuti dicti comunis deinde contra eundem aliquam iniuriam intulerit sive inferri fecerit personaliter vel in bonis condempnetur in duplo eius pene in qua puniendus veniret si simili modo offendisset aliquem magnatem et potentem .i. pro magnate et potente habitum secundum formam statutorum predictorum. In quibus quidem casibus dictum duplum potestate et auctoritate presentis capituli habeat loco simpli et pro pena simplici censeatur. Insuper volumus statuentes quod quilibet accusator in sua accusatione exprimere et inserere teneat an ipse accusator sit magnas et potens .i. pro magnate et potente habitus secundum formam dictorum statutorum. An vero sit popularis .i. pro populari habitus secundum formam dictorum statutorum. Et similiter exprimere et inserere teneat de persona accusata per eum. // Quilibet etiam syndicus et massarius comunis tuderti denuptians maleficia et quilibet alius secundum formam statutorum comunis tuderti teneatur ea denuptiare in suis denuptiationibus de personis per eos vel aliquem eorum denuptiatis predicta exprimere teneantur. // Et hec non etiam quilibet rector et officialis comunis tuderti in inquisitionibus quas formaret contra aliquem vel aliquibus vel super aliquibus maleficiis predicta exprimere et inserere teneantur. Et si preter vel contra dictam formam aliqua denuptiatio recepta vel inquisitio facta [illegible] per aliquem rectorem vel officialem dicti comunis talis rector vel officialis pro qualibet tali denuptiatione recepta vel inquisitione formata preter vel contra dictam formam [illegible] librarum cortonensium ipso facto incurrat. [illegible] rius et quilibet alius qui per [illegible]

[illegible] comunis maleficia cuiusmodi denumptiare tenet in sua denumptiatione
formam predictam non servans pena centum soldorum incurrat vice
qualibet ipso facto. Et etiam ipse rector et officiales cogere teneantur
tam [illegible] quam etiam tale syndicum et massarium et quemlibet
alium qui huiusmodi denumptiationem facere teneret omnibus iuris re-
mediis opportunis ad exprimendum et inserendum predicta in dari-
(s)ationibus sive denumptiationibus quas coram eis porrigerent si ex-
primere nollent.

De pena magnatum venientium ad palatium. Et qui magnates
ad palatium venire possunt. Rubrica. lxviii

Item statuimus quod nullus magnas et potens civitatis vel
comitatus tuderti, idest habitus pro magnate et potente secundum
formam statuti comunis tuderti intret seu intrare possit aliquod
palatium sive domum in quo vel qua moraretur dominus potestas
sive dominus capitaneus sive dominus defensor civitatis tuderti ad
suum regimen et officium exercendum. Contrafaciens vero in
centum libris denariorum vice qualibet puniatur. Liceat tamen cuilibet
predictorum si ipse vel eius pater sive filius sive frater carnalis
habuerit aliquam causam litem vel questionem in aliqua curia
alicuius dictorum rectorum pro ipsa causa lite vel questione ad locum
ubi ipsa curia teneretur per talem rectorem et eo tempore tantum
quo ibi per talem rectorem vel eius curiam ius redderet personaliter
accedere et ibi esse donec et prout ipsa de causa sibi fuerit
[illegible]. Et etiam quandocumque pro aliquo consilio comunis
[illegible] publico vel privato quod in aliquo dictorum palatiis cele-
braretur auctoritate publica talis magnas et potens fuit
requisitus. Hoc etiam intellecto quod nullus ex dictis magna-
[illegible] potentibus qui scriptus esset in aliqua matricula alicuius
artis [illegible] comitatus tuderti et ipsam artem continue ex-
[illegible] predictorum observationem vel latam obligetur sed a prohi-
[illegible] capituli ac eius pena totaliter sit exemptus in
[illegible].

Qui habeantur pro magnatibus et potentibus civi-
tatis et comitatus tuderti. Et qui pro popularibus. lxix

116v

111 29

Item presenti lege statuimus decernimus et declaramus quod omnes et singuli infrascripti dicantur et intelligantur esse magnates et potentes Civitatis seu Comitatus Tuderti et pro magnatibus et potentibus habeantur et reputentur videlicet.

¶ filii et descendentes Contucii Aldebranducii	de domo filiorum Urbeni.
¶ filii et descendentes Iacobi Iohannutii	
¶ filii et descendentes Tudinutii Raynalducii	
¶ filii et descendentes Francii domini Urbeni	
¶ filii et descendentes Ugolini domini Guerisii	de domo filiorum domini Neposcantis.
¶ filii et descendentes Oddatii Tudini	
¶ filii et descendentes domini Egidii Astancolli	de domo filiorum Astancolli.
¶ filii et descendentes domini Raynerii Astancolli	
¶ filii et descendentes Massoli Glorii	de domo filiorum Pacienti
¶ filii et descendentes Ugolini domini Bartholomei	
¶ filii et descendentes domini Andree domini Raynerii.	de domo filiorum Actonis
¶ filii et descendentes Iohannis domini Fortis	
¶ filii et descendentes domini [illegible]rochi domini Guerisii	
¶ filii et descendentes domini Ubaldi.	
¶ filii et descendentes Matcochii Thebaldi	
¶ filii et descendentes Nalli Iacobi domini Raynerii.	
¶ filii et descendentes domini Polerii	
¶ filii et descendentes domini Seghi domini Glorii	de domo filiorum Landi
¶ filii et descendentes domini Salmani domini Glorii	
¶ filii et descendentes Lelli Gratie Landi.	
¶ filii et descendentes Francisci domini Bartholi.	
¶ filii et descendentes Nerii Iohannis Gualterii:	
¶ Tristanus Finetti Gualterii.	

¶ filii et descendentes domini Masseo domini Albertini
¶ filii et descendentes Francisci domini Egidii
¶ filii et descendentes Marchelli Iohannis
¶ filii et descendentes Iohannis [illegible] de domo filiorum Magnitelli
¶ filii et descendentes domini [illegible] filiorum
¶ filii et descendentes domini [illegible]
¶ filii et descendentes domini [illegible]

117

filii et descendentes Gualterelli dni Ubertini | de domo filiorum dni Uberti
filii et descendentes francisci philippi. | Duci Gerardi.
Gerardellus dni Ugolini. 2
filii et descendente dni Anglarii | de domo filiorum
filii et descendentes Berardelli dni Rustici | Gerardi Stephani.
Masciolus petrucali dni Henrici cum descendentibus suis. | de domo
filii et descendentes Massoli dni petri | filiorum Gilii
filii et descendentes dni Bernardini Gilii excepto dno Lamerto
Dns Hottus Viviani cum descendentibus suis | de domo No
filii et descendentes Gualterelli Viviani. | bilium de po
filii et descendentes Blasii Viviani. | te
filii et descendentes petroncelli.
filii et descendentes Maynardi dni Johannis
filii et descendentes [illegible] Ubertini 2
filii et descendentes Gentilelli. | dni Masseii de domo filiorum
filii et descendentes Romeii | dni Masseii
filii et descendentes philipponi.
filii et descendentes dni Gregorii. | dni Gerardi. | de domo
filii et descendentes dni Oddonis. | filiorum dni
filii et descendentes Roberti. 2 | Gerardi
filii et descendentes dni Gerardi Jacobi 2 | Leonardi
filii et descendentes dni Nini dne Sybilie. | de domo
filii et descendentes dni Gerardi donati. | Claravallen
filii et descendentes dni Ruciasi. | sium
filii et et descendentes poni Alberici
Ubertinus Alberici cum suis descendentibus.
filii et descendentes Gualterelli Alberici.
filii et descendentes Jacobi Andreoli. 2
filii et descendentes dni Rustici dni petri
filii et descendentes dni Oddonis dni petri | de domo filiorum
filii et descendentes dni petri | dni Johannis | Atti.
filii et descendentes dni Gerardi
filii et descendentes Guidi
[illegible] descendentes Andree dni Gerardi de domo filiorum Atti
[illegible] et descendentes dni [illegible]

117v

qualibet vua qua [illegible] numeri deferet in sold [illegible] duobus corton puniat. ¶
liceat tamen [illegible] de vinea sua sive ad se pertinenti et cuius laboratori atque cuili
de sua familia [illegible] de aliqua vinea de voluntate [illegible] cuius ipsa vinea [illegible]
vel [illegible] publice deferre unam [illegible] tantum sine pena. ¶ Et etiam
[illegible] pizzicaiolis et camegnaiolis vuas colligere de pergulis cum voluntate illius
cuius erit et [illegible] et tenere ad vendendum in platea [illegible]
¶ [illegible] locum habeat [illegible] licentia a d[omi]no potestate capitaneo sive officiali [illegible]
¶ [illegible] de pr[e]dictis delinquentibus auferant de facto. ¶ Item [illegible]
p[otes]tas [illegible] capitaneus a kalendis maii usque ad festum omnium sanctorum fieri custodiri [illegible]
[illegible] civitatis tudertin[e] per custodes eligendos per consilium [illegible]
sono campane que pulsatur de nocte usque ad [illegible] ¶ [illegible] inveniant et [illegible]
[illegible] et singulas personas [illegible] vuas [illegible]
et alias de hac materia [illegible] ¶ Et habeant pro [illegible]
solidos quinque corton. ¶ Et [illegible] in castris et villis comitatus [illegible] ¶
Si vero aliquis [illegible] custodibus in ipso officio aliqua fraudem commiserit [illegible]
si de die [illegible] solidis si de nocte in decem libris [illegible] ¶ Et [illegible]
[illegible] comitat[us] [illegible] hospitalis [illegible] familiares
et conversi dicti hospitalis et aliorum hospitalium [illegible] religiosi [illegible] ¶ [illegible]
[illegible] et potestatis [illegible] capitaneo et quibus aliis qui ad hoc officium
de cetero fuerit deputatus [illegible] singulis diebus a festo sancti fortunati
usque ad tempus quo per consilium generale [illegible] comitis [illegible] fuerit licentia vendemiandi
[illegible] civitatis [illegible] circa [illegible] civitatem et ubicumque [illegible]
pro illis qui deferent vuas contra formam huius capituli. ¶ Et si qui [illegible] invenerint
ipsi vel eorum familiares [illegible] et [illegible] ceperit et in [illegible] comitis
duxerit puniat talis contrafaciens in pena predicta [illegible] pene medietas sit [illegible]
comitis et reliqua medietas sit [illegible] invenientibus et capientibus. ¶ Et liceat cuilibet
quelibet qui invenerit dapnum dare de nocte in vineis vel ortis [illegible] ibi [illegible]
[illegible] verberibus [illegible] capere et ducere ad curiam dicti comitis et [illegible]
de rebus [illegible] malefactor apud se [illegible] sine pena aliqua. ¶ [illegible]
in predictis probatio publice fame cum iuramento invent[oris] [illegible] seu
custodis ipsius rei. ¶ Et si deus dapnum eius offenderit talem [illegible]
[illegible] seu custodem [illegible] et [illegible] predictis puniatur in quadruplum [illegible]
sione [illegible] ¶ [illegible]
facit de [illegible] Et [illegible] dapnum [illegible]

118

extimatione stetur sacramento ipsius domini vel laboratoris talis rei usque in summam quadraginta solidorum. Et predicta omnia dictus potestas et capitaneus et quilibet eorum decem diebus quolibet die sabbati et dominicali per civitatem predictam publice banniri faciant tenentur sub pena librarum vigintiquinque pro quolibet eorum contrafaciente.

De canibus tenendis ligatis. Rubrica. CLXXXX

Item statuimus quod quilibet civis comitatensis et incola tudertinus habens canem teneatur ipsum tenere ligatum per totum mensem augusti et septembris ad penam viginti solidorum cortonensium pro quolibet contrafaciente et qualibet vice. Et predicti castrorum et villarum dicti comitatus teneantur denumptiare omnes habentes canes in eorum castris vel villis et non tenentes eos ligatos eo tempore sub pena viginti solidorum cortonensium pro quolibet eorum contrafaciente et qualibet vice. Et quod nullus venator seu aucupator vadat [illegible] dictis mensibus ad venandum vel aucupandum per bladas ad penam quadraginta solidorum pro qualibet vice. Et quilibet de predictis possit denumptiare et accusare quemlibet contrafacientem et teneatur ipsum eius secretum et habeat ac lucretur medietatem pene que dicta de causa in cameram communis tuderti ex ipsius denumptiatione sive accusatione pervenerint.

De capris non retinendis nisi in certis casibus. Rubrica. CLXXXXI

Item statuimus quod nulla persona retineat capras vel becchos prope civitatem tuderti per tria miliaria vel infra nisi duxerint causa occidendi aut adducte fuissent per quendam. Possit tamen quelibet persona infirma pro sua infirmitate tenere unam capram. Et nulla persona possit tenere aliquam capram vel becchum in aliquo castro vel villa comitatus tuderti sive in tenuta ipsius castri vel ville si sic deliberatum fuerit per omnes habentes possessiones in tenuta ipsius castri vel ville vel per maiorem partem ipsorum sub pena viginti solidorum cortonensium pro qualibet capra et quolibet becco. Et predicta deliberatione facta per ipsos omnes vel per maiorem si aliqua persona ibi tenuerit aliquam capram sive aliquem becchum liceat cuilibet ipsam et ipsum impune occidere et auferre. Possit tamen hospitale caritatis et hospitale sancti stephani tenere pro quolibet eorum unam vel plures capras sive capras pro necessitate infirmorum ipsorum hospitalium et aliter non.

De pena incidendi silvas vel arbores alterius et pena sindicorum non denumptiantium talia committentes. Rubrica. CLXXXXII

Item statuimus quod quicumque inciderit in possessionibus alterius invito domino arbores domesticas vel silvestres in toto vel in parte et [illegible]

per unum testem de visu puniat vice qualibet in viginti solidis cortonensibus.
Et si non probaverit per aliquem testem stetur iuramento eius qui dicet se
tale dapnum passum fuisse quo ad hoc ut talis qui diceret ipsum dapnum
intulisse condepnet communi tuderti in quatraginta solidis corton. tantum. Et
ut sibi ipsum dapnum emendet usque in viginti solidis corton. tantum in quolibet
casum predictorum sive per unum testem vel suo iuramento firmaverit dapnum ipsum
esse tante extimationis et maioris ab inde vero supra probatio legitima
requiratur. Et quilibet sindicus cuiuslibet loci in quo seu in cuius teni
dapnum huiusmodi datum foret seu massarii ipsius loci si sindicum non haberet
teneantur et debeant sub pena quatraginta solidorum corton. pro quolibet sindico
et quinque solidis pro quolibet massario ad petitionem eius qui tale dapnum
passus fuerit ire ad videndum ipsum dapnum et eo viso denuptiare illatorem
ipsius dapni alicui ex iudicibus maleficiorum dicti communis sive alii qui ad hoc
officium fuerit deputatus infra decem dies postquam aliquis inde fuerit
requisitus. Et iudex sive officialis teneatur et debeat super dictis de
nuptiis seu accusationibus ad petitionem dapnum passi procedere et quolibet
modo predictos repertos culpabiles punire et condepnare secundum continentiam
et formam presentis capituli et aliorum de hac materia loquentium.

De pena decippantium. Et extirppantium silvas communis. Rubrica. CLXXXXIII

Item statuimus quod nullus decippet fodiat vel radicitus extirpet aliquam
arborem cuiuscumque generis magna vel parva sita in quacumque silva communis
tuderti. Nec arborem comburat nec ea incidat. Et hoc locum habeat
in illis qui tenent aliqua de dictis silvis ex conducto adeo communi sicut in aliis quibus
cumque personis. Qui autem contrafecerit puniat vice qualibet in decem libris
corton. Et talem delinquentem cuilibet liceat denuntiare et accusare et
habeat medietatem dicti banni quod ex eius denuptiatione vel accusatione in
camera dicti communis pervenerit cuiusque nomen in credentia teneatur. Et quod
domini potestas et capitaneus communis tuderti teneantur predicta facere bannire
primo mense eorum regiminis per civitatem tuderti in locis consuetis sono
tubarum premisso sub pena librarum quinquaginta pro quolibet eorum contrafaciente.

De pena dapnum dantium in bonis ecclesiarum vel aliorum locorum venerabilium. Rubrica. CLXXXXIIII

Item statutum quod potestas et capitaneus communis tuderti teneantur in
principio sui regiminis facere bannire per dictam civitatem quod nulla persona
det vel dari faciat aliquod dapnum in [illegible]

hospitalibus vel aliis locis venerabilibus civitatis vel comitatus Tuderti vel in aliquibus locis dicti loci vel aliarum terrarum. ¶ Contrafaciens vero puniatur prout puniretur si tale dampnum intulisset in locis alicuius Tudertini subiecti iurisdictioni civitatis Tuderti.

De emendatione facienda civibus dampnum passis i comitatu eidem modo fiendo. Rubrica. Clxxxv

Item statuimus quod si alicui civi Tudertino fuerit dampnum datum in vineis blado arboribus vel rebus aliis. Et talis civis suo iuramento asseveraverit se nescire personam que sive cuius bestia tale dampnum sibi intulerit, eo casu ad petitionem talis civis cogatur universitas ipsius castri vel ville in qua vel quo seu infra cuius confinia sive tenutam tale dampnum datum fuerit assignare actorem ipsius dampni seu illum cuius bestia ipsum dampnum intulerit. Quo assignato syndicus seu procurator ipsius loci in quo seu infra cuius confinia vel tenutam tale dampnum datum fuerit suam accusationem porrigat contra eum qui seu cuius bestia tale dampnum intulisset. ¶ Et siquidem contra talem assignatum probatum non fuerit sive probatum fuerit et non sit solvendo eo casu universitas talis loci teneatur ipsum dampnum emendare. ¶ Hoc intellecto quod de tali dampno et quis extimator ac etiam de loco ipsius dampni dati et infra cuius confinia sive tenuta talis locus sit stetur et credatur iuramento talis civis ipsum dampnum passi sive ipsius filii vel familiaris usque in summam et quantitatem soldorum decem inclusive. ¶ A soldis vero decem soldis supra usque in quatraginta soldis inclusive stetur et credatur iuramento cuilibet predictorum cum uno teste de visu. ¶ A quatraginta soldis supra usque in centum soldis inclusive legitima probatio requiratur. ¶ A centum autem soldis supra presens capitulum locum non habeat contra aliquem singularem locum seu comunitatem vel universitatem talis loci, sed eo casu ad talis dampni emendationem teneatur totus plebatus in cuius tenuta tale dampnum datum fuerit. ¶ Et de predictis cognoscat unus de dominis iudicibus maleficiorum civitatis Tuderti qui inde fuerit requisitus seu alius officialis qui ad hoc fuerit deputatus breviter summarie et de plano ac sine strepitu et figura iudicii. ¶ Et si in loco in quo tale dampnum datum esset non habitaret aliquis heres tunc fiat emendatio dampni per proximiores habitatores ipsius loci secundum modum predictum.

Quod syndici comitatus possint punire dampnum dantes usque in duos solidos. Rubrica. Clxxxvi

Item statuimus quod quilibet syndicus alicuius castri vel ville comitatus [illegible] possit punire quoslibet de massariis talis castri vel ville sive de [illegible] dantes in aliqua possessione alterius sita in tenuta sive

infra confinia talis castri vel ville cuius ipse esset sindicus usque in quantitate duorum soldorum corton. pro qualibet vice et usque in ipsam summam et quantitatem cognoscere et emendari facere illi cui ipsum dampnum datum fuisset si recipiens tale dampnum voluerit. ¶ Et a dicta vero quantitate duorum soldorum supra se nullatenus intromictat nec intromictere possit sed remaneat in cognitione et provisione officialium comunis Tuderti. ¶ Et similiter de dictis duobus soldis intromictere se non possit aliquis de dictis sindicis si recipiens ipsum dampnum voluerit quod se intromictat. ¶ Et quod nichilominus licitum sit cuilibet de quocumque dampno sibi illato denuntiare et accusare ipsum dampnum dantem in curiis comunis Tuderti presenti capitulo non obstante.

In quibus locis liceat occidere porcum inventum dampnum dare. Et de pena dampni dati a venatoribus sive aucupatoribus vel ab eorum canibus. Rubrica. CLXXXXVII

Item statuimus quod ubicumque statutum loquitur quod liceat cuilibet occidere porcum inventum dampnum dare in re ipsius invent[or]is sive ad eum pertinente intelligatur et intelligi debeat in hunc modum videlicet quod cuilibet liceat quandocumque tempore occidere porcum in vineis et ortis sive in eis tunc temporis fuerint [illegible] fructus sive non. In terris vero aratoriis liceat occidere porcum eo tempore tantum quo sint in eis fructus. ¶ Item si canis alicuius venatoris sive aucupatoris dampnum dederit tempore talis venationis vel aucupationis in vineis dum sunt ibi uve mature puniatur talis venator sive aucupator in duplum pene in qua alius puniendus esset secundum formam statuti comunis Tuderti. ¶ Si vero ipse venator seu aucupator suis manibus in quibuscumque rebus dampnum dederit tempore talis venationis vel aucupationis puniatur idem venator vel aucupator similiter in duplum pene in qua alius puniendus esset secundum formam statuti dicti comunis.

De pena deferentium amidolas. Rubrica. CLXXXXVIII

Item statuimus quod nulla persona det dampnum in amidolis nec ipsas deferat ad vendendum ad civitatem Tuderti a kalendis martii usque ad kalendas iulii. ¶ Et qui contrafecerit puniatur in uno denario pro qualibet amidola. Ita tamen quod talis pena summam viginti soldorum non excedat. ¶ Et de p[redictis] [illegible] stetur iuramento accusatoris. ¶ Et predicta potestas qui pro tempore fuerit bapniri facere teneatur per dictam civitatem in locis solitis quolibet anno de mense februarii sub pena librarum quinquaginta corton.

De perscrutatione bladi facienda per comitatum. Rubrica. CLXXXXVIIII

Statuimus quod quandocumque dominis prioribus populi Tudertini visum [illegible]

opportunum fiat et fieri debeat per totum Comitatum Civitatis tudertine cauta et
diligens perquisitio et perscrutatio de quolibet genere Bladi per
duodecim bonos viros inter quos sint sex notarii eligendi per Consilium
Generale comunis tuderti cum eo salario quod placuit ipsi Consilio. Qui duodecim
boni viri dividant in sex partes et cum perquisitione et perscrutatione
fecerint incipiant ab extremitate confinium Comitatus predicti. Et qua
de causa possint et debeant facere aperiri arcas et singulas domos
dicti Comitatus quas invenerint esse clausas et in eas de ipso blado
extimari. Quo casu sindicus castri vel ville in quo vel in qua seu infra
cuius confinia vel tenuta aliqua de talibus domibus sita esset vel
saltem aliquis de propinquioribus vicinis talis domus inter esse debent
sive debeant una cum dictis officialibus ad faciendum eam aperiri et
ad dictam perscrutationem et extimationem faciendum. Et tandem totum
ipsum bladum cuiuscumque sit generis per eos in ipso Comitatu repertum
in scriptis reducant officiali qui super hoc pro ipso Comuni fuerit deputatus.

De Rogamine faciendo Domino Episcopo pro Grascia. Rubrica. CC.

Item statuimus quod Venerabilis pater et dominus Dominus . . Episcopus tudertinus
rogetur ex parte comunis tuderti quod mandet clericis Comitatus tudertini
sive diocesis quatenus per officiales dicti comunis libere perscrutari et extimari
permictant omnes eorum domos et capsias de quolibet genere bladi
ibi existentis. Et quod mictat unum de familiaribus suis qui sit cum eis
ad faciendum ipsos clericos iurare de veritate ipsis officialibus di-
cenda ad hoc ut in predictis fraus aliqua minime comictatur.

De dogana Bladi non facienda, et de non emendo granum causa Revendendi, Et de pena contrafacientis. Rubrica. CCI

Item statuimus quod Nullus de Civitate vel Comitatu tuderti per se vel
alium faciat vel fieri faciat aliqua dogana vel congregatione
grani seu cuiuscumque Bladi quod emerit in Civitate vel Comitatu
predictis. Contrafaciens vero puniatur in libris decem cortonensium pro
quolibet corbe. Et nichilominus tale granum sive bladum debeat
comuni tuderti totaliter applicari. Preterea volumus quod Nulla persona emat
Granum vel bladum ad sufficientiam pro victu suo et sue familie emat
vel emi faciat granum vel bladum in platea vel aliquo alio loco dicte
Civitatis vel eius Comitatus causa revendendi sub pena viginti

soldor. corton pro quolibet corbe ¶ Et quod in quolibet dictorum casuum quilibet possit contrafacientem accusare et denuntiare, et habeat medietatem [illegible] dictarum penarum que dictis de causa, et ex sua denuntiatione uel accusatione perueniet in camera dicti comunis et nomen eius teneatur secretum ¶ Quodque potestas et Capitaneus Ciuitatis predicte quolibet mense eorum regiminis de predictis inquirere teneantur et inuentos culpabiles punire et condepnare secundum supradictam formam. ¶ Et siquis eorum fuerit negligens in predictis uel aliquo predictorum in Quingentis libris corton puniatur. ¶ Et si talis delinquens non fuerit suppositus iurisdictioni dicti comunis puniatur in pena predicta eius proximior consanguineus existens in patria ¶ Salua semper ecclesiastica libertate Cui per presens Capitulum in nichilo uolumus derogari.

De pena extrahentium Bladum uel aliam grasciam, Et in quibus casibus portari possit Bladum extra Ciuitatem. Rubrica. ¶ CCXLI

Item statuimus quod Nulla persona de Ciuitate uel Comitatu tuderti extrahat uel extrahi faciat Granum, uel aliud Genus Bladi siue leguminis de Comitatu predicto ¶ Et siquis predicta contrafecerit puniatur in penis infrascriptis videlicet pro quolibet quartingho grani in quinque libris corton ¶ Et pro quolibet quartingho alterius bladi seu leguminis in medietate dicte pene ¶ Et si minus fuerit puniatur in minori pena prout pro rata contigerit ad rationem predictam ¶ Et Nichilominus perdat ipsum Granum Bladum seu legumen et bestiam super qua illud portauerit ¶ Quarum quidem penarum pecuniarie ac extimationis talis Bestie medietas sit comunis tuderti et alia medietas sit accusatoris ¶ Et quilibet qui inuenerit aliqua persona portante aliquid de predictis contra dictam formam teneatur et debeat eadem die uel sequenti eam denuntiare domino potestati siue Capitaneo Ciuitatis predicte ad pena vigintiquinque librarum corton ¶ Et intelligatur extractor et tamquam extractor puniatur si inuentus fuerit cum aliquo de predictis prope confines Comitatus predicti per duo miliaria uel infra ¶ Hoc intellecto quod hoc non preiudicet habitantibus in aliquo castro uel villa quod uel que sit prope ipsos confines per duo miliaria uel infra nisi extra [illegible] [illegible] versus ipsos confines [illegible] [illegible] [illegible] Declarantes quod quolibet bestia [illegible] [illegible]

Bladum uel grasciam

121

Bladum seu leguminem extraheret que non repre(se)ntaret Comuni tuderti
ante condempnatione(m) fiendam de tali extractore. quod sic siquidem
asinina fuerit intelligatur fuisse et esse valoris duodecim libr. corton. Si
vero equina vel mulina intelligatur fuisse et esse valoris et extima
tionis viginti libr. corton. ¶ Granum aute(m) sive bladum vel legumen predictum
Si ante dictam condempnationem non repre(se)ntaret dicto Comuni intelligatur fuisse
et esse illius extimationis cuius esset huiusmodi granum bladum sive le
gumen tempore condempnationis predicte qua extimatione talis bestie grani blad.
quelibet condempnatio de dicto maleficio loco talis bestie sive bladi in
quibus condempnatus esset solvere teneatur ¶ Que quidem supra
proxime declarata de extimatione predicta trahi volumus non solum
ad futuras condempnationes sed etiam ad iam factas de quibus
nondum executio facta fuerit ¶ Preterea volumus quod nullus persona
extrahat vel extrahi faciat de Civitate tud. sine apodissa granum
bladum seu legumen ¶ Contrafaciens condempnetur pro quolibet qua
tingho grani in quadraginta soldis corton. Et pro quolibet quatingo
bladi seu leguminis in viginti soldis corton. ¶ Ita tamen quod domini priores
populi tudertini singulis Civibus et Comitatensibus tud. et aliis
habitatoribus in ipso Comitatu pro ipsorum et sue familie victu qualibet
ebdomoda concedere teneantur apodissa de uno quatingo grani vel
duobus bladi videlicet uni tantum pro qualibet familia.

De pena occultantis bladum. Rubrica. CCxii

Item statutum quod Nulla persona de Civitate vel Comitatu tuderti occultet
vel occultum retineat in aliqua fovea puteo paleari seu vegete vel in alia
stellia seu in aliqua domo ipsius ecclesie vel in aliquo alio loco clandestino
aliquod Genus bladi sive leguminis ¶ Contrafaciens vero in viginti
soldis corton. pro quolibet quatingo grani et in decem soldis pro quolibet
quatingo bladi vel leguminis puniatur ¶ Et nichilominus perdat ipsum
granum bladum sive legumen ¶ Et quilibet possit tales Contrafacientes
denumptiare et accusare et nomen eius teneatur in credentia et habeat medietatem
ipsius banni quod dicta de causa in Cameram dicti comunis ex eius denumptiatione
vel accusatione pervenerit.

Quod bladum existens in Comitatu tuderti deferatur ad Civitatem ad voluntatem dominorum Priorum populi. Rubrica. CCxiii

Item statuimus quod quilibet civis et comitatensis tuderti teneatur ad requisitionem et voluntatem dominorum priorum populi tudertini qui pro tempore fuerint deferre seu deferri facere ad civitatem tuderti granum et bladum quod habent in comitatu tuderti infra illos terminos et in ea quantitate infra quos et de qua eis mandaverit predicti domini priores ad penam eisdem ipsorum dominorum priorum arbitrio imponendi.

Ut fructus terrarum forensium que site sunt in comitatu tuderti reducantur ad civitatem tuderti. Rubrica. CCL

Item statuimus quod totum granum et bladum proveniens de terris sitis in comitatu tuderti quorumcumque forensium non habitantium per se vel suam familiam in civitate vel comitatu predictis anno quolibet deferri debeat ad ipsam civitatem de mense septembris vel prius ac deinde saltem de dicto mense septembris assignari debeat duobus bonis viris popularibus cum uno bono notario annuatim eligendis per dominos priores populi tudertini qui in ipso officio fuerint de mense maii et iunii. Quorum officium duret per unum annum tantum cum salario quod eisdem per dictos dominos priores fuerit ordinatum. Quod dicti duo boni viri teneantur et debeant totum dictum granum et bladum vendi facere in platea communis tuderti quando et prout eisdem visum fuerit expedire. Ita tamen quod totum pretium ipsius grani et bladi ad manus talis forensis domini talis grani et bladi pervenire debeat cum effectu. Ceterum si tale granum et bladum dictis officialibus in dicta civitate anno quolibet de dicto mense septembris vel prius non fuerit assignatum puniatur dominus talis grani vel bladi in libris ducentis cortonensium. Et in amissione talis grani et bladi quod ipso iure potestate presentis capituli dicto communi acquirantur et acquisitum esse ex nunc dicte late sententie censemus et declaramus. Et quod super predictis cognoscendis diffiniendis et exequendis dominus potestas et capitaneus civitatis tuderti et quilibet eorum procedant et procedere possint breviter summarie et de plano et sine strepitu et figura iudicii. Alii vero fructus dictarum terrarum de dicto comitatu nullatenus extrahantur. Set in eis statutum dicti communis loquens de grascia vetita non extrahenda de comitatu tuderti vendicet sibi locum.

De pena iniuriantis vel offendentis forensem apportantem bladum ad civitatem tuderti. Rubrica. CCLI

Item statuimus quod nullus inferat aliquam iniuriam offensionem sive mo[...] dicto vel facto alicui forensi qui adduceret ad civitatem tuderti [...] bladum ad vendendum. Contrafaciens vero pro quolibet [...] quod contra eum dixerit in viginti quinque libris cortonensium puniatur [...]

uel acciderit puniat in duplum pene in qua per formam statuti comis tudertinus deberet puniri Civis vel Comitatensis tudertinus si alium Civem vel Comitatensem Tudertinum taliter percussisset ut occidisset. Et si potestas fuerit negligens in predictis, ut aliquo predictorum in Centum libris cortonensium condempnetur.

Ut non fiat proposita ut Reformatio de aliqua grascia extrahenda de Comitatu tuderti. Rubrica. CCVII.

Item statuimus quod potestas vel Capitaneus comunis tuderti non possit nec debeat aliqua propositam vel reformationem facere vel fieri facere vel permictere in aliquo Consilio dicti comunis ad petitionem alicuius Comunitatis vel alterius de aliqua grascia extrahenda de Comitatu tuderti. Et si contrafactum fuerit talis reformatio ipso iure sit nulla. Et nichilominus quilibet contrafaciens pena librarum Centum cortonensium incurrat vice qualibet ipso facto.

De modo servando in forensibus venientibus cum Grascia. Rubrica. CCVIII.

Item statuimus quod Cuilibet forensi impune liceat intrare in districtum tuderti cum quibuscumque victualibus et cum eis venire usque ad Civitatem tuderti. Et si cum eis ipsam Civitatem intraverit non possit postea inde cum eis discedere sine legittima apodissa. Et si contrafecerit habeatur pro extractore grascie. Et hec intelligantur de hiis qui debent solvere pedagium.

Quibus liceat extrahere Bestias in die fori de Civitate. Rubrica. CCVIIII.

Item statuimus quod Quilibet Civis et Comitatensis tuderti licite et impune possit portare Boves et alia animalia cuiuscumque Generis que causa vendendi duxissent sive detulissent, sive duci vel deferri fecissent ad Civitatem tuderti de dicta Civitate extrahere. Et ad domos suas sive sive habitationis reducere et referre sive reduci et referri facere etiam sine aliqua apodissa si ea non vendiderint. Dummodo recta via revertatur cum eis ad dictas domos. Et si ea vendiderint ea extrahere non possit de Civitate predicta. Contrafaciens vero puniatur pro quolibet tali animali quod extraxisset in ea pena in qua puniretur si tale animal in dictam Civitatem prius non introduxisset. Dummodo talis pena pro nullo dictorum animalium excedere possit penam Centum solidorum cortonensium.

In qua quantitate Grascie possit extrahi. Et de pena contrafacientis. Rubrica. CCX.

Item statuimus quod Nulla persona extrahat de Civitate tuderti causa portandi ... Comitatum ... Civitatis pullos pipiones anctras vel ... caseum vel ova sive alia huiusmodi victualia ... ultra summam viginti solidorum cortonensium

122v

sine apodissa dnorum priorum populi tudertini sub pena quatraginta soldorum cortonensium pro qualibet persona contrafaciente et qualibet vice. ¶ Panem autem aquinquaginta soldatis supra nulla persona deferre possit de dicta Civitate in dictum Comitatum sine apodissa dictorum dnorum priorum sub pena decem soldorum pro quolibet pane quem ultra dictum valorem deferret. ¶ Salvis aliis capitulis statuti communis tuderti de huiusmodi materia tractantibus que in suis casibus vendicent sibi locum panem vero coctum a quinquaginta soldatis infra et alias panes res a viginti soldatis infra Cuilibet liceat extra dictam Civitatem in dictum Comitatum deferre etiam sine aliqua apodissa

De pena ementis vel vendentis ultra viii corbem granum in eodem anno alicui speciali persone. Rubrica. CCXJ

Item statuimus quod Nulla persona de Civitate vel Comitatu tuderti et in dicta Civitate habitans emat pro victu suo et sue familie in dicto anno ultra viii corbem granum. ¶ Et si contrafactum fuerit puniatur tam emptor quam venditor in Centum soldis cortonensium pro quolibet eorum et pro quolibet corbe. ¶ Et quod potestas et Capitaneus Civitatis tuderti de predictis inquirere teneatur et repertos culpabiles in penis predictis punire.

De pena forensis ementis Bladum et vendentis eidem. Rubrica. CCXIJ

Item statuimus quod Nullus de Civitate vel Comitatu tuderti vendat granum Bladum sive leguminum alicui forensi qui non sit continuus habitator Civitatis vel Comitatus tuderti. ¶ Contrafaciens vero puniatur in Centum soldis cortonensium pro quolibet corbe grani. Et pro quolibet corbe alterius Bladi vel leguminis in dimidia dicte pene. ¶ Talis vero forensis emens contra formam predictam puniatur in quolibet dictorum casuum in duplo predictarum penarum.

De pena prestantis Bestiam pro Extrahendo Grasciam. Rubrica. CCXIIJ

Item statuimus quod Nullus Civis Comitatensis vel incola tudertinus locet sive accomodet aliquam Bestiam alicui persone causa extrahendi aliqua Grasciam extra Comitatum tuderti contrafaciens vero in decem libris cortonensium pro qualibet bestia taliter locata vel accomodata et pro qualibet vice debeat condempnari. ¶ Et quilibet possit talem accusare et habeat medietatem banni quod dicta de causa in Cameram communis tuderti ex sua denuntiatione vel accusatione pervenerit.

Quod Potestas proponat de Grascia non Extrahenda. Rubrica. CCXIIIJ

Item statuimus quod potestas teneatur ad consilium Generale comunis tuderti proponere quotiens placuerit dominis prioribus populi tudertini quid placet ipsi consilio providere ad hec ut grascia non extrahatur de Comitatu Tuderti. Et quicquid per ipsum consilium ordinabit teneatur potestas executioni mandare ad penam Quinquaginta librarum cortonensium.

Quod liceat habentibus Equos emere Speltam. Rubrica. · CCXV ·

Item statuimus quod illi qui habent et tenent Equos impune emere possint speltam pro ipsis Equis opportunam impune.

Quod liceat portare Joglium Intressetum et Grandes de Civitate tuderti in eius Comitatum. Rubrica. CCXVI

Item statuimus quod Cuilibet liceat extrahere et portare de Civitate tuderti in ipsius Comitatum Jogliam furfur sive Intressetum et grandes sine apodissa.

Quod Cuilibet liceat extrahere Certos fructus de Civitate et Comitatu tuderti. Rubrica. CCXVII

Item statuimus quod cuilibet persone liceat impune extrahere de Civitate et Comitatu tuderti et portare ad quemcumque locum voluerit oleum ficus Amidolas Nuces pira mala et alia huiusmodi. Dummodo quilibet predicta vel aliquod predictorum deferens debens pedagium sive gabellam solvere illud vel illam prius solvat ei qui per Comune tuderti ad hec fuerit deputatus. Et quod talibus sic deferentibus postquam ipsum pedagium vel Gabellam solverint ut predicitur domini priores populi tudertini vel alius officialis ad hec deputatus de huiusmodi talibus apodissam concedere teneatur.

De vino non Extrahendo de Comitatu tuderti. Rubrica. · CCXVIII ·

Item statuimus quod Nullus extrahat de Comitatu tuderti vinum Novum vel vetus. Siquis autem contrafecerit puniatur pro qualibet salma in decem libris corton. Et quilibet possit talem extrahentem capere et actare et habeat medietatem Banni quod ex eius delicto vel actione in camera comunis tuderti pervenerit. Et habeatur pro extractore vini genaliter inventus fuerit prope confinia Civitatis tuderti per duo Miliaria vel infra. Ita tamen quod hoc locum non habeat in habitante in aliquo castro vel villa Comitatus tuderti quod vel que sit prope ipsos confines per duo miliaria vel infra nisi talis habitator inventus fuerit portare ipsum vinum extra ipsum locum versus confines predictos.

Ad que loca liceat habitantibus in Civitate tuderti deferre granum et Bladum ad macinandum. Rubrica. CCXVIIII



Item statuimus quod cuilibet persone habitanti in Civitate Burgis vel
Subburgis tuderti impune liceat portare et portari facere ad macinandum
Granum seu Bladum ad molendinum filiorum Virmiglo posito in Nagia ¶
Et ad molendinum valluci domini Nini quod fuit olim malagripe et ab inde
citra versus Civitatem predictam ¶ Et ad alia molendina arnate et Nagie
usque ad tiberim ¶ Et ad molendina tiberis sita ex utraque parte ipsius
tiberis ¶ Et ad molendinum quod fuit Johannis Bonaguide ¶ Et ad mo
lendina hospitalis Sanctorum de Vigo ¶ Et si quis ultra dicta molendina
inventus fuerit portare habeat pro extractore grascie Et tamquam ex
tractor grascie puniatur

Per quas portas liceat deferre Granum et Bladum ad macinandum de
Civitate tuderti Et de pena Contrafacientium. Rubrica. CCXX

Item statuimus quod Nulla persona portet vel mictat Granum vel Bladum ad
macinandum extra Civitatem tuderti nisi per portas infrascriptas videlicet per portam
vallis ¶ per portam Sancte Crucis ¶ per portam Sancti Stephani ¶ per portam vie pla
ne ¶ per portam porte fratte ¶ per portam Sancti [illegible] ¶ sive per portam
Fontanam ¶ Contrafaciens vero in libris decem [illegible] qualibet puniatur.

Quod non liceat non liceat alicui ire ad macinandum extra Civitatem
tuderti Exceptis illis de castro francho et de pena contrafacientis. Rubrica. CCXXI

Item statuimus quod Nulla persona portet ad macinandum extra Comitatum
tuderti Granum vel Bladum ¶ Siquis vero contrafecerit puniatur qualibet
vice ac si grasciam vetitam extraxisset ¶ Statutum quod hoc locum non habeat
in illis de castro francho quibus impune liceat ire ad macinandum ad
molendina Civitatis Narnie secundum tenorem reformationum seu alterius scrip
ture in eorum favorem olim condite circa dictam materiam.

De modo servando ab illis qui vadunt ad macinandum. Rubrica. CCXXII

Item statuimus quod quilibet de comitatu tuderti seu in ipso Comitatu habitans
qui voluerit ire ad macinandum debeat secum deferre signum lapidis fra
quem recipere debeat a presbitero sive Sindico illius loci in quo ipse habitaverit
si in ipso loco fuerit Sindicus sive presbiter ¶ Et ab uno de massariis dicti loci
¶ Et quod postquam macinatum fuerit tale granum vel Bladum teneat reassignare
farinam et etiam dictum Signum eidem presbitero sive Syndico vel massario
qui sibi tale signum dederit ¶ Contrafaciens vero habeat pro extractore
grascie Et tamquam extractor grascie puniatur ¶ [illegible]

124

q custodes grascie non capiant aliquem habentem hu[ius]mo[d]i signu-
dum iret ad macinandum uel inde rediret sub pena soldor[um] centu[m]
corton[ensium] pro quolibet contrafaciente et qualib[et] vice. Cuius banni
medietas sit talis capti et alia sit co[mun]is tuderti. Et si de signo
dubitaret ducat talis habens ip[su]m signum ad dictum p[re]sbiterum
sindicu[m] seu massarium a quo ip[su]m signum se diceret recepisse. Et
intellecto q[uod] unum et idem signum non prosit nec prodesse possit
alicui nisi una vice et pro una vice tantum.

Q[uo]d forenses possint venire ad macinandum. R[ubric]a. CCXXIII

Item statuimus q[uod] cuilib[et] forensi liceat de extra comitatum
tuderti deferre granum et bladum ad macinandu[m] ad molendina
posita in fluminibus comitatus tuderti. Et farinam talis
grani uel bladi extra dictum comitatum reportare. Dummo-
do semp[er] quando talis forensis veniret ad macinandu[m] accipiat
et accipere debeat signu[m] lapidis fracti a p[re]sbitero syndico
uel massario loci magis propinqui ipsi molendino ad quod
ip[su]m granum uel bladum deferre vellet. Et deinde ipsam fa-
rinam et signum sibi reassignet. Ita tam[en] q[uod] unu[m] et idem
signum [alicui] no[n] prosit nisi una vice et pro [una] vice tantu[m].

De bestiis no[n] extrahendis de civitate uel comitatu tudert[i] et de pena contrafacientium. R[ubric]a. CCXXIIII

Item statuimus q[uod] cuilibet p[er]sone de civitate uel comitatu
tuderti seu in ip[s]o comitatu cu[m] sua familia habitanti et ibi honera
publica subeunti impune liceat extrahere de civitate tuderti
et ducere in dictu[m] comitatu[m] ad eius habitatione[m] unum uel
duos porcellos sive porcellas valoris pro quolibet seu qualib[et]
triginta uel quadraginta soldor[um] ad plus uel ab inde infra sine
aliqua apodissa. Qui non valuerit aliqua[m] talem bestiam a quadraginta
soldis supra usq[ue] in decem libris inclusive puniat[ur] pro qualib[et]
tali bestia dictum valorem dictor[um] quadraginta soldor[um] excedente in decem
libris corton[ensium]. Si vero de d[ic]ta civitate alias bestias ad grascia[m]
pertinentes extraxerit quarum quelibet uel aliqua earum esset
maioris valoris viginti soldor[um] usq[ue] in decem libris inclusive
et quarum extractio permissa no[n] reperiretur per aliquod capitulum
[...] tuderti puniatur pro qualib[et] tali bestia excedente

124v

valorem dictorum viginti soldorum in decem libris. ¶ Et si aliqua excederet maioris valoris decem librarum puniatur pro qualibet tali bestia in libris viginti quinque. ¶ Si vero talis persona contra dictam formam extrahentis aliqua de dictis bestiis de dicta Civitate et in dictum Comitatum ductis fuerit forensis non habitans cum sua familia in dicto Comitatu nec in eo onera publica subiens puniatur in quolibet dictorum casuum in duplo dictarum penarum secundum distinctionem predictam. ¶ Ceterum si qua persona Civis vel Comitatensis tuderti sive alia persona cum sua familia habitans et onera publica subiens in dicta Civitate vel eius Comitatu extraxerit vel extrahi fecerit de dicto Comitatu aliquem porcum vel aliquam aliam Bestiam ad grassia pertinentem que non valeret ultra decem libras cortonensium puniatur pro qualibet tali bestia in decem libris cortonensium. ¶ Sed si valeret a decem libris supra puniatur pro qualibet tali Bestia in viginti quinque libris cortonensium. ¶ Si vero persona contra dictam formam extrahens de dicto Comitatu fuerit forensis nec habitet cum sua familia et etiam dicta onera subeat in dicta Civitate vel eius Comitatu puniatur in quolibet dictorum casuum in duplo dictarum penarum. ¶ Et nichilominus in quolibet casuum predictorum quelibet persona contra formam huius capituli aliqua de dictis Bestiis extrahens perdat ipsas bestias et comuni tuderti ipso iure applicentur et acquirantur. ¶ Et quilibet possit tales extrahentes et Bestias quas contra dictam formam ducerent capere et representare in forcia dicti comunis ac etiam eos denumptiare et accusare et habeat talis denumptiator et accusator tertiam partem dictarum penarum et Bestiarum seu earum extimationis que dicta de causa et ex sua denumptiatione vel accusatione pervenerit in Cameram dicti comunis. ¶ Ita tamen quod Boves sive vacche aratorii sive aratorie non includantur in prohibitione predicta. ¶ Cum immo presenti capitulo vel aliquo alio non obstante liceat et impune per quamcumque personam extrahi possint tam de dicta Civitate quam de Comitatu predictis et duci ad quascumque partes extra ipsam Civitatem et Comitatum eundem etiam sine aliqua apodissa.

De modo servando per forenses volentes cum Bestiis transire per Comitatum tuderti. Rubrica. CCXXI

Item statuimus quod quilibet forensis ducens aliquas bestias de extra

[illegible] tudertini [illegible] et impune possit per ipsum comitatum transire cum ipsis bestiis et eas ducere ad quascumque partes voluerit. Facta primo per [illegible] officiali qui ad hoc pro Comune tuderti fuerit deputatus [illegible] extra dictum comitatum duxerit et subsequenter [illegible]
[illegible] camerario comunis de ipsis extra dictum Comitatum [illegible]
Et tamen quod [illegible] forensis ipsas bestias ducens de quo in [illegible] porcos [illegible] et quas duxerit per [illegible] tuderti [illegible] venerit [illegible] et vendere et [illegible] Comunis [illegible] pro [illegible] pecunia [illegible] per [illegible] emptorem [illegible] persolvatur.

De custodibus secretis contra extractores grascie eligendis. Rubrica. CCXXVI.

Item statuimus quod [illegible] populi tudertini qui pro tempore fuerint [illegible] quod [illegible] eis videbitur opportunum proponi faciant in consilio generali comunis [illegible] custodibus per ipsum consilium eligendis qui [illegible] quolibet [illegible] ire debeant per civitatem tuderti ad requirendum et inquirendum de extractoribus grascie contra formam statuti dicti comunis de hac materia loquentium. Et quod potestas et Capitaneus civitatis tuderti teneantur et debeant de predictis inquirere quolibet mense sui regiminis. Et inventos culpabiles debitis penis punire et condempnare.

De custodibus eligendis ad voluntatem dominorum priorum populi. Rubrica. CCXXVII.

Item statuimus quod per dominos priores populi tudertini quando eis videbitur convenire eligantur quinquaginta custodes cum salario per ipsos ordinando. Qui custodes debeant custodire civitatem et Comitatum tuderti ad hoc ut grascia non extrahatur contra formam statuti dicti comunis de hac materia loquentium. Et quando grasciam ceperint medietatem [illegible] Comunis percipere debeant. Non tamen possint dicti custodes [illegible] alia persona capere [illegible] aliquam grasciam prope ipsam civitatem per duo miliaria vel infra.

Quod Comunitates succurrant custodibus et de pena contrafacientium et custodum committentium fraudem. Rubrica. CCXXVIII.

[illegible] quando custodes grascie invenerint aliquam personam

125v

De pena magnatis discedentis a domo tempore rumoris .lxxv.

Item statuimus quod nullus magnas et potens .i. pro magnate
et potente habitus secundum formam statuti comunis tuderti tempore
alicuius rumoris tumultus vel suspictionis qui vel que oc-
curri vel esset in civitate tuderti quod absit possit vel debeat sine
licentia dominorum priorum populi tudertini intrare plateam comunis
tuderti cum armis vel sine armis. // Set donec duraverit
ipse rumor tumultus vel suspitio stare debeant in domo sue habi-
tationis et inde non discedere sine licentia dominorum priorum cum licentia
autem predicta licite et impune predicta facere possint dummodo talis licentia
obtenta fuerit inter eos saltem per septem ex eis ad bussulas et palluctas
et reducta in publicam scripturam. Contrafaciens vero in quingentis libris
cortonensium vice qualibet puniatur.

De pena popularis fideiubentis pro magnate. Rubrica .lxxvi.

Item statuimus quod nullus habitus pro populari secundum formam
statuti comunis tuderti fideiubeat aut aliquam promissionem vel
cautionem faciat in aliqua vel super aliqua causa criminali
pro aliquo magnate et potente .i. pro magnate et potente habito
secundum formam statuti dicti comunis. // Contrafaciens vero pena
quingentarum librarum cortonensium incurrat vice qualibet ipso facto. Et
[illegible] Potestas Capitaneus et quilibet alius officialis
qui talem popularem [illegible] ad aliquod [illegible]
admiserit pena quingentarum librarum cortonensium vice qualibet puniatur.

De pena popularis tractantis contra pacificum statum populi tudertini .lxxvii.

Item statuimus quod siquis pro populari tudertino habitus secundum
formam statuti comunis tuderti aliquid fecerit vel tractaverit contra
pacificum statum civitatis vel comunitatis [illegible]
bona publicentur et applicentur comuni tuderti. [illegible]
et auctoritate presentis capituli [illegible]
[illegible]

De [illegible] contra magnates [illegible]

Item statuimus quod omnia et singula capitula [illegible]
contra magnates et potentes [illegible]

.i. pro magnatibus et potentibus habitos secundum formam statuti
comunis tuderti locum habeant et habere intelligantur tam contra
ipsos magnates et potentes quam etiam contra ipsorum filios tam
legiptimos et naturales quam etiam ex illicito coytu procreatos.
Nec non contra famulos et familiares ipsorum magnatum et potentum.

De pena elevantium tumultum et facientium tractatum et coniurationem contra pacificum statum civitatis tuderti et rissantium in consiliis [illegible]. Rubrica.

Si quis diabolico spiritu instighatus in tantam fuerit furoris audaciam [accessus]
quod contra quietem publicam et statum pacificum civitatis tuderti
et in ipsius status subversionem vel turbationem fecerit tractatum
coniurationem conspirationem ligam rumorem aut gentium
congregationem publice vel occulte. Aut palatium potestatis
vel capitanei vel alia fortallitiam civitatis vel comitatus
tuderti invaserit vel occupaverit animo et proposito turbandi
et subvertendi statum pacificum civitatis predicte et presentem
statum iurisdictionem et bayliam populi eius consilii et dominorum
priorum ipsius populi. Vel civitatem ipsam aut eius
comitatum in totum vel in partem aut dicte civitatis libertatem
et franchitiam sub iugo alterius violenter seu proditorie
submictendi bonis ipsius omnibus publicatis et applicatis pro
comuni tuderti ultimo supplicio pro iudicantis arbitrio puniatur.
Nullus quoque audeat vel presumat aliquid facere vel acceptare
per se vel alium directe vel per obliquum per quod pax
facta et inita inter comune tuderti et comune perusii in
aliquo violenter perturbet vel minuat. Nec faciat conventicu-
lam [illegible] vel legam seu gentium adunatiam per quam possit exoriri
rumor dissensio vel tumultus seu scandalum in civitate predicta vel
comitatu ipsius. Et qui contrafecerit realiter et personaliter
puniatur aut personaliter tantum sive realiter tantum in [illegible]
providum arbitrium rectoris de tali maleficio cognoscentis. Con-
sideratis in huiusmodi casibus qualitate ipsius facti et conditione
persone taliter delinquentis et aliis circunstantiis opportunis.
Et si contigerit quod deus avertat quod rumor et prelium [illegible]

in Civitate tuderti. Nulla universsitas alicuius Castri vel ville co
mitatus tuderti aut aliqua spetialis persona audeat vel presu
mat tunc cum armis ad Civitatem predictam accedere, durante ipso
prelio vel Rumore. Aut tunc ipsam Civitatem vel eius burgos
intrare. Et qualibet universsitas contrafaciens in libris mille
corton puniatur. Si ipsa universsitas habuerit Centum lares vel
ab inde supra. Si vero ab inde infra puniatur prout contigerit
pro rata secundum quantitatem larium ipsius universsitatis. Que
libet vero spetialis persona siquidem fuerit eques in libris Centum.
Si autem pedes in libris quinquaginta corton puniatur. Quam
condepnationem si solvere non poterit puniatur in persona citra mortem
tamen arbitrio iudicantis habita circa hec per eundem rec
torem consideratione premissa. Et cuilibet forensi reperto
in Civitate tuderti tempore dicti prelii seu belli amputetur
pes nisi talis forensis esset habitator Civitatis tuderti vel in siptem
dei prelii esset in Civitatem tuderti pro aliquibus suis negotiis
et de ipsa Civitate tunc temporis comode non potuisset exire.
Que omnia Potestas vel Capitaneus dicte Civitatis de tali malefitio
cognoscens consideret et examinet diligenter. Item ne rumor
tumultus seu scandalum possit in Civitate oriri caveat sibi
quisque ne in consilio vel arengha aliquam rissam contentionem
clamorem vociferationem seu offensionem faciat cuius causa vel
occasione possit oriri rumor aut ipsum Consilium vel arengha
in aliquo perturbari. Siquis igitur in consilio vel arengha
irato animo et pravo modo alta voce exclamaverit et vocife
raverit sive insultum vel aliam quamcumque offensionem contra aliquem
fecerit seu facere actemptaverit siquidem in consilio de quolibet
tali malefitio et qualibet vice ultra aliam penam statutariam in libris
quinquaginta. Et si in arengha in libris Centum corton puniatur.

De pena notarii scribentis aliquid contra pacificum statum Civitatis ...

Item statuimus quicumque Notarius vel alia persona aliquod in
strumentum vel scripturam fecerit composuerit scripserit sive
dictaverit de predictis coniuratione sopita conspiratione
tractatu liga vel proditione ad instantiam alicuius ...

predictorum malitiorum conscius et particeps fuerit debeat tamquam falsarius proditor et particeps predictorum malitiorum haberi et reputari. Et simili modo pena capitis et bonorum suorum publicatione puniri. Ac etiam quod postquam decapitatus fuerit eius corpus totaliter comburatur.

Quod committentes dicta crimina pingantur. Rubrica. lxxxi

Item statuimus ad infamiam perpetuam eius qui talia committeret quod quecumque persona aliquod predictorum malitiorum contra pacificum statum Civitatis tuderti committeret ultra predictas penas debeat pingi in palatio comunis tuderti cum subscriptione ipsum maleficium continente in loco in quo ab omnibus possit aperte videri.

berlina

Quod locus in quo predicta tractarent destruatur et publicetur Comuni tuderti. Rubrica. lxxxii

Item statuimus quod locus in quo aliquod predictorum malitiorum contra pacificum statum Civitatis vel Comitatus tuderti tractatum vel ordinatum fuit scienter et patienter eo ad quem ipse locus pertinaret debeat publicari comuni tuderti. Et si super eo aliquod edificium fuerit funditus destruatur. Et nichilominus vigore presentis capituli et dicte sententie de dicto malefitio promulgate locus ipse ipso iure dicto comuni publicatus et acquisitus esse intelligatur et sit.

Quod potestas et Capitaneus inquirat contra dicta crimina committentes. Rubrica. lxxxiii

Item ad hec ut perpetratores talium scelerum facilius inveniantur et propalentur et subsequenter penis debitis puniantur statuimus quod potestas et Capitaneus Civitatis tuderti et quilibet eorum de predictis malitiis sollicite ac diligenter inquirant et inquirere generaliter teneantur saltem semel tempore sui regiminis et inventos culpabiles de predictis vel aliquo predictorum debitis penis afficiant. Qui si vero eorum in predictis negligens fuerit in libris quingentis denariorum cortonensium tempore sui sindicatus per eum qui ipsum sindicaverit condempnetur.

Quod potestas et Capitaneus non servatis sollepnitatibus possit inquirere contra facientes vel Coadunationem alicuius Gentis pro turbatione pacifici status Civitatis tuderti et de forma procedendi contra eos et eorum penam. Rubrica. lxxxiiii

Item statuimus ad hec ut predicta malitia facilius et efficacius propalentur inveniantur statuimus quod potestas et Capitaneus Civitatis tuderti et eorum iudices maleficiorum et quilibet eorum teneatur

127v

et debeant contra omnes et singulos facientes vel fieri facientes aliquam con
vocationem requisitionem vel coadunationem alicuius gentis sive aliquod
aliud tractantes vel facientes per quod status pacificus Civitatis vel Com
itatus tuderti turbari vel in aliquo ledi possit [illegible] alias [illegible]
Ac etiam contra omnes et singulos eorum fautores [illegible] cognoscere et procedere tam possit et debeat
per inquisitionem quam etiam per omnem alium modum prout eis et cuilibet eorum
visum fuerit expedire. Et quod super talibus malleficiis inveniendis non teneantur
nec debeant servare aliquas iuris sollepnitates nec etiam illas que in aliis
et super aliis causis aliorum maleficiorum requirerent ex forma statuti dicti
comunis. Sed possint et debeant de predictis omni huiusmodi sollepnitate
reiecta cognoscere et veritatem invenire tam per testes quam etiam per indicia
presumptiones et coniecturas ac etiam per tormenta. Nec non quibuslibet
aliis viis et modis quibus magis et melius poterunt et eisdem visum fuerit
expedire. Et quod in predictis et super predictis sufficiat probatio decem ydo
neorum testium deponentium de publica fama. Et quos invenerint
culpabiles de predictis vel aliquo predictorum dicti potestas et Capitaneus et quilibet
eorum qui de tali malleficio cognosceret puniant et punire possint et debeant tam
personaliter et Realiter quam etiam Realiter tantum seu personaliter tantum prout
eidem potestati vel Capitaneo de tali malleficio cognoscenti visum fuerit
convenire, consideratis in predictis qualitate ipsius malleficii et conditione persone
talis malefactoris et aliis circumstantiis opportunis aliquo capitulo statuti dicti
comunis seu iure aliquo loquente in contrarium non obstante.

Vide supra [illegible]

ac puniant et punire possint et debeant

De favore dando Potestati et Capitaneo in predictis. Rubrica. LXXVI

Item statuimus quod dominus Potestas et Capitaneus et quilibet eorum
quotiens opus fuerit pro puniendo culpabiles de aliquo malleficiorum
predictorum debeant habere favorem dominorum priorum populi tudertini et
omnium aliorum officialium comunis tuderti Nec non omnium potentium Civitatis
tuderti.

De apothecis claudendis tempore suspitionis. Rubrica. [illegible]

Item statuimus quod in continenti quod in Civitate tuderti publice diceretur
vel aliquo verisimili inditio suspitio insurgeret sive dubitaretur quod per
coniuratio, secta, conspiratio, vel proditio facta sit, vel per alique
de predictis malleficiis fieri procuraret potestas et Capitaneus teneantur
per publicum preconem comunis tuderti facere banniri per [illegible]

in locis p(ro)p(ri)is // ac p(ro)p(ri)i sub ea pena que d(omi)nis prioribus populi
tudertini placuerit q(uod) o(mn)es apotece firmentur et non aperiant(ur)
usq(ue) quo inquisitio de tali maleficio et malefactore f(ac)ta fuerit et debita
pena ei imposita. // Ita tamen q(uod) liceat eis tenere sportellos apertos
et res suas vendere. Et q(uod) potestas et Capitaneus non debeant
in civilibus causis ius reddere seu reddi facere per aliquem eorum
Judicem sive officialem in eorum curiis donec tale maleficium receptu(m)
fuerit et punitum. Potestas vero seu Capitaneus predictus contra
faciens in Centum libris corton(ensibus) condempnetur t(em)p(o)re syndicatus
ipsius per illum qui eum habuerit sindicare. // Et insup(er)
si dicti potestas et Capitaneus predicta non fecerint liceat ipsis
d(omi)nis prioribus bannire facere et exequi omnia supradicta.

De pena auferenda potestati negligenti punire volentes turbare statum pacificum. R(ubric)a .lxxxvii.

Item statuimus q(uod) si potestas vel Capitaneus in puniendo
culpabiles de aliquo p(re)dictorum maleficiorum contentorum in proximis
precedentibus capitulis erit negligens vel remissus puniat(ur)
quilibet eorum contrafaciens tempore sui syndicatus per suum
sindicatorem in mille libris corton(ensibus). // Et quilibet suorum
Judicum militum et notariorum in Centum libris corton(ensibus). // Et
Nichilominus p(re)dicta potestas et Capitaneus tamq(uam) de p(re)dictis
maleficiis suspecti possint et debeant a d(omi)nis prioribus suis officiis removeri
et in palatio comunis tuderti in sui infamiam pingi in loco publico.
Et maior syndicus comunis tuderti provinciae teneat prout ma
gis et melius poterit q(uod) p(re)dicte pene pecuniarie a dictis potestate Capitaneo
et eorum officialibus tempore ipsorum sindicatus exigant(ur). // Et
si facere non curaverint ipse syndicus quantitatem p(re)dictam de suo
solvere compellatur.

Qui manifestantes sedictiones non puniantur et de premio dando manifestanti. R(ubric)a. .lxxxviii.

Item statuimus ad hoc ut culpabiles de aliquo p(re)dictorum maleficiorum
diu latere non possint q(uod) quecumq(ue) p(er)sona primo manifestaverit
potestati sive Capitaneo Civitatis tuderti seu d(omi)nis prioribus
[illegible] aliquem culpabilem de aliquo p(re)dictorum maleficiorum

128v

Si ipsa persona particeps fuerit talis criminis ex nunc omnis pena
quam dicta de causa incurisset dei mentrae posset remictatur eidem
Nec de tali crimine cognosci dei procedi de cetero valeat contra
eum. Si autem eius particeps non fuerit habere debeat pro suo
premio de pecunia comunis tuderti trecentas libras corton. Quas
Camerarius Camere dicti comunis eidem de pecunia dei comunis solvere
teneatur. Et nichilominus eius nomen teneatur perpetuo in secreto.

Ut puniatur suppositus pro non supposito Conspirante. Rubrica. lxxxviii.

Item statuimus quod si contigerit aliquem non suppositum curie
secularis comunis tuderti in civilibus et criminalibus committere aliquid
maleficium de contentis in suprascriptis capitulis proxime precedentibus
vel aliquo eorundem puniatur eius filius suppositus curie secularis dicti
comunis pro tali suo patre non supposito taliter delinquente. Et
pater suppositus pro tali eius filio non supposito taliter delinquente
Ac etiam frater carnalis pro tali eius fratre carnali non suppo-
sito taliter delinquente. Si ipsi filius pater et frater suppositi
ut dictum est curie dicti comunis fuerint consii vel participes de
commissis per talem eius patrem filium sive fratrem carnalem
non suppositum ut supradictum est dicte curie seculari comunis
tuderti taliter ut premictitur delinquentem.

Ut omnia statuta loquentia contra Conspirantes Confirmantur et Jurentur. Rubrica. lxxxix.

Item statuimus quod potestas et Capitaneus et eorum Judices maleficiorum
in primo consilio quod fieret tempore eorum Regiminis Jurare
teneantur observare effectualiter et ad plenum omnia et singula
suprascripta capitula statuti loquentia de pena eorum qui intulerint rumore
ut tumultum et commotionem facientium et alia huiusmodi in
eisdem capitulis contenta. Et etiam teneantur ipsi potestas
et Capitaneus predicta omnia capitula et contenta in eis publice
Bampniri facere per Civitatem tuderti in locis consuetis saltem
semel infra primum mensem eorum Regiminis.

De pena Gerentis se pro Capitaneo alicuius partis tenentis
Sigillum et de adunantis ut scribentis ad eius petitionem. Rubrica. lxxxx.

Item statuimus quod Nulla persona civis vel comitatensis [illegible]

xistat in Civitate, vel Comitatu tudertino se gerat pro Capitaneo
alicuius partis Ghelfe vel Gebelline ad penam quingentarum librarum
corton. pro qualibet vice. // Nullus etiam ad petitionem talis Capi
tanei se adunet in loco aliquo ad penam viginti quinque librarum corton.
pro qualibet et qualibet vice. // Et quod dominus potestas et
Capitaneus Civitatis tudertine et quilibet ipsorum teneatur et debeant
Inquirere ad petitionem [illegible] quilibet et repertos culpabiles punire
ut dictum est. // Nullus etiam scribat aliquas licteras pro parte
alicuius talis Capitanei ad penam viginti quinque librarum cortonensium
pro qualibet et qualibet vice. // Item Nullus audeat vel pre
sumat tenere apud se aliquod sigillum alicuius partis Ghelfe
vel Gebelline. // Contrafaciens vero in Quinquaginta libris
corton. vice qualibet puniat. // Et quod Nullus artifex audeat
vel presumat facere aliquod sigillum alicuius partis Ghelfe
vel Gebelline. // Contrafaciens vero in Centum libris corton.
vice qualibet puniat. // Et predicta Banniant primo mense
Regiminis dictorum potestatis et Capitanei per dictam Civitatem
tudertinam in locis solitis per publicum preconem comunis tuderti.

De pena facientis aliquem Rumorem. Rubrica. LXXXXVII

Item statuimus quod Nullus Rumorem faciat in Civitate tuderti
vociferando sive Gridando ad arma, ad arma, seu mo
riant et vivant Ghelfi vel Gebellini. // Nec aliquam
suspitionem tumultum vel seditionem inducat in dicta Civitate
vel eius Comitatu. qui vero contrafecerit in aliquo predictorum
a decem libris usque in Centum libris vice qualibet puniat
Arbitrio potestatis seu Capitanei Civitatis predicte de
tali maleficio cognoscentis considerata facti qualitate et
conditione persone talis malefactoris et aliis circumstantiis
opportunis // Si vero ex tali Rumore, clamore, suspi
cione tumultu, vel seditione status pacificus dicte Civitatis
seu eius Comitatus turbaret seu verisimiliter turbari vel ledi
possit eo casu talis malefactor puniatur per dictum potestatem
seu Capitaneum de ipso maleficio cognoscentem tam realiter quam
personaliter secundum formam statutorum de hac materia loquentium

129v

Et ubi ipsum statutum de huiusmodi malefitio spetialiter non disponeret, possit et debeat puniri arbitrio dicti potestatis seu capitanei de tali malefitio cognoscentis tam realiter quam etiam personaliter tantum vel realiter tantum considerantis qualitate talis facti et conditiones persone talis malefactoris et aliis circumstantiis opportunis. Item quod nullus possit vel debeat dicere vel exclamare quod vivat vel moriatur aliqua spetialis persona vel universitas ad penam centum librarum corton. pro quolibet et qualibet vice. Et si potestas vel capitaneus in predictis fuerit negligens per sindicum qui eum sindicabit habebit in mille libris corton. condepnari tempore syndicatus ipsius quas camerarius dicti comunis debeat de suo salario retinere. Et dicti potestas et capitaneus et quilibet eorum teneant et debeant de omnibus et singulis supradictis cognoscere et procedere per accusatione, denuntiatione et inquisitione, et omni modo via et iure quibus eis melius videbitur convenire. Et si in predictis dicti potestas et capitaneus fuerint negligentes defensor comunis tuderti qui pro tempore fuerit de omnibus et singulis supradictis possit teneatur et debeat per accusationes, denuntiationem et inquisitionem procedere. Et repertos culpabiles condepnare secundum formam predictam. Et nichilominus ipse defensor denuntiare debeat camerario camere comunis tuderti qui de salario dicti potestatis vel capitanei taliter negligentis retineat eas penas quas incurrisset occasione predicta.

De pena rebellantis fortillitias. Rubrica. lxxxxiij.

Item ne obstaculum sive impedimentum aliquod grenarii et liberi regiminis comunis tuderti obiciat seu obici possit statuimus quod quilibet de civitate vel comitatu tuderti habens turrim, palatium, castrum vel fortillitiam teneat et debeat statim postquam de hoc fuerit requisitus a domino potestate, capitaneo, vel defensore civitatis tuderti illa vel illud eis tradere, et de ipsa vel ipso expellere omnes qui ipsam vel ipsum tunc tenerent ad pena qualitatis et persone arbitrio dictorum potestatis capitanei sive defensoris non obstante aliquo capitulo statuti dicti comunis in contrarium loquente. Item quod nulla fortillitia alicuius spetialis persone custodiat expensis comunis tuderti et [illegible] ea aliqua expense fiant per ipsum comune nisi [illegible]

Consilium generale et communis in quo intersint ad minus ducenti
consiliarii dicti consilii. Et si potestas vel capitaneus in
predictis fuerit negligens condempnetur in ducentis libris cortonensium
tempore sui syndicatus per sindicum eundem.

De pena euntis ad aliquem locum ad stipendium contra infrascriptam formam. Rubrica. .LXXXXIII.

Item statuimus quod nullus de civitate vel comitatu Tuderti
audeat vel presumat ire ad aliquam civitatem castrum vel locum
ad aliquod stipendium alicuius communis civitatis castri loci
seu spetiales persone a quadraginta miliaribus citra versus
ipsam civitatem Tuderti cum salario seu mercede vel sine
sub pena cuilibet contrafacienti ducentarum librarum cortonensium
si fuerit eques et centum librarum cortonensium si fuerit pedes.
Et si aliquis contra dictam formam iuisset teneatur
et debeat de dicto stipendio separare et inde discedere
infra quinque dies proxime secuturos a die banni mictendi de re-
mictendi ipsa die dicti banni mictendi in dicto termino minime comp-
utata ac etiam prius prout placuerit dominis prioribus populi
tudertini. Alioquin ultra aliam predictam penam si eques ibi
fuerit puniatur in libris centum. Et si pedes in libris quinquaginta
cortonensium puniatur. Et quod super predictis contra huiusmodi personas contra-
facientes sufficiat probatio publice fame cum aliquibus inditiis
et probabilibus argumentis. Et quod dicti potestas et capitaneus
et quilibet eorum teneantur contrafacientes in predictis penis condempnare
et ipsas penas ab eis exigere infra quindecim dies a die late
sententie in antea numerandos sub penis predictis. Et quod
ipsi potestas et capitaneus teneantur et debeant banniri facere
per publicos preccones communis Tuderti ad duas tubas per dictam civitatem
in locis solitis quandocumque dictis dominis prioribus videbitur et placebit.
Ad predictam autem observationem obligari nolumus aliquem qui
iuisset eques vel pedes ad aliquam vel aliquem de dictis terris vel
locis ad stipendium sive servitium alicuius [illegible] vel officialis
eiusdem terre vel loci. Cui quidem cum licentia dictorum dominorum
[illegible] impune liceat ad talem terram et locum in dicto casu accedere

130v

durare esse donec ipsum Regimen et officium fuerit terminatum
Illis etiam exceptis ab obseruatione predictorum qui erunt exbanniti
et condepnati uel condepnati tantum comunis tuderti pro aliqua
malitia a centum libris supra non computato in dicta quantitate
quarto quod inciderent propter ipsam condepnationem non solutam dictus
[.] Camerario Camere dicti comunis Integraliter tales con-
depnationes solute non fuerint. // Et quod dicti Potestas et Ca-
pitaneus et quilibet eorum teneant et debeant saltem bis quo-
libet mense sui Regiminis de predictis generalem Inquisitionem
facere tam publice quam secrete, et de ipsis pro posse ueritatem
inuenire omni modo et via quibus magis et melius eisdem
uisum fuerit expedire, et subsequenter inuentos culpabiles
penis predictis punire sub pena librarum centum pro quolibet
eorum contrafaciente et qualibet uice.

De pena acceptantis aliquod Regimen uel officium absque licentia dominorum priorum. Rubrica [.] Lxxxx

Item statuimus quod nullus de ciuitate uel comitatu tuderti
acceptet aliquod Regimen siue officium alicuius ciuitatis
terre uel loci nisi de expressa licentia dominorum priorum populi tudertini
Quam licentiam si talis electus tale Regimen seu officium
uoluerit acceptare ipsi domini priores ei dare et concedere teneantur
Receptis tamen prius sollepni promissione a tali electo et
ydoneis fideiussoribus de tali Regimine seu officio bene et
legaliter exercendo. // Siquis uero preter uel contra dictam
formam tale Regimen siue officium acceptauerit in libris [.]
centum uice qualibet puniatur.

De pena Impetrantis priuilegium contra libertatem comunis. Rubrica Lxxxx[.]

Pro libertate honore franchitia et statu pacifico comunis et populi
tudertini statuimus quod nullus audeat Impetrare aliquod re-
scriptum seu priuilegium quod sit contra libertatem franchi-
tiam et iurisdictionem comunis et populi predicti seu artium et
artificum ciuitatis et comitatus tuderti uel contra statum pa-
cificum ciuitatis et comitatus tuderti et in quo per quod
ipsum comune tuderti Impediretur [.] de [.]

quibuscumque more solito provideret / sive per quod ipsi Rectores et
officiales non possent libere suum Regimen / et officium exercere iuxta
formam sue electionis / et status dicti comunis / Et prout hactenus con
sueverunt // Et si aliquod in contrarium fuerit Impetratum tale
Rescriptum sive privilegium servandum non sit per aliquem Rectorem
vel officialem dicti comunis // Et si talis Impetrans non esset suppo
situs temporali Jurisdictioni dicti comunis teneantur eius proximiores
consanguinei usque in tertium gradum Inclusive pro eo penam debitam
solvere in quam talis Impetrans incurrisset si subiectus foret Juris
dictioni predicte dicti comunis // Et quod potestas et Capitaneus Civitatis
predicte ad predictorum observantiam teneantur sub pena librarum quingentarum
pro quolibet eorum contrafaciente // Quod Capitulum ceterys alys
capitulis statuti dicti comunis volumus prevalere // Salva semper Eccle
sie libertate cui per presens Capitulum / vel per aliquod aliud
statutum dicti comunis non Intendimus neque volumus in aliquo derogari.

De pena Exercentis Jurisdictionem / vel officium in Civitate vel Comitatu tuderti et quod Nulla lix agitetur extra curias Rectorum et officialium Civitatis tuderti. Rubrica. lxxxvii

Item statuimus quod omnes et singule cause / lites controversie
et questiones / tam Civiles / quam Criminales / et tam mere
quam miste que de cetero vertentur vel erunt inter quascumque
personas Civitatis / vel Comitatus tuderti in ipsa Civitate tantum
et coram Rectoribus et officialibus comunis tuderti possint et debeant
examinari / cognosci / decidi / et terminari // Et quod Nullus suscipiat
vel acceptet in Civitate / vel Comitatu tuderti aliquam Jurisdictionem
in aliqua vel super aliqua causa / lite / vel questione // Nec aliquam
Capitaneriam / Castellaneriam / vel aliud quodcumque officium ab
aliqua communitate / vel universitate hominum dicte Civitatis
vel eius Comitatus vel ab alia speciali persona pro ea vel
eius nomine / suscipiat vel acceptet / nec in ipsa / vel pro ipsa
Comunitate vel universitate aliquam Jurisdictionem seu officium
administret vel exerceat absque expressa licentia et auctoritate
comunis tuderti. // Contrafaciens vero in libris centum denariorum
cortonensium vice qualibet puniatur. // Et quod Nulla de dictis Communi
tatibus vel universitatibus sive aliqua specialis persona contra

formam predictam aliquem eligat vel assumat sine dicti comunis licentia
et assensu. Et insuper sic electo ex tali electione nullum ius
penitus acquirat. Et quod pretextu et vigore talis electionis
gessent ipso iure sit nullum. Quodque nulla universitas sive
per forma statutor(um) p(re)dictor(um) · eo casu ipse sindicus ut massarius in vigintiquinque
lib(ris) corton(ensium) puniat(ur). ¶ Preterea volumus q(uod) si aliquod de dictis maleficiis
infra dictum t(er)minum sex dier(um) denumptiatu(m) no(n) fuerit ut dictu(m) est teneant(ur)
omnes viri ibidem habitantes cum sua familia t(em)p(o)re ip(s)ius commissi ma
lefitij simul eo(rum) denumptiatam facere infra alios sex dies. ¶ Et si neglientes
fuerint puniat(ur) quilibet talium qui sit legitime etatis et sane mentis
et corporis in soldis quatraginta corton(ensium) pro quolibet tali maleficio no(n)
denumptiato si ip(su)m malefi(ciu)m fuerit sanguinolentu(m) seu si de eo imposita fuit
ipsi malefactori pena quinquaginta librar(um) ut ab inde supra · al(ias) in soldis
decem corton(ensium) pro eor(um) quolibet puniat(ur). ¶ Tali vero denumptiatione
facta p(er) unum ex eis infra dictum secundum t(er)minum tam dicta universitas q(uam)
ceteri singulares ho(m)i(n)es eiusdem universsitatis excepto du(m)taxat tali
sindico et massario ad denumptiatione(m) huiusmodi deputato a dicta pena
totaliter sint exempti. ¶ Hoc intellecto q(uod) quilibet censeatur de
putatus legitimus sindicus ad p(re)dicta q(ui) se pro sindico talis universsitatis
se gesserit. ¶ Addicientes q(uod) si talis sindicus aliquod malefi(ciu)m denum
tiare obmisit primo ab eo recepta et p(re)stita cautione indepnitatis
sue suor(um)q(ue) universsitatis pro ipso maleficio non denumptiato et eo p(re)textu
eaq(ue) intentione ut ip(su)m malefi(ciu)m non denumptiet condepnet(ur) tam ipse
syndicus q(uam) ceteri de ipsa universsitate consci(j) et particepes talis fra
udis int(er) omnes ultra alias penas p(re)dictis ipsi syndico et universsitati
imponendas occasione dicte denumptiationis obmisse in medietate ip(s)ar(um)
penar(um). ¶ Et ad eas solvendas talis syndicus et p(re)dicti alij dicte fraudis
consci(j) et particepes de sua propria pecunia teneant(ur) et compellant(ur).
¶ Ita tam(en) q(uod) dicta pena dicte dimidie in nullo casu excedere ut transcendere
possit penam trecentar(um) librar(um). ¶ Quicu(m)q(ue) tale promissionem et
cautionem faciens dicto sindico puniat(ur) pro quolibet maleficio dicta de causa
non denumptiato in libris quinquaginta corton(ensium). ¶ Et de ipso maleficio
cui denumptiatio talis obmissa fuerit pena debita puniat(ur). ¶ Et quilibet
tale syndicu(m) et alios singulares ho(m)i(n)es dicte fraudis conscios atq(ue) parti
cipes denumptiare et accusare possit et habeat libras vigintiquinque corton(ensium)
de summa condepnationis que ex sua denumptiatione et accusatione dicta occasione camera
[illegible] fuerit. ¶ Et de [illegible] et [illegible] dicti potestas et capitan(eus)
sit quilibet eor(um) quolibet suo [illegible] regiminis inquirere teneat(ur) et repertos
[illegible] in penis p(re)dictis [illegible] condepnare.

142v

olodovice
cattigena [illegible]

De pena universsitatum non capientum malefactores seu receptatum ex banitos. Rubrica CLXXXI

Teneatur quelibet universsitas hominum castrorum et villarum comitatus tuderti
sollicite et pro posse persequi et capere quemlibet malefactorem comictentem
aliquod maleficium in ipsis castris vel villis sive infra ipsorum vel ipsarum tenutas
seu confinia maxime si de tali maleficio rumor insurrexisset. Et ipsum
vel ipsos malefactorem seu malefactores captum vel captos ducere et representare
in fortiam potestatis vel capitanei civitatis tuderti et comunis predicti infra secundam
diem post ipsam capturam ipsa die talis capture in dicto termino dictorum duorum
dierum minime computata. Et si in predictis fuerit negligentes puniatur
quelibet universsitas in cuius castro vel villa sive infra cuius confinia vel
tenutam ipsum maleficium fuerit perpetratum pro quolibet tali malefactore
non capto et non representato ut dictum est in dimidia eius pene in qua
per formam statuti dicti comunis talis malefactor condepnatus fuisset. Et
hec si talis universsitas habet quinquaginta lares et ab inde supra. Si
vero a quinquaginta laribus infra non tamen pautiores viginti laribus
puniatur in tertia parte dicte pene. Si autem habuerit a viginti infra
non tamen pautiores decem puniatur in quarta parte dicte pene. Et
si a decem laribus infra tamen pautiores quinque puniatur in sexta parte
dicte pene. Et si ab inde infra puniatur in octava parte dicte pene.
Dummodo in nullo casuum predictorum talis pena ipsi universsitati dicta de causa
imponenda excedere possit summam sexcentarum librarum cortonensium. Verum si
talis malefactor in penam ultimi supplicii per formam statuti dicti comunis con
depnandus veniret eo casu si talis universsitas habuerit quinquaginta lares
vel ab inde supra puniatur in sexcentis libris cortonensium. Si vero fuerit
pautiores lares eo casu talis universsitas puniatur secundum distinctionem larium
supradictam prout pro rata contigerit de dictis sexcentis libris. Ita
tamen quod si talis malefactor se representaverit [illegible] per formam statuti dicti
comunis contumax esset eo casu talis universsitas ab dicta pena penitus
sit exempta. Et siquis robariam comicteret in aliquo de dictis castris vel
villis seu infra tenutas vel confinia aliquorum ipsorum sive ipsarum et talis
derobator captus et in fortia dicti comunis representatus fuerit ut supra
de aliis malefactoribus dictum est eo casu talis universsitas occasione talis
robarie in nichilo teneatur. Verum si homines talis universsitatis talem
de[illegible] [illegible] ceperint nec representaverint ut dictum est eo casu

talis universitas teneat ad emendationem talium rerum derobatarum. Decernentes quod ad solutionem dictarum penarum in quolibet casuum predictorum. Et ad dictarum rerum dero batarum emendationem teneant omnes viri habitatores talis castri vel ville qui sint etatis legitime et sani mente et corpore. Et qui tunc temporis a tali castro seu villa absentes non fuerint. Et Nulla universitas alicuius castri, vel ville dicti Comitatus aut aliqua specialis persona scienter in in suo castro vel villa sive in domo sua vel sue habitationis receptet aut stare permictat aliquem exbannitum, et condepnatum corporaliter seu condepnatum tantum pro aliquo maleficio in pena ultimi supplicii sive absisionis alicuius sui membri puxe, simpliciter, et precise seu conditionaliter et in defectu alicuius pene pecuniarie non solute sive in aliqua pecuniaria summa tantum a Centum libris supra Dummodo talis condepnatus ipsam condep nationem non solverit, ac etiam a die talis condepnationis elapsi fuerint decem dies ipsa die date sententie condepnationis in dictis decem diebus minime computata. Universitas vero contrafaciens puniatur in Centum soldis corton. pro quolibet lari ipsius universitatis vel loci tam castellanorum quam Nobilium, et sergentium, et aliorum ibidem cum sua familia ha bitantium. Et quod dicta receptatio scienter facta fuerit probetur et probari possit per tres testes deponentes de publica fama, vel de ipsorum propria credulitate, munita probabilibus et verisimilibus presumptionibus coniecturis seu inditiis de quibus an probabilia, et verisimilia sint re sideat in provido arbitrio iudicantis Consideratis circa predicta facti qualitate, et conditionibus personarum tam ipsius receptantis quam receptati et aliis suis debitis circumstantiis. Et quod ipse iudex super predictis Investigandis possit procedere prout sibi videbit expedire ad hoc ut reperiat veritatis de predictis. Preterea quicumque appensate et fraudulenter in alterius preiudicium operatus fuerit quod aliquis de predictis exbannitis et condepnatis, vel condepnatis tantum receptetur in aliquo de predictis locis prohibitis puniatur pro quolibet et qualibet vice in Centum libris corton. ac etiam ipso iure sit et intelligatur infamis. Et easdem penas incurrat quicumque fuerit taliter receptatus. Insuper statuimus quod Nulla persona in Civitate vel Comitatu tiderti scienter associet aliquem de predictis exbannitis, et condepnatis, vel condepnatis tantum sub pena librarum quinquaginta corton. Et quod scienter dicta associatio facta sit

143v

sufficiat probatio supra proxime dicta contra receptantes eosdem ¶ Et quod dicti potestas et capitaneus, et quilibet eorum possit et debeant cognoscere, atque procedere, et repertos culpabiles saltem secundum formam presentis capituli in dictis penis punire.

Ut liceat cuilibet capere exbannitum et de salario capientum et repraesentantium exbannitos. Rubrica.

-clxxxvij

Item statuimus quod cuilibet liceat in civitate et comitatu tudertino capere quemlibet exbannitum et condepnatum comunis tuderti seu condepnatum tantum pro maleficio. Dummodo infra secundam diem a die talis capture inantea numerandam eum ducat et representet in fortiam dicti comunis in die capture in dicto termino minime computata ¶ Et in capiens et representans habeat et habere debeat pro suo premio a dicto comuni duos solidos pro qualibet libra condepnationis talis capti et representati ut dictum est si talis sic captus et representatus fuerit pure simpliciter et precise in aliqua pena pecuniaria condepnatus ¶ Si vero in pena ultimi supplicii fuerit condepnatus pure simpliciter et precise sine conditionaliter et ex defectu alicuius pene pecuniarie non solute, et solvendo non fuerit eo casu habeat talis capiens et representans eundem ut dictum est libras quinquaginta cortonenses ¶ Et si condepnatus fuerit in amputatione sive abscisione alicuius sui membri pure simpliciter et precise sine conditionaliter et in defectum alicuius pene pecuniarie non solute et solvendo non fuerit eo casu habeat talis capiens et presentans eundem ut dictum est libras viginti quinque cortonenses ¶ Que omnia etiam in iudicante sive appositore aliquo de predictis. talis iudicatus sive appositus dicta de causa captus et ductus fuerit in fortiam dicti comunis vendicent sibi locum. Et quod potestas et capitaneus civitatis predicte et quilibet eorum qui inde fuerit requisitus teneantur et debeant ad petitionem talis iudicantis sive appositantis et cuiuslibet alterius familiam suam mictere ad capiendum et in dicti comunis fortiam ducendum quemlibet exbannitum sive condepnatum dicti comunis sub pena librarum centum cortonensium ¶ Et quilibet etiam exbannitus et condepnatus seu condepnatus tantum possit alium similem sibi exbannitum et condepnatum seu condepnatum tantum in dictis civitate et comitatu capere. Dummodo talem captum infra dictum terminum ducat et representet in fortiam dicti comunis. Nobilis nobilem ¶ Et cetera

sergente ¶ Massarius Massarium ¶ Et popularis ciuis popularē
ciuē ¶ Et si Nobilis exbannitus et condepnatus seu condepnat
tantū psonaliť aut pecunialiter aliū Nobilem in simili pena
exbannitū et condepnatū seu codepnatū tantū in dcis Ciuitate
vel Comitatu ceperit et in fortia dci cōis duxerit et repsentauit
ut dcm est, eo casu condepnatio talis capientis et repsentantis
cassari et cancellari debeat de omnibus libris dci cōis ad omnem ipi
requisitione et volutate ¶ Si uero condepnatio talis capti et
repsentati eet minor q̄ codepnatio talis capientis et repsentatis
eo casu condepnatio talis capientis et repsentatis usq3 ad cocurrete
quantitate condepnatois talis capti et repsentati similiter cassari
et cancellari debeat, et in residuo firma remaneat ¶ Si uero
condepnatio talis capti et repsentati eet maior q̄ condepnatio
talis capietis et repsentatis eo casu habeat et hře debeat talis
capiens et repsentans a dcō cōi tantū duos solidos pro qualibet
et de qualibet libra in qua condepnatio talis capti condepnatoem
ipius capientis excederet ¶ Et Nichilominus ipius capietis
condepnatio totaliť casset et cācellet de omnibus libris dci
cōis ¶ Hec intellecto et declarato q̄ [illegible] ea que sup. in pseti
capitulo sunt statuta de dcō premio concedendo exbannito et
condepnato seu condepnato tantū pro maleficio capienti et repse
tanti in fortiam dci cōis aliū exbannitum et condepnatum
seu codepnatum tantū pro maleficio pure simpliciť et pse in aliq̄
pecunie quantitate locum habeat et habē intelligant eo casu du
taxat quo talis sic ut pmictit captus et repsentatus si sua
condepnatio maior fuerit, ut talis sic capientis et repsentati
eidem si ipius capientis et repsentantis condepnatio maior fuit
suam condepnationem soluit camerario dci cōis infra triginta dies
a die repsentatois pdce in antea numerandos ipa die dicte
repsentatois in dcō tmino triginta dierum minime computata
¶ Alioqn talis capiens et repsentans nullū ex dcā captura et repse
tatione pmium consequatur ¶ Set quilibet ipon in carceribus
dci cōis detineat, donec suam condepnationem soluerit, ut donec
una ex ipis condepnationibus que maior sit dcō Camerario soluta

fuerit cum effectu quo casu quilibet eorum adictis carceribus eximatur Non per malefactore
et liberetur, ac etiam beneficium de quo premictitur vendicet sibi locum
¶ Verum si talis captus et representatus ut dictum est pure simpliciter
et precise seu condictionaliter et in defectu solutionis alicuius pecu
niarie pene fuerit ultimo supplicio condepnatus sive in absisione
vel amputatione alicuius sui membri, et post talem capturam et represen
tationem executio sive talis condepnationis in eius persona facta fuerit
eo casu condepnatio talis capientis et representantis si similem per
sonalem penam contineat seu si contineat penam pecuniariam cuiuscumque
summe existit usque in quantitate librarum mille corton inclusive de omnibus
libris dicti comunis debeat cancellari atque cassari ad eius requisitionem
et voluntatem ¶ Et idem per omnia intelligatur de cive populari exbannito
et condepnato seu condepnato tantum capiente et representante alium
civem popularem exbannitum et condepnatum sive condepnatum
tantum ¶ Et de sergente exbannito et condepnato seu condepnato tantum
capiente et representante alium sergentem exbannitum et condepnatum sive condep
natum tantum ¶ Et similiter de massario exbannito et condepnato sive
condepnato tantum capiente et representante alium alium massarium exba
nitum et condepnatum sive condepnatum tantum ¶ Ac etiam locum habeant
predicta omnia si aliquis exbannitus et condepnatus seu condepnatus
tantum minoris sive inferioris status vel condictionis ceperit et repre
sentaverit alium exbannitum et condepnatum sive condepnatum tantum
maioris sive superioris status sive condictionis videlicet massarius sergentem
sive Nobilem vel civem ¶ Sergens Nobilem, vel Civem popularis
Civis nobilem ¶ Non autem econtra videlicet sergens Nobilis, sive civis
massarium ¶ Vel civis sive nobilis sergentem ¶ Vel Nobilis civem
popularem capere et representare possit quo ad hec ut ex ipsa captura et
representatione ab ipso comuni premium aliquod consequatur ¶ Hec etiam intellecto
et declarato quod ea que supra dicta sunt de premio concedendo ...
inventiciem sive appostatura sive per dictam capturam et representationem
in aliquo casum predictorum locum non habeant in inventore ... vel appostatore
sive in capiente et representante aliquem sui ... criminis
illum videlicet cum quo simul ipsum malefitium commisit ...
vel accessione cum occasione ipsi ambo ex...

siue condempnati tantum ¶ Nec etiam locum habeant in exbannitis et condempnatis
siue exbannitis tantum vel condempnatis tantum pro districta palatii siue pro contemptu
mandati vel pro dampno dato seu pro eo quod ad aliquod consilium dicti comunis non
iuerit ¶ Nec etiam in iudicante siue appostante vel capiente et representante
aliquam feminam siue cecum vel mentecaptum siue furiosum in seu quemcumque
alium exbannitum et condempnatum aut exbannitum tantum vel condempnatum tantum
dicti comunis pro aliquo maleficio in decem libris vel ab inde infra aut infra decem
dies post ipsam condempnationem statim de tali condempnato ¶ Et aliis aliis capitulis statuti
dicti comunis de huiusmodi materia loquentibus que in suis casibus vendicent sibi
locum presenti capitulo non obstante.

Qui exbanniti possint impune offendi et qui non. Rubrica. CLXXVIII

Item statuimus quod si quis offenderit aliquem exbannitum et condempnatum siue exba
nitum tantum vel condempnatum tantum comunis tudertini pro homicidio proditione fal
sitate robaria assassinamine furto sedictione priuato carcere pro membro
truncato siue debilitato siue pro stupro commisso cum masculo vel alio graui maleficio
nullam penam patiatur ¶ Et si offenderet exbannitus et condempnatus siue ex
bannitus tantum vel condempnatus tantum dicti comunis pro aliquo alio maleficio a
centum libris supra puniatur talis offendens in quarta parte pene que
per formam alicuius capituli statuti dicti comunis de tali offensa ad imponendam
veniret ¶ Ita intellecto quod predicta vel aliquod predictorum non vendicet sibi locum
in offendente illum cum quo ante ipsam offensam ipse offendens pacem fe
cisset de aliqua offensione vel iniuria quo casu talis offensor puniatur
per inde ac si talis offensus exbannitus siue condempnatus non esset
¶ Nec in offendente patrem vel matrem vel alium eius ascendentem siue
filium vel filiam vel alium eius descendentem vel aliquem alium eius co
sanguineum ex paterna vel materna linea sibi coniunctum usque in tertium
gradum inclusiue. Nec etiam in marito offendente uxorem siue socerum
vel socerum ¶ Vel econtra ¶ In quibus quidem casibus et quolibet eorum
puniatur talis offendens hoc modo videlicet de homicidio in tota ea pena qua
[illegible] puniretur si talis interfectus exbannitus seu condempnatus non esset
¶ In aliis vero offensionibus puniatur talis offensor in dimidia pene que
[illegible] offensione sibi imponenda veniret per formam alicuius capituli
[illegible] comunis si talis offensus exbannitus vel condempnatus non esset ¶ Et ita
[illegible] habeant in exbannitis pro districta palatii siue turbate

tenute, uel pro damno dato in quibus quidem casibus offendens aliquem de predictis pretextu talis exbanniment(i) uel condempnationis a pena nullatenus releuetur.

Exbanniti p(ro) ... tenute uel danno dato ... offendi

De pena patrocinantis pro aliquo exbannito. Rubrica. Clxxviiij

Item statuimus quod nullus audeat uel presumat patrocinari in aliqua curia tudertina super aliqua lite causa uel questione ciuili uel criminali mera uel mixta pro aliquo exbannito uel condempnato communis tuderti pro aliquo malleficio pro cuius indicatione uel appostatione secundum formam capituli dicti positi sub rubrica quod cuilibet liceat capere exbannitum, et de salario capientis et appostantis exbannitos indicantis siue appostantis ipsum exbannitum uel condempnatum acusator indicatoris uel appostatoris deberet recipere aliquid a dicto communi. Contrafaciens uero in centum libris uice qualibet puniatur.

Ut proponatur in consilio populi de executione contra exbannitos facienda et de modo et ordine seruando in ea. Rubrica. Clxxx

Item statuimus quod domini priores populi qui pro tempore fuerint in ipso officio prioratus teneantur et debeant vinculo iuramenti proponi facere per dominum capitaneum populi prima ebdomoda eorum prioratus et ipse dominus capitaneus in ipso consilio ad ipsorum dominorum priorum petitionem proponere teneatur quid placet ipsi consilio prouidere super executione facienda per commune tuderti contra exbannitos et condempnatos communis tuderti pro aliquo malleficio seu condempnatos tantum et in eorum bonis. Ita tamen quod in ipso consilio nichil ualeat prouideri pro executione predicta que per dictum consilium prouideretur inciperetur et fieret prius contra decem ad plus de dictis exbannitis et condempnatis siue condempnatis tantum qui sint maiores magnates et potentes de ciuitate uel comitatu tuderti quorum nominatio et declaratio resideat in prouisione et deliberatione dicti consilii. Et dummodo semper ipsa executio incipiat et fiat contra maiorem et potentiorem ipsorum decem. Et quicquid per ipsum consilium circa dictam executionem seruatum in forma predicta fuerit ordinatum prouisum et reformatum dictus dominus capitaneus ad penam quingentarum librarum cortonensium teneatur exequi cum effectu. Et non decem executione facta similis ordo fuerit in omnibus aliis exbannitis et condempnatis siue condempnatis tantum dicti communis videlicet quod contra maiores et potentiores de decem in decem ipsa executio semper incipiatur et fiat.

De non rebanniendis exbannitis nisi certa forma seruata. Rubrica. Clxxxj

Item statuimus quod nulla persona possit rebanniri uel exbanniri ...

Nec eius condepnatio aliquo colore quesito cancellari tolli suspendi vel quolibet
prorogari per aliquod consilium dicti comunis nisi prius talis persone exbannite
condepnatio camerario comunis tuderti soluta fuerit cum effectu ¶ Et quod nullus
rector vel officialis dicti comunis possit vel debeat de predictis aliqua propositam
facere nec fieri facere vel permictere in aliquo consilio dicti comunis Contrafaciens
vero in quingentis libris denariorum cortonensium vice qualibet puniatur ¶ Nullus
Notarius contra formam predictorum audeat tale propositum scribere ¶ Nullus
etiam audeat arenghare vel ad partitum ponere vel alio modo pro tali con
depnato vel exbannito aliquid dicere ¶ Qui vero contrafecerit in quinquaginta
libris denariorum cortonensium vice qualibet condepnetur ¶ Et nichilominus quicquid in
contrarium factum fuerit et quod ex eo vel ob id fuerit subsecutum non teneat ipso
Iure ¶ Et quod nullus condepnatus dicti comunis pro aliquo maleficio habeat
vel habere possit aliquod officium beneficium sive comodum ab ipso comuni nisi prius
vere solverit suam condepnationem dicto camerario cum effectu ¶ Et si quid
contra fieret sit irritum et inane ¶ Condepnatis occasione distinctionis
sive pro contemptum mandati vel pro dapno dato dumtaxat exceptis

Quod exbanniti et condepnati pro molestatione tenute habeant pro rebannitis ~~pro~~ et liberatis si fuerint concordes cum suis creditoribus. Rubrica. CLXXXII

Item statuimus quod siquis fuerit exbannitus et condepnatus sive condepnatus
tantum comunis tuderti occasione molestationis alicuius tenute date seu concesse
contra eum in aliqua sua re alicui suo creditori per curiam tudertinam pro
aliquo pecuniario debito et postea cum tali suo creditore concordaverit
ex tunc ipso iure habeat et intelligatur liberatus et absolutus a tali
banno et condepnatione ¶ Et nichilominus ad eius petitionem tale suum
bannum et talis eius condepnatio debeat cancellari atque cassari de
omnibus libris dicti comunis.

De pena assumentis aliquam in uxorem contra infrascriptam formam. Rubrica. CLXXXIII

Nullus possit in uxorem assumere aliquam puellam minorem sedeci[m] domne
annis sine presentia et consensu patris legitimi et naturalis sive na
turalis tantum talis puelle si eum haberet ¶ Vel si patrem non haberet
sine presentia et consensu suorum fratrum carnalium masculorum qui etatem excesserint
pupillarem et matris vel saltem duorum suorum fratrum si eos haberet ¶
Et si non habuerit patrem neque fratres carnales masculos unum vel
plures ut supra dictum est sine presentia et consensu duorum suorum proximiorum

146v

consanguineorum etatis perfecte masculorum coniunctorum eidem pupille usque in quartum
gradum inclusive ex linea patria ipsius pupille ac etiam cum presentia
et consensu curatoris ipsius si curatorem habet. Et qui contrafecerit
in libris centum cortonensium vice qualibet puniatur. Et si dos sibi data vel pro
missa pro tali puella excederet quantitatem dictarum centum librarum puniatur
ultra dictam penam usque in summam dicte dotis sibi date vel promisse. Teneatur
tamen dicti eius consanguinei atque curator et quilibet eorum ipsi puelle nubere
volenti consentire si talis eius vir cui nubere vellet fuerit sibi decens ac
bone conditionis. Verum si tali matrimonio noluerint interesse seu si eidem
puelle suum assensum in ipso matrimonio absque aliqua iusta vel rationabili
causa prebere noluerint eo casu tale matrimonium impune ac licite
iudicis nomine contrahatur et contrahi valeat non obstante predictorum vel alterius
eorum absentia vel dissensu.

De lanaiolis. Rubrica. clxxxiij

arte della lana

Item statutum quod nulla persona audeat vel presumat facere vel fieri facere aliquem
pannum de lana in quo sit aliqua mistura pili bovini caprini vel edini
sive alicuius incalcinature. Neque ipsum pannum sic mixtum vendere vel
vendi facere. Et quod lana battuta vel non battuta filatam vel non
filatam tintam vel non tinta in qua esset mistura dictorum pilorum vel
alicuius ipsorum non vendat vel vendi faciat. Siquis vero contrafecerit
in predictis vel aliquo predictorum in decem libris cortonensium vice qualibet puniatur
et nichilominus perdat pannum et lanam predictam. Qui pannus et lana sic inventi
cum mistura pili predicti dentur hospitali karitatis comunis cortonii. Item
quod nulla persona possit neque debeat tignere de luto aliquod genus dictorum
pilorum sub dicta pena. Possit tamen quilibet laborare et laborari facere
pannos de lana pecudina montonina castrina et agnina. Et
quod in dicto panno vel lana non possit mictere seu laborari sive laborari facere
aliquam cardaturam nisi esset de suo proprio laborerio et opere. Non possit
tamen in dicto laborerio mictere cardaturam francescam cuiuscumque laboris sit.
Siquis autem resarciens mactarittia in ipsis mactarattis invenerit lanam
seu capomanam et ipsam sibi retinuerit et eius loco in ipsa mactarattia
pilum immiserit puniatur in dicta pena decem librarum cortonensium et nichilominus
tale dampnum emendet. Et quod de predictis et qualibet predictorum consules
lanaiolorum teneantur et debeant [illegible] sub pena [illegible]

C dano dato

soldorum corton pro quolibet eorum ad minus ter in Anno inter homines dicte artis sollepnem inquisitionem facere de facientibus contra predicta vel aliquod predictorum Et quemlibet repertum culpabilem denumptiare potestati ut Capitaneo dicte Civitatis qui eum secundum formam presentis capituli condempnet ¶ Et ad predicta teneantur dicti potestas et Capitaneus et quilibet eorum qui inde fuerit requisitus sub vinculo iuramenti et ad penam vigintiquinque corton aliquo in contrarium non obstante

De pena portantis pannum ad Gualcandum extra Civitatem tuderti. Rubrica. CLXXXV

Item constituimus quod nullus portet ut portari faciat aliquem pannum ad Gualcandum extra Comitatum tuderti ad penam decem soldorum corton pro quolibet contrafaciente ¶ Et dominus potestas et Capitaneus Civitatis tuderti predicta bampniri faciant per Civitatem Tuderti saltem semel infra primum mensem sui regiminis.

De forma electionis officialis damnorum datorum et viarum fontium pontium. Rubrica. CLXXXVI

Item statuimus quod domini priores populi tudertini qui pro tempore fuerint teneantur et debeant facere adunari de mense Januarii Consules illarum artium qui secundum formam statuti dicti comunis debent adesse electionibus dominorum priorum dicti populi ¶ Et una cum ipsis consulibus Et ipsi Consules una cum ipsis dominis prioribus eligere et nominare unum bonum et expertum officialem licteratum qui secum habere debeat duos notarios unum equum et quatuor Baroviarios ¶ Qui officialis habeat officium damnorum datorum et [illegible] viarum fontium et pontium Civitatis et Comitatus tuderti Cum salario pactis et condictionibus de quibus et prout ipsis dominis dominis prioribus Et consulibus visum fuerit convenire ¶ Qui officialis teneatur et debeat facere eligi per qualibet Communitate et universitatem singulorum castrorum et singularum villarum dicti Comitatus et etiam infra seratas Civitatis tuderti Custodes secretos qui denumptient quemlibet dapnum dantem in quibuscumque bonis existentibus in locis eis commissis et assignatis ¶ Et generaliter omnia faciant atque et prout tenentur per formam statuti dicti comunis.

De modo procedendi super libellis damnorum datorum. Rubrica. CLXXXVII

Item statuimus quod quandocumque aliquis aliquem accusaverit de dapno dato qui [illegible] sibi datum teneatur et debeat statim accusans in ipsa porrectione [illegible] accusatoris ipsam accusationem dimictere penes unum de notariis curie [illegible] comunis tuderti ut apud alium qui ad huiusmodi officium fuerit deputatus, qui accusationem idem notarius sive officialis insilleare teneatur et ea sic porrecta et insilleata possit super ea expensis tamen

147v

accusantis ante Iuramentum calupnie seu responsione ipius accati unica citato
fiat de tali accato et in ultra ¶ Quam quidem accatus si in termino citationis pre
Comparuerit cogatur per Iudicem maliorum uel alium officialem qui de ipsa accatione
cognosceret ipi accationi respondere ¶ Si uero in dicto termino non comparuerit
non possit amplius super ipa accatione procedi nisi primus de calupnia super
ipa accatione per ipm accatorem fuerit prestitum Iuramentum. ¶ Et eo iure
prestito super ipa accatione procedat secundum formam tacti dicti capitis ¶ Et si secus
factum fuerit talis processus non teneat ipso iure quinimmo talis accatus
ab instantia dicte cause liberetur ¶ Et iudex uel officialis qui contra uel
preter dictam formam contra talem accatum processerit, et notarius qui tale
processum scripserit in uigintiquinque libris corton pro quolibet eorum tempore
eorum sindicatus per ipsorum sindicatorem condempnetur ¶ Et nichilominus talis
accator qui contra uel preter dictam formam contra predictum accatum processerit
fecerit eidem accato in uiginti soldis corton per officialem quemcumque dicti
comunis Iurisdictionem habentem qui de hoc per talem accatum requisitus
fuerit condempnetur.

De pena dapnum dantis cum Bestiis uel aliis animalibus in rebus alterius, Et quod liceat moderate uerberare custodes Bestias dapnum dantes. Rubrica. ·CLXXXVIII·

Item statuimus, quod si aliquod animal alicuius dapnum intulerit in Blado
uinea Canape Orto Canneto Silua Groco uel Salceto alicuius presente
uel absente domino talis animalis puniatur dominus talis animalis in penis
infrascriptis, uidelicet pro equo, uel mulo si de die in soldis decem corton
si de nocte in uiginti soldis ¶ Pro boue uel somaria in tribus soldis si
de die ¶ Si uero de nocte in quinque soldis ¶ Pro porco si dapnum dederit
in Groco de die uel de nocte in decem soldis ¶ Si uero in uinea dum sunt
ibi uue siquidem de die in soldis uiginti et si de nocte in soldis Quadraginta
¶ Si uero [illegible] in Blado canape, orto canneto, silua uel salceto uel
in uinea [illegible] sunt ibi uue in tribus soldis si de die et si uero de nocte
in quinque soldis ¶ [illegible] est de porco dapnum dante
in uinea [illegible] ibi [illegible] [illegible] soluat [illegible]
soldis ¶ Pro capra in quatuor soldis ¶ Pro pecude in duobus denariis
¶ Pro pullo gallinacio in tribus denariis ¶ Pro ocha uel anetra in sex denariis
¶ Et si plura fuerint pro quolibet tali animali pena integra persoluatur

Secundum distinctionem et veritatem predictam. ¶ Siquis vero occiderit porcum vel pullum gallinaceum, ocham vel anetram in re sua vel a se possessa sive conducta, dum in ea sibi dapnum inferret, nulla pena patiatur. Dummodo tale animal mortuum restituat illi cuius esset ipsa die vel sequenti qua ipsum occiderit. ¶ Et si questio esset utrum tale animal aliquis occiderit in tali re et dum ibi dapnum inferret an vero alio loco vel tempore, de hoc credatur et stetur sacramento talis occidentis, nisi in contrarium probaret legiptime ipsum alibi vel alio tempore occidisse. ¶ Siquis autem per se ipsum dapnum intulerit devastando herbas, si de die in quinque soldis, si de nocte in decem soldis cortonensium puniatur. ¶ De guastis vero fructuum arborum, terrarum, vinearum, ortorum, silvarum, cannetorum et salcetorum condempnetur committens in decem soldis cortonensium. ¶ Et nichilominus in quolibet suprascriptorum et infrascriptorum casuum tale dapnum passo ad ipsius emendationem condempnetur. ¶ Et de suprascriptis dapnis sive guastis accusare possit et alia predicta licite et impune facere tam dominus ipsius rei quam etiam quasi dominus ac usufructuarius et usuarius et emphyteota sive conductor talis rei seu partiarius colonus. ¶ Preterea volumus quod de illatione ac etiam extimatione talis dapni sive guasti stetur et credatur iuramento cuiuslibet predictorum, nec non custodis sive laboratoris talis rei, etiam si fuerit de familia alicuius predictorum de tali dapno sive guasto conquerentis, videlicet usque in quantitate soldorum viginti cortonensium si tale dapnum illatum fuisset sive illatum fuisse diceret in vinea vel orto dum essent ibi fructus. Et usque in soldis decem si in loco alio vel alio tempore illatum esset sive illatum fuisse diceret. ¶ Nisi rectori vel officiali qui de tali dapno vel guasto cognosceret ex aliqua probabili ratione contrarium videretur.

¶ Ceterum si talis accusator sive custos vel laborator huiusmodi iuramentum prestare noluerit, eo casu talis accusatus possit se suo iuramento a tali accusatione purgare. ¶ Si vero laborator sive custos talis rei tale dapnum intulerit, condempnetur [?] in quadraginta soldis cortonensium si dominus talis rei seu alius predictorum pro quo eam laboraret vel custodiret placuerit.

¶ Item quilibet possit pecorarios et custodes silvarum ac bestiarum [illegible] licite et impune verberare, dummodo cum moderamine si bestias [illegible] invenerit in re sua vel a se possessa sive conducta

Nota de animale [occiso] in possessione sua

dapnum inferre possit licite et impune auferre et secum ducere et retinere
donec ipsum dapnum sibi fuerit integre emendatum cum expensis per
eum factis in ipsis bestiis pascendis ¶ Liceat quoque ei qui tale
dapnum passus fuerit similiter res alias quas tales guastatores
sive talis dapni illatores tunc apud se haberent licite et impune
ab eis auferre, et eas apud se retinere donec ipsum dapnum sibi fuerit
integraliter emendatum ¶ Item si quis abstulerit linum, vel canapem
aliquem de aqua vel alunde si de die in centum soldis si de nocte
in decem libris cortonensium puniatur ¶ Verum si aliquis accusatus fuerit
de dapno vel guasto illato cum aliquibus bestiis et probaverit se
tales bestias non habuisse de quibus accusatus erit, eo casu ad penam
aliquam minime teneatur ¶ Item quod nullus possit accusare in aliquo
libello ultra quam tres simul de dapno vel guasto ¶ Nec una et
eadem die possit ultra quam unum libellum accusatorium in huiusmodi
materia porrigere ¶ Item quicumque abstulerit aliquas bestias per
eum inventas dapnum inferre in re sua vel a se possessa sive con-
ducta teneatur denumptiare et notificare illi, vel illis cuius vel
quorum erunt ipse bestie ipsa die qua eas abstulerit sive die proxima
subsequenti ¶ Quod si non fecerit teneatur postea reddere ipsas bestias
illi vel illis cuius sive quorum erunt ad requisitionem eorum ¶ Ac etiam
eo casu ad talis dapni emendationem tales, sive talis cuius vel
quorum ipse bestie fuerint minime teneantur sive teneatur ¶ Ceterum
si quis aliquem fraudulenter sive malitiose et contra rei veritatem
accusaverit de dapno dato quod probari possit per quatuor testes ha-
bitantes in castro vel villa in cuius tenuta tale dapnum dicentur
illatum, seu si ibi tot habitatores non erunt per alios testes idoneos
habitantes in loco ibi magis propinquo usque in dictum numerum
quatuor testium computatis in dicto numero habitatoribus eius
loci in quo tale dapnum dicentur commissum si qui in ipso loco habitent
deponentes ipsam accusationem secundum eorum credulitatem fraudulenter
seu malitiose et contra rei veritatem factam esse eo casu talis ac-
cusator in viginti soldis cortonensium puniatur Et nichilominus
super tali accusatione ulterius minime procedatur ¶ Ceterum vero
[illegible] non habeant eo casu quo venerit accusator [illegible]

Nota quod nullus possit accusare cum uno libello plus quam tres simul

Nota de accusante [illegible] fraudulenti [illegible]

149

de tali dapno per unum testem deponentem de visu seu si legitime pro
bauerit de aliquibus verisimilibus inditiis presuptionibus vel coniecturis
ex quibus animum iudicantis probabiliter induci et informari possit
et debeat ad credendum et presumendum ipsam actam fore veram ¶ Et
quilibet actor possit renuntiare ipsi accusationi quandocumque voluerit
ante sententiam ¶ Decernentes quod in causis dapnorum datorum agi possit
simul civiliter et criminaliter super eodem libello et per eandem sententiam reus
possit et debeat condempnari tam ad emendationem quam ad penam sibi applicandam [illegible]
etiam dapnum passo ad sui dapni emendatione non obstante iure aliquo quod
in contrarium loqueretur

De pena dapni dati in ortis vel vineis et deferentium uvas et de aliis ad dictam materiam pertinentibus. Rubrica. Clxxxiiii

Item si quis intraverit vinea sive ortu alterius tempore quo ibi sint fructus si
dapnum non dederit in viginti soldis corton puniatur ¶ Si vero ibi dapnum
dederit si de die in quadraginta soldis si de nocte in centum soldis corton
puniatur et dapnum emendet ¶ Et de hec credatur et stetur iuramento domini vel quasi
domini sive usufructuarii vel possessoris sive emphiteote vel conductoris talis
rei sive sui laboratoris vel custodis usque in summam viginti soldorum corton et
plus ¶ Item quod nullus deferat ficus vel alios fructus de nocte post tertium so
num campane usque ad diem ¶ Contrafaciens vero si de sua possessione in
viginti soldis si de aliena in quadraginta soldis corton puniatur ¶ Et si quis
[illegible] detulerit uvas de vinea alterius de nocte in decem libris corton puniatur
et quilibet custos teneatur eum accusare ¶ Et qui talem accusaverit habeat medietatem
pene que dicta de causa et ex ipsius [illegible] in cameram comunis tuderti devenerit
¶ Nullus etiam de die deferat de vinea sua vel aliena uvas sine licentia pote
statis vel capitanei civitatis tuderti vel aliorum officialium dicti comunis qui ad
hec fuerint deputati qua licentia dare teneantur de uvis maturis cuilibet
postulanti et deferre volenti de vinea sua vel de aliena cum voluntate tamen
cuius esset seu ad quem pertineret quolibet die [illegible] usque in illa quantitate
[illegible] [illegible] rectoribus sive officiali vel eorum alteri qui de hec requisitus
fuerit [illegible] [illegible] conveniens ¶ Contrafaciens vero deferendo ultra unam
[illegible] [illegible] uvas inclusive absque licentia predicta in [illegible] decem
[illegible] [illegible] [illegible] qualibet [illegible] ultra unam deferre [illegible] qualibet puniatur
¶ [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] licentia [illegible]

149v

de ipsa possessione videlicet expellendo seu eum ad ipsam dimictendam et derelinquendam per metum et terrorem cogendo. ¶ Qui uero contrafecerit ad restitutionem et reintegrationem possessionis predicte taliter ea spoliato siue priuato et omnis sui dampni et interesse refectionem. Et nichilominus communi tuderti in duplum extimationis talis rei vice qualibet condepnetur. ¶ Ita tamen quod ipsa pena dicto communi applicanda summam quingentarum librarum cortonensium non transgrediatur nec esse possit citra uel infra summam quinquaginta librarum dicte monete. ¶ Et in dicto casu possit contra talem malefactorem simul procedi tam ciuiliter quam criminaliter et super utroque per eandem sententiam possit et debeat condepnari non obstante aliquo iure in contrarium loquente.

De pena inferentis aliam violentiam turbatiuam et inquietatiua Et quod accusatus non teneat dare fideiussorem. Rubrica.

Item statuimus quod nullus per se uel alium alterius tenutam siue possessionem alicuius rei immobilis molestet uel inquietet aut inuasionem aliquam turbatiuam seu inquietatiuam inferat uel inferri faciat. ¶ Qui uero contrafecerit tali molestato siue inquietato ad dimictendum eumdem ipsam tenutam siue possessionem pacifice ac libere habere et tenere et ad reficiendum sibi omne suum dampnum et interesse. Et nichilominus communi tuderti in tertia extimationis ipsius rei molestate uel inquietate vice qualibet condepnetur. ¶ Dummodo ipsa pena dicto communi applicanda quantitatem centum librarum cortonensium non transcendat seu excedat. Nec esse possit citra uel infra summam viginti quinque librarum cortonensium. ¶ Et in dicto casu procedi possit contra talem malefactorem simul ciuiliter et criminaliter. Et per eandem sententiam super utroque possit et debeat condepnari. ¶ Non obstante iure aliquo quod in contrarium loqueretur. ¶ Decernentes et declarantes quod taliter accusatus uel inquisitus non teneat dare aliquem fideiussorem causa uel occasione talis accusationis uel inquisitionis. ¶ Ita tamen quod sic accusato uel etiam inquisito si de tali violentia fuerit inquisitum liceat infrascriptas renuntiationes facere quandocumque voluerit siue coram ante responsionem ipsius rei uel infra decem dies post ipsam responsionem ipsa die dicte responsionis in dicto termino non computata videlicet per talem dictum fatorem ipsi accusatori. Et per talem

Renuntiatio.

accusatum uel Inquisitum cum suo Iuri quod habebat seu quod habere se dicebat in re ipsa ¶ Qua renuntiatione ab alterutra dictarum partium facta ut dictum est Iudex qui de tali causa cognosceret interloquendo pronuntiet et pronuntiare teneatur super ipsa accusatione uel Inquisitione non esse ulterius procedendum ¶ Hoc etiam Intellecto quod talis accusatus uel Inquisitus qui semel dicto modo renuntiauerit ulterius renuntiare non possit. Nec eius pretextu a pena in aliquo releuetur.

De pena Inferentis alicui aliquam violentiam in re mobili uel se mouenti. Rubrica. .cxlj.

Item statuimus quod nullus inferat alicui in tenuta et possessione alicuius rei mobilis seu se mouentis aliquam violentiam. ¶ Qui uero contrafecerit condempnetur violentiam ipsam passo ad restitutionem et reintegrationem sue detentionis seu possessionis dicte rei cum integra refectione sui dampni et interesse et communi tuderti in uerum ipsius extimationem. ¶ Dummodo pena dicto comuni applicanda non possit esse citra uel infra summam centum librarum cortonensium ¶ Alio semper statuto loquente de crimine robbarie et de pena derobantis cui per presens capitulum non Intendimus neque uolumus in aliquo derogari. ¶ Et in dicto casu contra talem malefactorem simul procedi valeat tam ciuiliter quam etiam criminaliter et super utraque per eandem sententiam Idem malefactor possit et debeat condempnari non obstante Iure aliquo quod in contrarium loquatur

De pena Intrantis tenutam datam contra eum. Rubrica. .cxlij

Item statuimus quod nullus debitor contra quem suo creditori res aliqua auctoritate alicuius Iudicis siue officialis comunis tuderti de[...] sui assignata fuerit in tenuta pro aliquo pecuniario debito [...] ipsam intret contra voluntatem talis sui creditoris siue post prohibitionem sibi factam ex parte talis Iudicis siue officialis ad petitionem [...] sui creditoris ¶ Et si contrafecerit uice qualibet decem libris [...] cortonensium condempnetur.

De pena Euntis per rem alterius post prohibitionem sibi factam. Rubrica. .cxliij

Item statuimus quod nullus uadat uel mictat per rem alterius postquam fuerit sibi prohibitum nisi de Iure sibi liceat ¶ Et qui contrafecerit in uiginti solidis cortonensium uice qualibet puniatur ¶ Et de

tali prohybitione stet iuramento accatoris. ¶ Si vero talis [illegible]
uerit rem esse uel fuisse talis accatoris sufficiat ipsi accatori [illegible]
emptionis uel alterius legiptime acquisitionis talis rei cum iuramento [illegible]
sui laboratoris asserentis se pro tali accatore et eius nomine [illegible]
laborare tenere et possidere seu si probaret per unum testem deponentem
de possessione talis accatoris. ¶ Si autem talis accator legiptimo modo
de suo dominio seu possessione probauerit eo casu talis accatus propter suam
negationem puniatur in duplum pene predicte.

De pena prohibentis uel minantis rem laboratori, uel aliquem offendentis occasione labority uel alicuius alienationis. Et de modo probandi. Rubrica.

.C.xviii.

Item statuimus quod nullus colonum partiarium aliquius siue inquilinum uel emphyteota siue alium [illegible] rem aliquam imobilem
pro alio seu alterius nomine quocumque detinentem uel laborantem molestet
vexet uel inquietet dicto uel facto directe uel indirecte, expresse uel
tacite per se uel alium quoquo modo adhec ut talis colonus inquilinus
emphiteota laborator seu tenimentarius rem ipsam colere habitare usufructare
gubernare uel tenere non audeat. Contrafaciens vero in
libris [illegible] sex Cortonen. [illegible] vice qualibet condempnetur. ¶
Et si [illegible] de causa siue occasione talis res inculta siue inhabitata remaneret
totaliter uel pro aliqua parte seu quod solita pensio reddi
obuentio siue fructus ex ea uel ob eam percepta siue percepturus non
fuerit condempnetur talis malefactor ultra penam predictam domino seu possessori
talis rei et etiam tali colono inquilino emphyteote uel alio tenimentario
et cuilibet alteri cuius interesset in quadruplo totius sui dapni et interesse
quod quilibet eorum dicta de causa passus esset. ¶ Si quis vero dicto uel facto qualitercumque
alium offenderit uel offendi fecerit ex eo quod ipse offensus rem
aliquam ipsius offensi siue ad ipsum offensum pertinentem alteri vendiderit
donauerit locauerit comodauerit aut quouis alio titulo in alium
transtulerit siue alii quoquo modo concessisset seu talis rei emptorem
conductorem uel quouis alio titulo receptorem ex eo quod ipsam [illegible]
conduxerit uel alio quouis titulo receperit puniatur in qualibet [illegible]
casuum, et qualibet vice in quadruplo eius pene [illegible]
per formam statutorum [illegible] imponeretur. ¶ [illegible]

[...]ssum per ipsum iudicantem eidem malefactori iniungat et expresse precipiat
ne de cetero similia audeat perpetrare sub comminatione dictarum penarum
et aliarum suo arbitrio imponendarum eidem. ¶ Et siquis postquam de talibus
malleis vel aliquo eorum punitus fuerit simile malleum iterato commiserit pu-
niatur iterum pro qualibet vice in pena suprascripta et etiam gravius
arbitrio iudicantis. Consideratis in predictis semper talis facti qualitate
et conditione persone talis malefactoris et aliis circumstantiis opportunis.
¶ Et ad faciendum fidem de predictis malleis et quolibet eorum sufficiat testimonium
quinque testium fidedignorum deponentium de publica fama. ¶ Et quod pote-
stas et capitaneus et quilibet eorum de dictis malleis et quolibet eorum
teneantur diligenter et sollicite inquirere et investigare modis omnibus
quibus poterint et repertos culpabiles in penis predictis punire. ¶ Et si pro-
eorum negligentia fuerit in predictis vel aliquo predictorum penam librarum quinquaginta
denariorum corton[ensium] ipso facto se noverint incursurum.

De pena syndicorum et comunitatum non denuntiantium minas et violentias inferentes — Rubrica. LX

Item statuimus quod quilibet syndicus cuiuslibet castri vel ville comitatus cor-
tonensis teneatur et debeat denuntiare et referre in scriptis domino potestati
vel capitaneo civitatis cortone quemlibet committentem seu committi
facientem in territorio talis castri vel ville cuius ipse erit syndicus
aliquam violentiam de hiis de quibus fit mentio superius in capitulo
quod incipit hominem liberum et cetera posito sub rubrica de pena
capientis hominem liberum et cetera. ¶ Et in alio capitulo quod incipit
Item statuimus quod nullus per se vel alium aliquam possessionem alicuius [...]
posito sub rubrica de pena inferentium aliquam violentiam [...]
¶ Et in alio capitulo proximo precedenti quod incipit Item statuimus quod
nullus [...] posito sub rubrica de pena prohibentis vel
[...] infra triginta dies ad [...] commissum
[...] mallea vel aliquod eorum sive [...] verisimiliter [...]
[...] et debuerit [...] mallea sive malleum in dictis [...]
[...] fuisse in eorum [...]. ¶ Et si vero talis syn-
dicus in dictis denuntiationibus [...] seu negligens erit pu-
niatur [...] decem [...] pro qualibet [...] per eu[m]
[...] ut dictum est. ¶ Et [...] casu [...]

et debeat quilibet vir habitator talis castri vel ville et etiam quicumque
cuius tudertinus ibi continue habitans cum sua familia similiter denuntia-
tionem et relationem facere infra alios triginta dies post predictos alios
triginta dies elapsos immediate sequentes. Qua denuntiatione
facta per aliquem ex eis nulla pena dicta occasione talis universitas
patiatur. Alioquin dictis terminis elapsis quilibet talis habitator
ipsius castri vel ville qui fuerit etatis legiptime ac sanus mente
et corpore puniatur pro quolibet tali maleficio non denuntiato ut predicitur
in decem solidis corton. Ita tamen quod dicta occasione si in aliqua
domo plures quam duo in ipso castro vel villa similiter habitaverint
non possint nisi pro duobus puniri. Cum pene nullam personam
miserabilem volumus subiacere.

Qui suppositus puniatur pro non supposito minas vel vio-
lentias inferente. Rubrica. · C XI

Item statuimus quod siquis tudertinus non suppositus iurisdictioni
comunis tuderti in civilibus et criminalibus contra aliquem
tudertinum suppositum iurisdictioni predicte commiserit aliquod de-
predictis maleficiis contentis in precedentibus capitulis de quibus fit mentio
in capitulo supra proxime precedenti teneatur eius proximior consangui-
neus masculus ex linea paterna usque in secundum gradum subiectus
iurisdictioni predicte dicti comunis pro tali eius consanguineo non subiecto
penam solvere que eidem de tali maleficio imponeretur si dicte iurisdictioni
esset subiectus. Salva semper ecclesiastica libertate cui per presens
capitulum non intendimus neque volumus in aliquo derogari.

De pena corrumpentis sive corrumpere attemptantis car-
naliter aliquam honestam mulierem. Et quod in hoc casu ma-
gnates magis puniantur. Et quod capiens talem mulierem
in uxorem totaliter sit impunis. Rubrica. C XII

Item statuimus quod nullus violenter carnaliter corrumpat sive
corrumpere acceptet aliquam honestam mulierem. Qui vero
contrafecerit si fuerit popularis i. pro populari habitus secundum
formam statuti dicti comunis et talis mulier fuerit virgo sive nupta
in ducentis libris corton. puniatur. Si vidua in centum libris
corton. Si autem non violenter puniatur in ...

penarum in quolibet casuum predictorum. Et quod in dictis casibus et quolibet eorum contra talem malefactorem sufficiat probatio quatuor testium deponentium de publica fama cum aliquibus probabilibus et verisimilibus iudiciis presumptionibus sive coniecturis. Si vero talis malefactor fuerit magnas et potens de civitate vel comitatu tuderti pro magnate et potente habitus secundum formam statuti dicti comunis et talis mulier fuerit filia, soror, vel uxor alicuius popularis civitatis vel comitatus tuderti, i. pro populari habiti secundum formam statuti predicti, puniatur in quolibet dictorum casuum in duplo dictarum penarum. quod duplum hoc casu actione et potestate presentis capituli haberi et esse decernimus loco simpli. Si autem predicta maleficia vel aliquod eorum commissa fuerint seu commissum fuerit intra domum habitatoris talis mulieris puniatur talis malefactor in quolibet dictorum casuum in libris quinquaginta cortonensium ultra penas supradictas. Et nichilominus puniatur de aliis excessibus quos tunc in ipsa domo commisisset secundum formam statuti dicti comunis. Ista tamen quod potestas sive capitaneus civitatis tuderti vel aliquis eorum iudex sive alius non possint nec debeant de predictis maleficiis vel aliquo eorum cognoscere nec procedere nisi per viam accusationis et denumptiationis facte de tali maleficio per ipsam mulierem seu eius maritum, patrem, filium, matrem vel fratrem carnalem si ipsos vel aliquem ipsorum talis mulier haberet. Alioquin per proximiorem consanguineum ipsius usque in secundum gradum inclusive ex linea patrina sive matrina. Seu hiis deficientibus per quemcumque alium proximiorem eius consanguineum ex patrina sive matrina linea. Quodque nullus syndicus alicuius castri vel ville dicti comitatus neque aliquis alius qui per formam statuti dicti comunis teneretur denumptiare maleficia ad denumptiandum huiusmodi maleficia teneatur. Et si denumptiaverit eorum denumptiatio non admictatur nec super eis procedi possit vel debeat quoquo modo. Hoc intellecto quod si tale maleficium fuit contra aliquam virginem sive viduam perpetratum et talis malefactor eam in uxorem acceperit de consensu consanguineorum [illegible] talis [illegible] eo casu talis malefactor nec de tali maleficio nec de introytu [illegible] fecisset [illegible] de causa in domum habitatoris talis [illegible] nec etiam de percussionibus per eundem in talem mulierem [illegible] illatis ullatenus puniatur. Capitulo

Non procedi contra corruptores mulierum virgines sive maritatas nisi ad denumptiationem seu accusationem mulieris vel virorum ut in capitulo continetur

Et si talis malefactor tempore ipsius matrimonii contracti [illegible] exbannitus et condepnatus vel condepnatus tantum de tali maleficio extitisset, eo casu redimatur et liberetur ab ipso banno et condepnatione. ¶ Et quod ad omnes petitionem tale bannum talisque condepnatio absque aliqua solutione vel [illegible] supra debeat cancellari. ¶ Et predicta omnia dicti potestas et capitaneus ad petitionem talis exbanniti et condepnati, sive condepnati tantum in casu predicto fieri et exequi facere teneantur. ¶ Ceterum si tale matrimonium ad petitionem talis malefactoris fuerit postmodum pronumptiatum et declaratum esse et fuisse nullum, ex aliqua etiam iusta causa, eo casu predictis non obstantibus nec etiam aliquo lapsu temporis talis malefactor de omnibus predictis malleficiis puniatur. ¶ Quod capitulum omnibus aliis capitulis statuti dicti comunis, et cuilibet alii iuri in contrarium loquentibus volumus prevalere.

De sodomitis et eorum pena. Rubrica. .C.XIII.

Item statuimus, quod potestas et capitaneus civitatis tuderti et quilibet eorum teneantur semel mense sui regiminis facere inquisitionem sollepnem contra omnes et singulos nefandam libidinem cum masculis exercentes eorumque lenones, et super ipsa inquisitione debeant examinare ad minus quinquaginta testes fidedignos de civitate tuderti, et repertos culpabiles propalare et manifestare debeant in publica contione, necnon eorum quemlibet in centum libris cortonensium condepnare. ¶ Et si talis condepnatus ipsam condepnationem solvere non poterit ligatus membris genitalibus fustigetur per civitatem tuderti et deinde de dicta civitate et eius districtu eiciatur adeo quod ad ipsam civitatem vel eius districtum imperpetuum non redeat sub pena predicta. ¶ Et quod contra talem malefactorem procedi possit et debeat ad torturam si de ipso maleficio probatum fuerit contra eum saltem per duos testes de publica fama, seu in contra eum extent indicia que de iure sufficiant ad ipsam questionem seu torturam habendam.

De hereticis et salmaticis, et eorum receptatoribus. Rubrica. .C.XIIII.

Nullus hereticus seu salmaticus cuiuscumque generis seu [illegible] censeatur, audeat stare seu morari vel habitare in civitate [illegible] districtu tuderti. ¶ Nec quisque eum in civitate [illegible] debeat receptare. ¶ Contrafacientem vero per potestatem [illegible] per civitatem [illegible] [illegible]

De pena blasfemantis deum [illegible] sanctos. Rubrica. CXV

Item statuimus quod nullus audeat vel presumat maledicere vel
blasfemare deum vel beatam virginem mariam aut aliquem
sanctum vel sanctam dei aliquo modo vel causa. ¶ Contrafaciens
vero in blasfemando vel maledicendo deum vel beatam virginem
mariam in libris centum cortonensium. ¶ Et si aliquem sanctum vel
sanctam dei in quinquaginta libris cortonensium vice qualibet puniatur.
¶ Et quilibet possit talem accusare et denumptiare et nomen ipsius
denumptiatoris et accusatoris teneatur secretum et habeat medietatem
banni predicti pro eius denumptiatione vel accusatione in camera com-
munis perveniat. ¶ Quam penam si talis malefactor solvere non
poterit et in fortiam communis [illegible] fuerit seu aliquo tempore postea
venerit amputetur ei lingua. ¶ Et quod potestas et capitaneus
civitatis cortone teneantur de predictis inquirere quolibet mense et
culpabiles repertos in penis predictis punire.

De pena iurantis per corpus vel aliqua membra Christi matris vel sanctorum eius etc. CXVI

Item statuimus quod nulla persona decetero iuret per budellas
per fecita per ventriculos vel alia interiora sive viscera
omnipotentis dei domini nostri Ihesu Christi vel beate Marie virgi-
nis matris eius. ¶ Contrafaciens vero in quolibet dictorum
casuum in libris decem cortonensium vice qualibet puniatur. ¶ Et
si aliquis [illegible] predictis modis iuraverit contra reverentiam alicuius
sancti vel sanctarum dei vel per corpus sive sanguinem vel
[illegible] omnipotentis dei domini nostri Ihesu Christi seu per alia [illegible]
[illegible] quolibet pro quolibet tali mallo in quatraginta soldis
puniatur. ¶ Quarum penarum medietas sit communis cortone
et alia sit accusatoris sive denumptiatoris. ¶ Et dicte pene
duplicentur in quolibet dictorum casuum si predicta vel aliquod predictorum
commissa fuerit seu commissum fuerit aliquo de infrascriptis diebus
videlicet in die nativitatis domini nostri Ihesu Christi vel eius vigilie
vel in die veneris sancta vel in die pascatis resurrectionis
domini nostri Ihesu Christi vel eius vigilie. ¶ Quod si dictam penam
[illegible] [illegible] casuum talis malefactor non solverit infra

153v

Infra decem dies a die talis condepnationis de eo fieri [illegible] die de facte
condepnationis in dicto termino nomine communis publice fustigetur
per omnes stratas Civitatis tuderti. ¶ Et de pena quilibet valeat den
sare et dempnare et habeat medietatem banni, quod ex eius denuntiatione
vel devictione in Camera dicti comunis pervenerit.

De ordine Cipporum et secretorum Custodum contra Jurantes per Corpus vel aliqua membra Xpi matris vel deorum. Rub. [illegible]

Item statuimus ut contenta in precedentibus proximis duobus capitulis
cessent, quod in palatio dominorum potestatis et Capitanei Civitatis tuderti et [illegible]
expensis comunis tuderti fiat quidam cippus de ligno cum clave et serra [illegible]
tura ¶ Quam clavem dicti palatii Camerarius Camere dicti comunis
et cuiuslibet de Ecclesie sacerdos ipsius ecclesie penes se debeat conservare
¶ Et quod domini priores populi qui pro tempore fuerint eligant in qualibet
parochia cuiuslibet ecclesie [illegible] Civitatis [illegible] numero qui eis videbitur
expedire secretos custodes quorum quilibet [illegible] debeat expensis dicti
comunis quoddam sigillum [illegible] ¶ Qui custodes [illegible] assignare
omnes et singulos qui contrafecerint in aliqua predictorum hoc modo [illegible]
quod in quadam cedula sigillata dicto sigillo scribant nomen illius quem
cognoverint contrafacere in aliquo predictorum ¶ Et [illegible]
[illegible] scriptus [illegible] cedula sigillata ut [illegible] eandem [illegible]
[illegible] vel blasfemaverit deum vel beatissimam [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sanctam [illegible] beatissi
[illegible] ¶ [illegible] iurantis contra [illegible]
me Marie virginis in [illegible] ¶ Et si contra [illegible]
alterius sancti vel sancte dei in [illegible]
[illegible] penam ¶ Et [illegible]
[illegible] scriptus fuerit [illegible]
[illegible] comprehensus ¶ [illegible]
[illegible] quolibet [illegible] notariis [illegible] ¶ [illegible]
[illegible] quolibet [illegible] et quolibet Cippum faciant aperiri
[illegible] notariis aliquem [illegible] invenerint ut [illegible]
scribet nomen eius et [illegible]
[illegible] ¶ Faciant [illegible] Rectores quolibet [illegible]
Cippum sui palatii aperiri et [illegible]

ut dictum est simili modo de eo procedat ut superius continetur.
Et predicti domini priores predicti sollicite fieri facere teneant vinculo iu
ramenti. Quam penam contrafaciens si non solverit fustigetur circu
circa per [illegible] civitatis tuderti. Et predicti domini rectores publice per
dictam civitatem in locis consuetis bamniri facere teneant saltem se
mel quolibet mense sui regiminis.

De pena frangentis carcerem comunis tuderti. Rta. .CXLVIII.

Item statuimus quod nullus audeat, vel presumat frangere seu frangi
facere carcerem comunis tuderti. Contrafaciens vero si tunc temporis
non fuerit in ipso carcere carceratus bonis suis omnibus comuni
tuderti publicatis capitis supplicio plectendum esse decernimus. Si
autem talis malefactor tunc temporis fuerit in ipso carcere carceratus in
quadringentis libris corton. puniat. Quam penam si solvere non
poterit tam diu in ipso carcere permaneat reclusus donec eam solverit
cum effectu.

De pena custodum carcerum inferentium iniuriam aliquibus car ceratis, vel aliquid accipientium ab eisdem — Rta. .CXLVIIII.

Item statuimus quod nullus ex custodibus sive superstitibus carcerum comunis
tuderti possit vel debeat aliquam pecunie quantitatem vel rem aliam per se
vel per interpositam personam extorquere vel accipere seu extorqueri
vel accipi facere directe vel per obliquum, aut pati vel permictere quod per
alium extorqueant vel accipiant quoquo modo ab aliquo in ipsis car
ceribus carcerato. Nec alicui con aliquam iniuriam molestiam offe
sione vel vexationem quacumque de causa sive occasione inferrere
vel inferri facere seu pati vel permictere quod per aliquem inferat. Liceat
tamen dictis custodibus sive superstitibus a qualibet persona que in dictis
carceribus reclusa sive reclusa fuerit tempore quo in ipsos car
ceres introduceret vel de ipsis eximeret aut extraheret accipe
re duodecim denarios tantum pro oleo in ipsis carceribus oppertuno.
Quilibet autem dictorum custodum sive superstitum contrafaciens sive
[illegible] faciens seu patiens vel permictens in quolibet casuum predictorum
pena solidorum quadraginta corton. incurrat vice qualibet ipso facto.
Et [illegible] comunis de huiusmodi in aliis maioris
penis imponendis. Et nichilominus talis custos sive superstes

cohercea(n)tur omnibus remedijs opportunis ad petitionem talis carcerati
sive eius procuratoris sive consanguinei per d(ictu)m potestatem seu Capitaneum
Civitatis tuderti et per quolibet eo(rum) qui inde fuerit requisitus ad resti
tuendum duplicatum tali Carcerato quicquid ab eo taliter accepisset vel
extorsisset seu accipi vel extorqueri fecisset sive p(er)misisset vel passus
e(ss)et ¶ Et de p(re)dictis stetur et credatur sacramento talis carcerati sive sui
procuratoris vel Consanguinei ¶ Item q(uod) d(omi)ni priores populi tudertini qui
pro t(em)p(o)re fuerint in ip(s)o officio prioratus quandocu(m)q(ue) expediens fuerit
teneant(ur) et debeant p(ro)ponere in consilio populi d(i)c(t)i com(mun)is in quo intersit
adminus ducenti consiliarij d(i)c(t)i com(mun)is quid placet ip(s)i co(n)silio providere de
electione custodum sive depositarum carceru(m) d(i)c(t)i com(mun)is ¶ Ita tamen q(uod)
ip(s)a custodia com(m)icti sive deputari non possit nec debeat quoquo modo
alicui qui ip(s)i com(mun)i tuderti obligatus e(ss)et in aliqua pecun(iae) quantitate
causa alicuius condempnationis de eo f(a)c(t)e pro aliquo malificio seu quacu(m)q(ue)
alia ratione vel causa ¶ Et q(uod) ad d(ictu)m officium nemo eligi vel deputari
possit nisi per d(ictu)m Consilium et si secus factum fuerit non teneat ip(s)o
iure ¶ Et insuper d(i)c(t)i d(omi)ni priores qui preter vel contra d(ictam) formam
aliquem ad d(ictu)m officium elegissent vel deputassent seu eligi vel depu
tari permisissent vel passi fuissent penam librarum vigintiquinq(ue) corton(ensium) pro
eor(um) quolibet incurrant vice qualibet ip(s)o f(a)c(t)o ¶ Et q(uod) Notarius Refor
mationum d(i)c(t)i com(mun)is p(re)d(i)c(t)a om(n)ia t(em)p(o)r(e) d(i)c(t)is d(omi)nis prioribus in principio ip(s)or(um)
officij ad notitiam ip(s)or(um) reducere teneat(ur).

De Cautione p(re)standa per custodes carcerum et de pena ip(s)or(um) no(n) reassignantium Carceratos — R(ubric)a. ·CXX

Item statuimus q(uod) depositarij sive custodes carceru(m) com(mun)is tuderti t(em)p(o)re introitus
eor(um) officij teneant(ur) et debeant solle(m)pniter [illegible]
fideiussores dare ac etiam iurare ad s(an)c(t)a dei evangelia scripturis
corporaliter manu tactis de omnibus et singulis quos in ip(s)is carceribus
pro t(em)p(o)r(e) invenerint carceratos seu qui in eis Carcerabuntur durante ip(s)or(um)
officio Bene diligenter fideliter et sollicite custodiendis et salvandis
et de eis reassignandis et exibendis ad mandatum d(omi)nor(um) potestatis et
Capitanei Civitatis tuderti ac etiam d(omi)nor(um) prior(um) p(o)p(u)li tudertini ¶ Et
non de omnibus et singulis aliis adimplendis et observandis circa ip(s)or(um)
officium ad que et prout tenentur s(ecundu)m formam [illegible] d(i)c(t)i com(mun)is [illegible]

tam in presenti capitulo quam etiam in aliis capitulis statuti dicti comunis contentis
Quilibet dicti suprastites sive custodes pro quolibet tali carcerato quem
non reassignaverit ut predictum est qui ultimo supplicio pure simpliciter et
precise fuerit condempnatus puniatur in libris mille quingentis cortonensium
Et si in defectum dumtaxat solutionis alicuius pecuniarie pene talis
carceratus ultimo supplicio veniebat plectendus eo casu tales supra-
stites sive custodes in simili pecuniaria pena plectantur in qua talis car-
ceratus principaliter fuerat condempnatus Quas penas si tales suprasti-
tes sive custodes non solverint cum effectu in quolibet casuum predictorum
simile ultimum supplicium patiantur quod idem carceratus principaliter
et primo loco sine secundario et in defectum solutionis dicte pecuniarie
pene fuisset passurus. Et si talis carceratus condempnatus fuerat
in amissione alicuius membri sui corporis pure simpliciter et precise
puniatur eo casu tales suprastites sive custodes in libris quadringentis
cortonensium Si vero secundario et in defectu solutionis alicuius pecuniarie
pene dumtaxat talis carceratus in amissione alicuius membri
fuerat condempnatus eo casu tales suprastites sive custodes in simili
pecuniaria pena plectantur in qua talis carceratus fuerat principaliter
condempnatus Quas penas si tales suprastites sive custodes in quolibet
dictorum casuum non solverint cum effectu puniatur in simili suo membro
In reliquis autem casibus condempnentur tales suprastites sive custodes
in eadem pena pecuniaria in qua talis carceratus dicto casu fuerat
condempnatus Hoc intellecto quod in quolibet dictorum casuum per solutionem
pene predicte pecuniarie factam ab uno dictorum suprastitum sive custodum
ceteri alii ab eis eorum penis liberentur et eximantur et exinde vigore
et auctoritate presentis capituli ab ipsis penis ipso iure sint et
esse intelligantur exempti adeo quod tales eorum condempnationes
et etiam bannimenta de eis dicta de causa facta ad ipsorum et suorum
procuratorum atque consanguineorum petitione debeant sine aliqua
alia solutione vel sumptu aliquo cancellari de quibuscumque libris dicti
comunis.

Ut inquiratur contra custodes carcerum non servantes statuta
loquentia de custodia carcerum. Rubrica CXXI

Item statuimus quod potestas et capitaneus comunis tuderti teneantur

transire per Comitatum tuderti cum aliqua grascia uersus Confines dicti Comitatus. Et ipsi clamauerit teneantur homines laci propinquorum et circumstantium trahere ad succurrendum ipsis custodibus et eos iuuare pro posse ad capiendum tales transeuntes cum tali grascia versus confines predictos et etiam ipsam grasciam. Et deinde eos cum tali grascia et bestiis super quibus eam deferent ducere in fortiam dominorum potestatis siue domini Capitanei Ciuitatis tuderti. Et si homines talis laci in predictis fuerint neglientes puniantur pro quolibet laci talis laci in viginti soldis corton. Exceptis viduis et miserabilibus personis et infirmis et minoribus viginti annorum ac etiam tunc acto loco absentibus qui ad ipsam penam minime teneantur. Si uero aliquis ipsorum custodum fraudem comiserit in predictis puniatur in libris quinquaginta corton.

De Cautione prestanda per syndicos Castrorum et villarum Comitatus tuderti existentes prope Confines. Rubrica. - CCXVIIII

Item statuimus quod potestas Ciuitatis tuderti ad requisitionem et uoluntatem dominorum priorum populi tudertini mictat pro omnibus sindicis castrorum et villarum Comitatus tuderti existentium prope confines ipsius Comitatus ubique pro communi tuderti premicti et eiusmodi faciat a quolibet eorum syndicorum nomine vniuersitatis et hominum talis Castri uel ville cuius ipse est syndicus de infrascriptis summis pecunie videlicet a quolibet sindico alicuius de talibus castris de libris quingentis corton. Et a quolibet sindico alicuius de talibus villis de libris ducentis corton. Et quod ipsi syndici siue homines dictarum vniuersitatum uel aliquis eorum non extrahent nec extrahi faciant granum uel bladum uel aliam grasciam Comitatus predicti contra formam statuti communis tuderti. Et si aliquis eorum contrafecerit eum compellabit dictus dominus potestas videlicet quemlibet eorum quelibet de sua vniuersitate siue Communitate cuius ipse est syndicus contrafacientem. Et etiam pro posse capient omnes et singulos euntes seu transitum facientes cum tali grascia per eorum tenutas uersus aliena confinia contra formam statuti predicti. Quibus promissionibus et cautionibus ab eisdem receptis dictus potestas precipiat eis et cuilibet eorum quatenus predicta omnia obseruent et obseruari faciant iuxta formam premissam sub penis predictis.

Quod pauigliones vniuersitatum non Comodentur extra teritorium tudertinum. Rubrica CCXX

Item statuimus quod nulla vniuersitas Comitatus tu[...] aut aliqua singularis persona possit ipsum pauiglionem [...]

156

modo concedere extra territorium Civitatis tuderti sine expressa licentia com

tudertj. Contrafaciens vero pena decem librarum corton ipso facto de facto incurrat.

De prohibitis viris et sponsis, et alijs personis tempore matrimonij et nuptiarum factarum. CCXXXI

Pro evidenti comodo hominum Civitatis tuderti et ut sumptus superflui

onerosi, et indecentes cessent et cessent, statuimus quod Nulla mulier

civis tudertina que nubet alicui cum tudertino vadat extra tempore nup

tiarum ad virum suum movendo se de una domo dicte Civitatis sive ipsius Burgorum

vel Suburgorum, et eundo ad aliam domum existente in eadem Civitate burgis

sive Suburgis. Et quod in eius comitiva ultra quam quatuor seu quinque domine que

sint ex parte ipsius viri non vadant. Et si plures acciderit puniatur vir qui

eas dicta de causa in comitiva talis sue uxoris ire fecerit seu permiserit in viginti

solidis corton pro qualibet domina que fuerit ultra numerum supradictum. Et quod

Nulla persona recipiat aliqua muliere que de proximo ad virum suum iusset

de aliqua contrata Civitatis burgorum vel Suburgorum tuderti exceptis illis personis

que simul cum eius viro in eadem domo morarent. Et quod Nulla domina mictet

vel relinquat causa vel occasione alicuius mulieris que tunc de proximo

nupta fuerit exceptis duabus que sint de domo vel Consanguinitate

ipsius mulieris. Et quod quando tradendus est anulus alicui mulieri per

eius virum seu quando aliqua mulier subbarranda est non intret cum ipso

viro seu tunc de proximo ante vel post ipsum virum in domum vel locum ubi

talis mulier erit ultra quam octo homines. Et quod tunc nullus extrahat alicui

cappucium vel aliquid aliud de capite seu pertinat ibi quicquam. Et

pannj alicuius mulieris nupte antequam ad suum virum vadat non deferant

ad eam ex parte ipsius viri publice et palam sed clam ac secrete. Et

quod Nulla persona de Civitate tuderti comedat in domo habitationis illius qui

maritaret aliquam mulierem tempore ipsius matrimonij contracti. Exceptis viro

et duabus alijs personis ad plus non computatis in dicto numero aliquibus in

ipsa domo habitantibus. Et quod Nullus consanguineus talis mulieris possit

dicto tempore facere dicta de causa seu occasione aliquod convivium alicui persone

preterquam viro talis mulieris cum duabus alijs personis ad plus. Et quod ad

domum talis mulieris eo tempore nullum exenium mictat. Et si mitteretur

nullus de domo talis mulieris ipsum recipiat. Et quod vir tempore nuptiarum

et die post nuptias invitare seu habere non possit cum eius uxore ultra quam

[illegible] duas ad plus [illegible] videlicet ex parte sua et duas ex parte ipsius

156v

beris. ¶ Et quod domini talis sen tempore ipsarum nuptiarum seu earum occasione
nullum ensenium mictat et si mictent nullus ipsum recipiat. ¶ Et quod
nulla persona tali mulieri nupte vel alteri pro ea recipienti tempore matri-
monii contracti et ea occasione donet seu donari faciat pecuniam vel rem
aliam. ¶ Et quod occasione alicuius matrimonii contracti vel contrahendi non
possit in dicta civitate burgis vel suburgis ante octo dies ante vel post
ipsas nuptias aliquod convivium fieri aliquibus personis ultra numerum
supradictum. ¶ Et quod in quolibet predictorum casuum in quo pena supra in presenti capitulo
expressa determinata non est quelibet persona contrafaciens pro pena libras
decem denariorum ipso facto incurrat. ¶ Ad quorum observationem solum cives tudertinos
ac etiam comitatenses seu tuderti continue cum suis familiis in dicta civitate
habitantes volumus obligari.

De pena mulierum portantium indumenta contra formam infrascriptam. Rubrica. CCXXII

Item quod nulla mulier possit deferre in aliqua vel super aliqua parte sive
persone aliquod ornamentum de auro argento perlis gemmis
vel lapidibus pretiosis exceptis anulis fernalibus et aliis cinturis
fulcitis sive fornitis auro vel argento et maspillis sive bottonibus quos
deferre possint causa habottonandi de auro vel argento prout eis placent.
¶ Et exceptis frenectis quorum quilibet non excedat valorem et extimationem
solidorum quatraginta cortonensium. ¶ Neque aliqua veste cum laborerium et fictura
costet ultra decem libras cortonensium. ¶ Nec etiam aliqua vestem excepto mantello
cuius longitudo protendat sive protendi possit ultra quam usque ad pedes ipsius
mulieris inclusive. ¶ Neque aliquod reimpiectum in aliqua sua veste
cuius altitudo excedat mensuram sexte partis unius passetti. ¶ Et quod
nulla mulier etatis duodecim annorum vel abinde supra deferat in dorsso
aliquam vestem scollatam ultra et contra infrascriptam formam et mensuram
videlicet quod quelibet scollatura talis mulieris sit et esse debeat rotunda
ita quod ipsa rotunditas correspondeat et conformet busto persone
ipsius mulieris. ¶ Et quod taliter fiat dicta scollatura quod ex utraque parte ta-
lis ... quod transversum sit et remaneat ipsa vestis mensurando ipsam a puncta
orche sive ... que sit super ipsa ... ...
mulieris amplitudinis ad minus sextadecime partis unius brachii ad
mensuram brachii cum quo panni lanei venduntur et mensurantur in civitate
tuderti. ¶ Contrafaciens vero in quolibet casu ... ...

decem corton incurrat vice qualibet ipo facto ¶ Et quod nulla talis mulier deferre
possit aliquam uestem habentem boccalia manicarum maioris longitudinis quam
usque ad punctus digitorum manus ipsius mulieris inclusiue sub pena solidorum
centum corton pro qualibet contrafaciente et qualibet vice ¶ Et quod in quolibet
casuum predictorum ad dictas penas soluendas cogatur et cogi possit vir talis
mulieris si virum habet. ita tamen quod quicquid ipse vir dicta de causa soluerit
retrahat et detrahi possit de dote ipsius mulieris ¶ Et si virum non habet
ad dictam penam solutione cogatur et cogi possit pater eius seu auus paternus
si eos vel alterum eorum habet et cum eis vel altero eorum moratur et habitat. ¶ Alias
cogi possit et debeat ad dictas penas soluendas quelibet alia persona in cuius
sub cuius familia esset talis mulier delinquens et que vna secum in eadem
domo tunc temporis habitaret ¶

De Certis vestibus et ornamentis non deferendis per masculos. Rubrica. CCXXXIIII

Item statuimus quod nullus masculus ciuis uel comitatensis tudertinus deferat
cappucium longum ultra mensuram vnius brachij ad mensuram brachij
communis tuderti cum quo panni lanei vendiuntur et mensurantur ¶ Nec amplum ultra
mensuram vnius brachij et quarti ad dictam mensuram mensurando in dicta am-
plitudine bechum ipsius cappucij ¶ Neque aliquod aurum uel argentum
[illegible] seu laboratum siue aliquod fregium auratum uel argentatum
uel pernas in aliquo uel super aliquo cappucio quod deferret in capite ¶ Contra-
faciens vero in quolibet dictorum casuum in solidis centum corton [illegible]
¶ Exceptis militibus quibus liceat omne ornamentum in cappucio [illegible]
deferre

De pena portantis mantellum contra formam infrascriptam vel aliud vestimentum. Rubrica. CCXXXV

Item quod nullus ciuis seu comitatensis tuderti deferat aliquem man-
tellum longiorem guarnachia qua in dorso portatur ¶ Neque aliquem
mantellum cuius cappucium computato eius becho sit longius vno brachio
et quarto ad mensuram brachij communis tuderti cum quo panni lanei venduntur et
mensurantur ¶ Neque aliquem mantellum fratescum apertum et fessum ex
parte anteriori ¶ Neque aliquem mantellum foderatum fodera panni lanei
uel linei seu pellis uel guarnelli ¶ Exceptis militibus, iudicibus, [illegible]
[illegible], medicis et omnibus aliis etatis sexaginta annorum uel ab inde
supra quibus deferre liceat mantellum quamlibet forma foderatum ¶ Con

trafaciens in aliquo [illegible] [illegible] ipso facto qualibet

[illegible] [illegible] guarnachiam seu cottarditam que

[illegible] ultra medium brachium ad dictam mensuram

[illegible] [illegible] guarnachie que seu qui protendant ultra longitud-

[inem] brachiorum et manuum. ¶ Ista tamen quod predicta locum non habeant in

guarnachiis cottarditis et tunicis iam factis sed solum in fiendis. ¶ Nec etiam

locum habeant in tunicis de laceo colorato vel non colorata. ¶ Nec etiam deferat

aliquis de predictis manicas alicuius tunice vel cottardite longas ultra longi-

tudinem sui brachii videlicet usque ad eius manum exclusive ita quod

manus in longitudine eius sui brachii nullatenus comprehendat. ¶ Con-

trafaciens vero in aliquo dictorum casuum vice qualibet in soldis [illegible]

puniat. ¶ Nec etiam deferat aliquod aurum vel argentum sive perlas vel

[illegible] laboratos seu compositos cum auro vel argento in aliquo vel super

aliquo suo vestimento sub pena librarum decem corton pro quolibet contrafaciente

et qualibet vice. ¶ Liceat tamen cuilibet deferre pro abottonatura cuiuslibet

sue vestis usque quod quinquaginta masspillos ad plus argenteos etiam

deauratos si sibi placuerit. ¶ Exceptis militibus iudicibus iuris peritis

et medicis quos ad predictorum observantiam nolumus obligari.

De pena sartorum et eorum dissipulorum et artificum facientium contra capitula infrascripta. Rubrica. ccxxvi

Item statuimus quod nullus sartor incidat seu taglet aut suat sive

sui faciat aliquem pannum pro aliqua veste sive aliqua vestem contra

formam suprascriptorum capitulorum de dicta materia loquentium sive alicuius

eorum sub pena decem librarum corton pro quolibet contrafaciente et qualibet

vice. ¶ Nec etiam aliqua vestem cuius laborerium et sutura costet seu

costare possit ultra decem libras corton sub pena vigintiquinque librarum

corton pro quolibet contrafaciente et qualibet vice. ¶ Ad quorum obs[er]va[n]-

tiam etiam ipsorum dissipulos volumus obligari. ¶ Addicientes quod ipsi sartores

teneantur et cogi possint et debeant cum effectu ad solvendum dictas penas

pro eorum dissipulis facientibus contra predicta vel aliquod predictorum

mandato seu ipsis sc[ie]ntibus et non contradicentibus. ¶ Et quilibet

habeat apud se eam mensuram secundum quam panni [illegible] cum qua

lanam vendunt et mensurant in civitate [illegible] [illegible]

circa scellaturas vestium mulierum. ¶ Et consules [illegible] [illegible]

vinculo iuramenti et ad [illegible] saltem semel tempore
cuiuslibet prioratus iurare facere [illegible] et eorum
discipulos consuetos de observando omnia [illegible] hac
materia loquentia quatenus ad eos pertinent. ¶ Et quod [illegible]
faciat vel faciat aliquid de predictis ornamentis prohibitis [illegible]
gintiquinque librarum pro quolibet contrafaciente et qualibet v[ice] [illegible]

De hys que incumbunt dominis potestati et capitaneo et de certis officialibus ad predicta deputandis. Rubrica. CCXXXXVI.

Item statuimus quod potestas et capitaneus civitatis Tuderti teneant
et debeant sub vinculo iuramenti et ad penam viginti quinque librarum
cortonensium pro quolibet eorum contrafaciente quibuslibet diebus dominicis
et festivis mictere aliquem ex suis notariis cum aliquibus de sua fa-
familia ad ecclesias civitatis Tuderti et eius burgorum et suburgorum
et ad alia loca ad que ipsis videbitur expedire ad perquirendum et
perscrutandum de facientibus contra predicta vel aliquod predictorum.
¶ Et quod cum dictis notariis et familia qualibet vice vadat unus sartor vel alia
persona provida et honesta qui vel que per dominos priores populi Tudertini
qui pro tempore fuerit fuerint ad hec spetialiter deputati, que sive
qua idem domini priores possint et debeant deputare cum eo salario
et pro eo tempore de quo et prout ipsis dominis prioribus videbitur
convenire. ¶ Per quem quidem sartorem seu aliam predictam personam
mensurentur indumenta et scollature mulierum et quod in predictis casibus
et quolibet predictorum stetur et credatur relationi dictorum notarii et sartoris
seu alterius persone ad predictum officium per dictos dominos priores ut predicitur
deputate, et ipsorum relatio pro legitima et sufficienti probatione habeatur.
¶ Et quod ipse dominus potestas seu capitaneus habeat quartam partem totius
eius quod ipse dictis de causis vel aliqua earum in camera dicti communis cum effectu
fecerit devenire ex inventione et relatione predicta. ¶ Qua quartam partem
camerarius dicte camere sine aliqua apodissa propterea facienda eidem
ad eius requisitione solvere teneatur. ¶ Et quod quilibet possit contrafacientes
quelibet in dictis casibus vel aliquo eorum denumptiare et accusare et habere
debeat medietatem banni quod dicta de causa ex eius denumptiatione vel
accusatione devenerit in camera communis predicti et eius nomen in credentia
teneatur. ¶ Cuius iuramento in quolibet dictorum casuum cum uno teste de

1580

ipsi creditur et statur. ¶ Et quod ipsi potestas et capitaneus et quilibet eorum de et super omnibus et singulis suprascriptis contra quelibet in aliquo de dictis casibus delinquentem procedere et cognoscere possit et debeant breviter summarie et de plano ac sine strepitu et figura iudicii diebus quibuslibet etiam si in honore dei fuerint feriati per forma iuris seu statuti dicti comunis ¶ Et quod ab eorum processibus seu sententiis dicta de causa fiendis et promulgandis appellari seu recurri non possit nec etiam de nullitate opponi statuto seu ordinamento aliquo dicti comunis seu etiam iure comuni in contrarium loquenti non obstante ¶ Teneantur etiam predicti potestas et capitaneus suprascripta omnia et singula contenta in capitulis suprascriptis de hac materia loquentibus quolibet mense bannire facere per civitatem Tuderti in locis consuetis ac etiam de ipsis inquirere ¶ Et si in predictis vel aliquo predictorum aliquis eorum fuerit negligens penam quingentarum librarum cortonensium ipso facto incurrat ¶ Teneantur quoque dicti domini priores qui pro tempore fuerint singulis annis de mense ianuarii et februarii eligere duos bonos viros in qualibet parochia civitatis tuderti qui denuptient et denuptiare teneantur ipsis dominis potestati sive capitaneo omnes et singulos quos noverint aliquid facere contra predicta vel aliquod predictorum.

Sumd… dat

De certis moribus et actibus prohibitis tempore mortis alicuius et de pena contrafacientium et de multis aliis ad ipsam materiam pertinentibus. Rubrica. CCXXVII

De funeribus mortuorum

funerali

Item statuimus quod nulla persona induat se de aliquo panno coloris nigri propter mortem alicuius persone excepta uxore talis defuncti. ¶ Et quod homines euntes ad ecclesiam ad quam aliquod corpus mortuum deferretur teneantur deposito ipso corpore mortuo in ecclesia statim inde discedere exceptis illis tantum qui ipsum corpus ad ipsam ecclesiam detulissent ¶ Et quod postquam predicatum fuerit apud domum de qua extractum fuerit ipsum corpus nullus revertatur ad ipsam domum nisi illi qui venerint de comitatu tuderti vel qui fuissent absentes quando ipsum corpus portatum fuerit ad ecclesiam ¶ Item quod nulla mulier vadat ad ecclesiam quando ad eam defertur aliquod corpus mortuum nisi esset bizocha ¶ Possint tamen alique mulieres intrare ad sepeliendum quodlibet corpus cuiuslibet femine mortue que in dicta prohibitione minime includantur

¶ Contrafaciens vero in aliquo dictorum casuum in quatraginta soldis corton puniatur
¶ Item nullum cadauer vel corpus mortuum alicuius persone que fuisset maioris
etatis sex annorum possit vel debeat seppelliri nisi prius notificetur pro parte
heredis vel patris talis defuncte persone curie domini potestatis vel capitanei c
ivitatis tuderti qui mittat unum de notariis maleficiorum sue curie et saltem duos de
suis berouariis ad domum in qua est tale corpus mortuum Et nisi prius talis
notarius et berouarii ad domum predictam venerint ¶ Quos quidem notarios et berouarios
ipse potestas siue capitaneus cui curie talis notificatio facta fuerit statim ad dictam
domum mictere teneatur. Qui notarius et berouarii ire debeant statim
ad domum predictam et ab ipsa domo usque ad ecclesiam ad quam portaretur et de
inde cum gente que tale cadauer associauerit redeant usque ad ipsam domum
et ibi tunc temporis respiciant et inuestigant diligenter si aliquid fieret vel factum
esset contra formam presentis capituli ¶ Et si tale corpus mortuum delatum fuit
ad ecclesiam ante quam talis notificatio facta fuerit puniatur heres talis defuncte
persone si quem habet in soldis centum corton alias puniatur pater eius si super
est in pena predicta ¶ Ad hanc autem notificationem teneri volumus illos qui
habitant extra portas ciuitatis veteris si ipsam notificationem comode facere
non potuerint dicte curie ante quam corpus ipsum mortuum ad ecclesiam deferatur
Dummodo ipsam notificationem faciant alicui de custodibus porte illius burghi
in quo est tale corpus defuncti ¶ Quo casu talis custos dictam notificationem
dicte curie statim facere teneatur sub pena predicta ¶ Verum si aliquis per suum
nuptium fecerit talem notificationem fieri dicto potestati vel capitaneo sive eorum alicui
ipsorum et deinde dicti officiales et berrouarii congruo tempore non venerint ad domum
predictam eo casu tale corpus postquam dicti officiales et berrouarii fuerint tempore
debito expectati licite et impune valeat seppelliri Et si de dicta requisitione
fuerit dubium stetur et credatur iuramento talis nuptii ¶ Et quod tempore alicuius
funeris seu eius occasione nulla persona extra domum in qua est seu de qua tunc
de proximo extractum est aliquod corpus mortuum possit vel debeat aliquos
clamores stridoris vel ululatus facere vel emictere alta voce aut se de
capillare vel carnes lacerare vel manus simul cum percutere sive faciem vel aliam
partem sui corporis percutere seu pannos sibi dilaniare aut capputeum vel biretum
sibi de capite extrahere ¶ Item quod occasione alicuius funeris non recipiantur
aliqua exenia ¶ Nec fiant aliqua comuia in quibus intersint ultra quatuor homines
et sex mulieres nisi venerint de extra comitatum tuderti vel nisi fierent int

159v

coniunctos talis defuncte persone usque in secundum gradum inclusive ¶ Item quod
nulla mulier per aliquod funus debeat cantare sive repotare ¶ Quod tempore
alicuius funeris vel eius occasione non fiat aliqua predicatio alicuius laycalis
et secularis persone ¶ Item postquam corpus mortuum portatum fuerit ad ecclesiam
et homines redierint ab ecclesia et facta predicatione ipsis mulieribus nulla mu
lier debeat stare scapiglata set suum capud debeat coperire et velare ac velatum
tenere nec faciem suam laceret nec manus ad invicem percutiat nec alta voce strido-
res clamores vel ululatus aliquos faciat vel emictat nec sibi pannos dilaniet sub
pena centum soldorum corton(ensium) pro qualibet contrafaciente ¶ Et ad dictam penam
solvendam teneatur maritus pro uxore pater pro filia et frater pro sorore.
¶ Item quod nullum corpus mortuum possit vel debeat portari in cassa ad ecclesiam vel
sepulturam nisi esset miles vel iudex iuris peritus vel uxor alicuius eorum vel
presbiter sive alius clericus in sacris ordinibus constitutus ad penam quinquaginta
librarum corton(ensium) ¶ Item quod nulla persona de civitate vel comitatu tuderti audeat
vel presumat pro funere alicuius persone civis vel comitatensis tuderti tenere
vel portari facere cereos vel torticios de cera ultra infrascriptum numerum
atque ponderis sub pena decem librarum corton(ensium) videlicet pro funere alicuius no
bilis et magnatis sive alicuius iudicis iuris periti vel alicuius eorum uxoris
sive filii ultra duos torticios qui esse possint quaticumque ponderis heredi sive
coniuncto talis defuncte persone placuerit ¶ Pro funere vero alicuius popularis
civitatis vel comitatus tuderti tenere vel portari facere non liceat ultra duos
torticios cere que cum esse possit ponderis triginta librarum ad plus ¶ Pro
funere autem alicuius militis portari et haberi possint quotcumque torticii et
quaticumque ponderis prout voluerit heres sive coniuncti ipsius militis de-
functi ¶ Liceat quoque cuilibet heredi sive coniuncto cuiuscumque persone defuncte
impune tenere et portari facere ad eius funus unum torticium eius ponderis
cuius voluerit pro domino episcopo tudertino ¶ Item quod infra tertiam diem postquam corpus
aliquod traditum fuerit sepulture dictus potestas sive capitaneus eius notarii
et berovarii tali funeri interfuerint teneantur sollepnem inquisitionem facere et
super ea examinare saltem quatuor homines proximiores vicinos ipsius defuncte
persone et ab eis querere et investigare an in predictis vel aliquo predictorum fuerit contra
factum et repertos culpabiles in dictis penis debeat condempnare ¶ Quorum in
dictis casibus et quolibet eorum relatio cum notarii malleficiorum et dictorum duorum berovariorum
pro plena et legittima probatione habeatur ¶ Et quod dictus potestas sive [illegible]

habere debeat medietatem totius eius quod ex inventione et relatione dominorum
suorum notarii et berroariorum in aliquo dictorum casuum in Cameram dicti comunis
perveneret postquam de pena que soluta fuerit ratione delationis facte
de aliqua defuncta persona in aliqua cassa quo casu solum decimam partem
dicte pene habeat ipse potestas sive Capitaneus ex inventione et
relatione predicta. Ac etiam exceptis penis solutis sive solvendis dicte
cereorum sive torticiorum qui delati fuissent ultra numerum et pondus
predictum. de quibus penis idem potestas et Capitaneus in nullo etiam
aliquam partem debeat percipere vel habere. Et predictus potestas sive
Capitaneus cui predicta incumberet ut predicitur super predictis investigandis
discutiendis terminandis. Et exequendis breviter summarie et de plano
ac sine strepitu et figura iudicii. et absque aliqua iuris sollepnitate
procedere teneatur. Et hoc Capitulum dicti potestas et Capitaneus
totaliter de verbo ad verbum vulgari sermone saltem semel tempore
sui regiminis legi faciant alta voce in consilio generali dicti comunis
in quo intersint adminus ducenti consiliarii ipsius Consilii. Et etiam
omnia in presenti Capitulo contenta bampniri faciat quolibet die kalendarum
datum per Civitatem tuderti in locis Consuetis ad duas tubas. Et
si dictus potestas vel Capitaneus in predictis vel aliquo predictorum negligens
fuerit privatur in ducentis libris cortonensium. Et de hiis omnibus
debeant sindicari.

Quod ser Guidalottus domini Albertini non possit intrare domum habi
tationis dominorum priorum sine alicuius Rectoris Comunis tudertii et
de pena ipsius Contrafacientis. Rubrica. - CCCXXVIII -

Item statuimus quod ser Guidalottus domini Albertini de Castro florentino
non possit nec debeat ullo modo ingredi palatium dominorum priorum populi
tudertini. Nec palatium aut domum habitationis vel audientie alicuius
Rectoris vel officialis comunis tuderti iurisdictionem habentis usque ad quinque
annos incipiendos in anno domini Millesimo Tricentesimo quadragesimo secundo
indictione decima die decimonono mensis Junii. Nisi forsitan esset
alicuius processus criminalis qui fieret contra eum quo casu quatenus
et prout exegerit opportunitas talis cause ad predictorum observationem
minime teneatur. Et si contrafecerit incurrat penam quingentarum
librarum denariorum qualibet vice facto. Et de hoc liceat cuilibet ipsum accusare

160v

et denumptiare et habeat medietatem pene que Camerario Camere
dicti comunis soluta fuerit occasione predicta. Et quod usque ad dictum tempus
dictus ser Guidalottus non possit habere aliquod officium in dicto Comuni.

De hiis qui declinaverint iurisdictionem et forum secularis Curie tudertine. Rubrica. CCXXVIII

Item statuimus quod si contra aliquem in aliqua curia comunis
tudertini procederetur per modum accusationis, inquisitionis
vel denuntiationis, vel alio modo de aliquo maleficio, vel excessu
aliquo malefico quod diceretur per eum commissum. Et talis
contra quem procederetur ut dictum est nollet declinare,
et declinaret iurisdictionem et forum secularis curie comunis
tudertini. Et nollet sub dicta seculari curia respondere
seu conveniri vel constringi pro ipso maleficio de quo contra
eum procederetur, tunc Potestas sive Capitaneus seu
quilibet alius officialis dicti comunis qui de huiusmodi maleficio
cognosceret faciat bamniri tubis bamniri ad pectorale
palatiorum comunis tudertini publice quod talis accusatus, inquisitus
vel denuntiatus pro tali maleficio, non vult respondere seu
conveniri vel constringi sub dicta curia seculari, set potius
iurisdictionem et forum dicte secularis curie recusat et
declarat in totum. Et propterea ab ea hora in antea dictus
talis declinans ut dictum est, sit ex tunc extra pro-
tectione et defensionem comunis tudertini et dicte curie secu-
laris. Et sibi pro aliquo facto ius in civili vel crimi-
nali causa non reddatur. Et nichilominus quilibet possit
eum in persona et rebus offendere sine pena et banno.
Et ex certa scientia statuentes quod huiusmodi declinatione et bannimento
factis, talis sic declinans ex tunc sit et esse intelligatur et
habeatur extra protectionem et defensionem comunis tudertini
et dicte curie secularis. Et abinde in antea sibi ius
aliquod in civili vel criminali causa non reddatur vel
fiat. Et nichilominus quilibet possit eum realiter
et personaliter offendere sine pena. Declaramus
etiam quod si talis contra quem procederetur non declinaret

expresse dictam iurisdictionem et forum dicte secularis curie
tudertinae. Seu p(er) impetrasset aliquas licteras inhibitorias in quibus
contineretur processus huiusmodi quominus ferret sententia
condempnatoria, uel etiam executio sententie condempnatorie
que lata esset uel que inde fieri contigeret quominus fieret.
Talis contra quem procederet, uel contra quem sententia
lata foret habeatur et reputetur pro declinante ac si
declinasset expresse. Et p(ro) omnia supradicta in eo locum
habeat tamquam in expresse declinante. Et p(ro) omnes
et singuli taliter declinantes, seu qui pro declinantibus
haberi debebunt vigore et fictione presentis capituli
scribantur et scribi debeant per unum ex notariis domini
potestatis, capitanei uel rectoris, seu alterius offi-
cialis procedentis in quodam libro quem camerarius
communis tuderti penes se debeat retinere, ut inde perpetua
memoria habeatur. Cui libro detur plena fides. Et
q(uod) d(omi)n(u)s potestas in consilio generali, et d(omi)n(u)s capitan(eus)
et quilibet alius rector dicti communis in consilio populi teneatur
ad minus quolibet mense semel predictos sic declinantes
seu habitos pro declinantibus publice legi facere, omnia et
singula in hoc capitulo contenta cum effectu executioni
mandare, ad penam quingentarum librarum cortonensium camerario
communis tuderti effectualiter persoluendam, non obstante aliquo
capitulo huius statuti superius uel infrascripto seu aliquo iure ca-
nonico uel civili, quibus volumus per hoc capitulum
totaliter derogari.

Incipit · IIII^a^ · distinctio:

De officio Iudicis extraordinarii · R[ubric]a · j.

In nomine domini amen. Statuimus quod Iudex extraordinarius com(munis) Eudri cognoscat et diffiniat de omnibus questionibus et causis mere civilibus extraordinariis. Et de alimentis quocumque Iure debitis. Et etiam observari et adimpleri faciat iusta et legitima pacta. Et procedendo et pronuntiando in dictis et super dictis causis et in aliis in quibus eidem per formam alicuius capituli statuti dicti com(munis) aliqua iurisdictio sive cognitio est concessa secundum formam statutorum predictorum. Et hiis deficientibus secundum formam et consuetam iuris com(munis). Dummodo in omnibus et singulis causis alimentorum que pro presenti vel etiam futuro tempore constitui sive solvi peterentur sive iuris actionis sive iudicis officio procedere et pronuntiare possit et debeat omnibus diebus et Iuridicis quam etiam feriatis illis dumtaxat exceptis qui in honorem dei fuerint feriati. Ita tamen quod de nulla causa possit vel debeat cognoscere de qua non debetur salarium aliquod debeatur per formam alicuius capituli statuti dicti com(munis). Et quod cum dicto Iudice esse debeant duo notarii ad scribendum acta in dictis causis occurrentia:

De pignoribus recolligendis et modo procedendi in causis pignorum · R[ubric]a · ij.

Item statuimus quod potestas et capitaneus Civitatis Eudri et Iudex extraordinarius com(munis) Eudri et quilibet eorum qui inde fuit requisitus precipiat et precipere teneantur omnibus et singulis debitoribus et eos omnibus iuris remediis opportunis cogat et cogere possint et debeant ad petitionem suorum creditorum dicere sive recolligere infra quinque dies continuos ex die talis precepti in antea numerandos. ipsa die dicti precepti in ipso termino minime computata omnes et singulas res mobiles sive semoventes per eos pignoratas et pignori traditas ipsis suis creditoribus pro aliquo pecuniario debito quod postquam sibi vel sibi traditur et tenentur pro ipsius debiti restitutione. Quo termino dictorum quinque dierum elapso Idem rector sive Iudex tali creditori det et concedat ad ipsius requisitionem et voluntatem licentiam et potestatem vendendi ipsa pignora. Et aliis pactis habitis inter ipsos creditores et debitores suis locis. Et quod in inconventionalibus pignoribus quod etiam in pretorio [illegible] vendatur sibi licitum. Et econtra si aliquis debitor [illegible] fuerit ea que sue suo creditori debitum [illegible]

eidem debitori pignora que ab eo recepit restitue recusaret. possit
et debeat talis creditor ad talis sui debitoris petitionem simili modo
compelli ad ipsum pignus sibi reddendum et restituendum recepto ab
eo prius tali debito sive ipso debitore parato ipsum debitum sibi sol
vere cum effectu. Possit etiam dominus potestas Capitaneus et Iudex et
quilibet eorum Coram quo huiusmodi lites et questiones verterentur super
tales questiones cont extimationis et valoris soldorum viginti in
causa vel ab inde infra ipsas decidere et diffinire Iuramento alte
rius partium cui sibi videbitur deferendo Consideratis facti qua
litate et conditionibus personarum. Et de predictis causis et quibus nul
lum salarium debeatur eorum solvatur. Preterea volumus quod predicti
Rectores et Iudex et quilibet eorum qui inde fuerit requisitus
super predictis causis et questionibus cognoscant breviter summarie
et de plano et sine strepitu et figura iudicii.

Quod fideiussores et alii pro aliis obligati conveniri possint ante
principales debitores et quod ab ipsis fideiussoribus et obligatis debeant
ab ipsis principalibus debitoribus extrahi et conservari indempnes. .iij.

Item statuimus quod potestas et Capitaneus Civitatis Tuderti
et Iudex extraordinarius comunis Tuderti et quilibet eorum qui inde fuerit re
quisitus teneantur et debeant omnes et singulos fideiussores et pro
missores et quoslibet alios sub quocumque nomine pro aliis obligatos ad
petitionem suorum creditorum cogere omnibus iuris remediis
opportunis ad dandum faciendum et solvendum ipsis creditori
bus totum et quicquid in quo se taliter eis obligaverint
non obstante quod principales debitores prius conveniantur non sint
et presentes sint et ydonei ad solvendum. Et etiam
predictos fideiussores et alios sub quocumque nomine pro aliis et
ad aliorum instantiam obligatos ad ipsorum petitionem ab ipsis
fideiussoribus et quibuslibet aliis talibus obligatoribus
extrahi et liberari facere ab ipsis pro quibus et ad quorum
instantiam se taliter obligassent ipsosque per eos a talibus
suis fideiussionibus et obligationibus conservari indempnes. Cuius petitionis ad causam pertinet
tionis conservationis et obligationis causa nullum salarium solvi
debeat comuni Tuderti. Ita tamen quod predicta locum habeat.

162 v

solum inter Cives et Comitatenses Tuderti. Inter alios vero ius
eo fuerit. Et si tales fideiussores seu alio quocumque nomine pro
aliis et ad aliorum instantiam ut dictum est obligati sorte talis
debiti solverit totaliter vel pro aliqua parte sive aliqua certa
quantitate pecunie pro usuris et nomine usurarum seu alias expensas
fecerit sive dampnum vel interesse aliquod passi fuerint occasione obligationis
predicte et de solutione predicta dicte sortis legitime fuerit facta fides.
De aliis autem predictis videlicet de solutione dictarum usurarum et
de dictis expensis dampnis et interesse constiterit saltem per proprium
iuramentum talis fideiussoris sive alterius predictorum pro aliis
ut dictum est obligatorum cogantur et cogi possint et debeant ta-
les principales debitores easdem reficere et restituere totum et
quicquid solverit pro sorte et usuris predictis ac etiam ipsis talia dap-
na expensas et interesse reficere et resarcire. Ita tamen quod ipsa
quantitas pro usuris predictis soluta excedere non possit summam
quattuor denariorum pro qualibet libra ipsius sortis et pro quolibet
mense decurso seu elapso ex tempore talis solutionis [illegible] sortis facte
pro tali fideiussore sive predicto obligato sive cancellatum fuerit de instrumento talis
debiti seu rogatum sive protocollum inde scriptum. Nec transcendere
possit duplum illius quantitatis in qua talis fideiussor seu
predicti alii quocumque nomine se pro aliis ut dictum est obligaverunt set
usque in idem duplum ad plus dicte usure reddi et restitui talibus
solventibus debeant. Dum modo ad dictum [illegible] ad dictum dupli
[illegible]. Et dum modo dicte expense dicta dampna et interesse non
[illegible] excedant quantitatem duorum solidorum [illegible]
[illegible] talis solutionis et [illegible] aliis
[illegible]

Pro bai de solutione [illegible]

5 3 6
63

fuerunt de vel super predictis nulla commissio intervenisset excepto ipsius
principalis debitoris. ¶ Decernentes et declarantes eandem
commissionem factam et potestate presentis capituli haberi pro solempniter
et legitime facta eo ipso quod de tali fideiussione vel alia huiusmodi
obligatione constaret. ¶ Et quod bona omnia talis principalis debitoris
pro predictis [illegible] sint [illegible] ypothecata habeantur et intelli
gantur [illegible] et si [illegible] debitorem ipsa bona in [illegible] com
[illegible] et [illegible] talibus fideiussoribus vel sub quovis alio
nomine pro eis [illegible] obligatis ypothecata sive obligata fuisset
¶ Preterea [illegible]
[illegible] aliqua [illegible] universitatis [illegible]
[illegible] instantia quarum de [illegible] talis
universitatis et [illegible] talem obligationem
ipsius requisitione [illegible] obligatione liberare et eximere seu
[illegible] tenebuntur et eundem ab ipsa obligatione [illegible] conservare
indempnem. ¶ Insuper etiam [illegible] bona cuiuslibet persone huiusmodi
talis universitatis cuiuslibet pro ipsa universitate talis [illegible]
[illegible] obligatione facta presentis capituli similiter ypothecata
existant. ¶ Ita tamen quod talis singularis de tali universitate
[illegible] modo coactus de [illegible] et toto eo quod dicta de causa solverit
debita parte sua contingente regressum habeat [illegible]
[illegible] presentis capituli contra alios de tali universitate pro parte
[illegible] de tali debito contingente. [illegible]
creditore nulla [illegible] eadem cessa fuit vel mandata. ¶ [illegible]
[illegible] factores et [illegible] et generaliter [illegible]
fuit [illegible] tenebuntur [illegible]

163v

summarie et de plano et [illegible] strepitu et figura iudi[illegible]
ipam causam terminet p ut iustum et equm fuit, ta p[illegible]
tata r producta coram ipis arbitris siue arbitratoribus, q[illegible]
etia p actitata et producta postea cora eo. habita consideratione
tione ad potestatem et baliam [illegible] ipis arbitris seu arbitra
toribus attributam, et etia adueram medullam et substantiam
equitatis atqp iustitie, et no ad rigorem iuris r iudiciary or
dinis. Et pdca oia sine solutione salary pagantur et expe
diantur iux forma pdcam.

De ratione redenda a tutoribus r curatoribus. R[illegible] vij.

Quilibet qui tutelam ul generalem curam alicuius admi
nistrasset ipa tutela siue cura finita teneat comparere cora
iud extraordinarium cons tudi simul cum eo cuius tutela siue cu
ram ipam gessit et administrauerit et cora ipo iud offerat se
cu effectu paratum uelle redere ratoem de sue tutele siue
cure et restituere reliqua. // Cum iud statim ad eius peti
tionem citari faciat quactuor ex propinquioribus consanguineis
el cuius tutelam ul curam administrauit, bone conditionis
et fame quorum quilibet sit etatis viginti annorum ad mi
nus. duos videlicet ex parte ipius patris, et duos ex parte
matris qui inter [illegible] adiuuendum, calculandu r exami
nandum ratoem pdcam. Et coram eis talis condam tutor
siue curator ratoem pdcam redat et redere teneatur. // Et
qd dicti consanguinei p dcm iud compellant omnibus iuris reme
diis oportunis adee calculatoem r ratoem pdcas. et p ut fuit
declaratum p pdcos consanguineos obseruetur. // Et pdca oia
sine solutione salarii pagantur et expediantur.

De expensis factis i re[illegible] coi reficiendis r aliis ad ipam materiam ptinentibus. R[illegible]. viij.

Item statuimus qd si quis cononem [illegible] aliqua re cu alio et ipam
no possidentis [illegible] [illegible] [illegible] cuilibet suo consorti talem
rem [illegible] [illegible] [illegible]

164

... cum quo est in ... saltem semel qualibet
... ad domum sive habitationem, quod secum conferat seu contribuat in parte
dicta. Et si talis alter consors non consensit quod tale opus et laborerium
fiat, siquidem tale opus et laborerium necessarium sive evidenter utile
fuit, eo casu tale opus et laborerium licite fieri possit per ipsum consortem
qui ipsum facere voluit, contradictione alterius non obstante. Et quod potestas
et Capitaneus Civitatis Tuderti et sui officiales teneantur et
et quilibet eorum qui inde fuerit requisitus teneantur et debeant ad petitionem
talis qui dictas expensas fecerit eas sibi facere restitui et restitutum
a tali suo consorte pro parte eum contingente, ipsumque ad predictam satisfactionem
faciendam cogere omnibus iuris remediis opportunis.
Et quod fructibus dicte ... liceat sibi fructus et obventiones de parte
tali suo consorte contingente percipere in parte donec fuerit eidem de ipsis
expensis pro parte ipsi suo consorti contingente plenarie satisfactum. Et quod
talis consors in hoc contra conferre et contribuere cessans non possit uti
ipsa re communi vel aliquid ex ea percipere donec dictam satisfactionem fecerit
cum effectu. Et si aliquis de consortibus alicuius molendini vel
alterius rei immobilis fecerit aliquod laborerium sive opus
necessarium vel evidenter utile in ipsa re communi suis manibus, tota
sibi de tali opere constitui et solvi debeat decens salarium ad
sensum duorum amicorum eorum. Et si duo erunt molendina
ad unam sepem sive clausuram quorum unum sit ab una parte et
aliud ab altera, teneantur domini talium molendinorum ipsam sepem
sive clausuram suis sumptibus manutenere et conservare, videlicet
quilibet eorum usque ad medietatem ipsius sepis sive clausure.
Et quod quilibet eorum teneatur equaliter mictere aquam ad ipsa molendina.
Et quod nullus possit aliquod opus vel laborerium facere
vel fieri facere per quod nocumentum sive aliquod obstaculum inferatur
alicui molendino contra voluntatem eius cuius tale molendinum
est seu ad quod ... factum fuit
... adie

164v

lictorius sectam ultra morem solitum altiare elevare per quod
alterius molendino in dicto flumine existenti obstaculum sive im
pedimentum aliquod inferatur vel fiat. Et si contra fiat destruatur
ut supra proxime continetur et sub pena predicta. Et etiam possit aliquis
apud suas sepes sive clausuras appodiare apud terram alterius contra
voluntatem domini talis terre. Et si contrafactum fuit et ille qui
contrafecerit iuxta preceptum sibi factum aliquod tale opus non destruxerit
atque removerit liceat illi in cuius preiudicium tale opus factum
fuit ipsum sua auctoritate destruere et radicitus removere. Nisi talis
qui sic appodiando contrafecerit ipsum opus et laborerium taliter
per eum factum possederit pacifice saltem per decem annos continuos.
Quod tamen locum non habeat in hiis qui sic possedissent tempore guer
re proxime dicte. Preterea volumus quod quilibet habens communem ali
quem murum possit super eo murum facere dummodo talis murus construatur in fa
[illegible] et ea grossitudine in qua est, ita quod non possit propter ipsius
muri [illegible] facere et propter diminuere et si aliter factum fuit
talis murus [illegible] sui consortis destrui debeat. Verum si aliquis
ex consortibus murum fecerit super ipso muro communi iuxta formam pre
dictam non possit alius consors postea super eo hedificare vel in eo ali
quid immittere sive apud ipsum aliquid appodiare nisi prius resti
tuerit expensas sibi contingentes de tali hedificio tali suo consorti pro
parte qua cepit de ipso muro faciendo super eum hedificare super
ipso aliquid immittendo vel apud ipsum aliquid appodiando. Et quod
cuilibet consorti qui prius hedificaret liceat in ipso muro que hedifica
ret facere fieri fenestras ad suum beneplacitum. Ita tamen quod [illegible] con
sors postea super eodem muro hedificare volens seu in ipso aliquid
immittere vel apud eum aliquid appodiare liceat possit tales
fenestras ex parte sibi contingente remurari et claudi facere ex parte
sua refectis prius tali suo consorti expensis in ipso muro factis pro parte qua
de dicto muro apprehenderet ut predictum est. Et quod dicti rectores et
iudices et quilibet eorum qui inde fuit requisitus predicta omnia fieri et
observari facere teneantur sine solutione alicuius salarii. Quod
ius partes habeant inter ipsos consortes.

De parietibus fiendis inter domos contiguas. — R — viiij.

Idem statuimus quod si aliqui habuerit domos simul contiguas et inter ipsas domos paries sive clausura non fuerit, liceat cuilibet eorum, altero requisito inter ipsas domos construi et fieri facere parietem sive clausuram de lignamine. sive de alia materia sufficienti et decenti. Et si inter ipsas domos est paries insufficiens, possit quilibet eorum licite et impune altero requisito talem parietem inde removeri et destrui facere et loco eius alium sufficientem fieri et hedificari etiam de lapidibus sive mattonibus, et calce prout ipsi rei necessitas et utilitas suadebit. Et quilibet consors teneatur suum consortem predicta facere vel fieri facere volente libere et pacifice pati et sustinere dum modo sua domus dicta de causa non destruatur. Et pro quolibet eorum casuum alius consors teneatur assignare et concedere de suo solo et terreno pro parte sua in ea quantitate que expedierit ad dictum parietem construendum. Quo constructo et opere facto, alter consors apud ipsum parietem aliquid appodiare vel in ipso aliquid immittere sive super eo aliquid opus vel hedificium facere non possit nisi prius alii consorti cuius expensis talis paries factus fuerit refecerit et restituerit expensas in dicto pariete factas pro parte eum contingente. Contrafaciens vero in solidis centum cortonensium vice qualibet puniatur. Ipsis autem refectis et restitutis dictus paries ad eum pro equali parte pertineat et ipso facto pertinere incipiat pleno iure. Ac etiam in eo et super eo omnia facere possit que et prout potest alter consors qui ipsum construi et hedificari fecerat. Ita tamen quod nullus ipsorum consortium possit in tali muro fieri facere aliquam fenestram, cloacham, seu acquaiole vel aliquid aliud opus quod alteri consorti posset nocumentum afferre. Et predicta omnia Potestas et Capitaneus Civitatis Tuderti, et iudex extraordinarius communis Tuderti et quilibet eorum qui inde fuerit requisitus, fieri et observari facere teneantur sub pena librarum quinquaginta pro quolibet eorum contrafaciente et qualibet vice. Insuper volumus quod omnes et singule lites et questiones que dictis de causis sive occasionibus mote fuerint sine solutione salarii diffiniantur et terminentur breviter et summarie et de plano ac sine strepitu et figura iudicii.

Quod nemini liceat aliquid immictere in muro alterius. R(ubrica) viiij

Item statuimus quod nullus habens domum iuxta domum alterius possit aliquid immictere in muro talis domus si ipse murus esset proprius ipsius sui vicini. ¶ Vel ... in eo aliqua fenestram sive quodcumque aliud facere absque voluntate talis sui vicini. ¶ Et si quid in contrarium fecerit illud debeat totaliter suis sumptibus admovere et destruere et murum ipsum in pristinum statum restituere et reducere ad petitionem sui talis vicini. ¶ Nisi tale opus sive hedificium per se et suos auctores pacifice possedisset saltem spatio triginta annorum sciente et patiente domino talis muri vel nisi alias probaret de iure tale opus fieri potuisse. ¶ Quae omnia potestas et Capitaneus Civitatis Tudertinae et Iudex eorundem teneantur tudertinae et quilibet eorum qui inde fuerit requisitus fieri faciat et super predictis cognoscant et diffiniat breviter summarie et de plano et sine strepitu et figura iudicii. ¶ Et quod in ... huiusmodi nullius salarii solutio requiratur.

Quod lapides immissi in aliquo muro alicuius et extra ipsum murum protendentes super aliquem locum pro terminis habeantur. R(ubrica) x.

Item statuimus quod lapides fixi in muro alicuius protendentes extra ipsum murum super aliquem formellum existentem inter domos aliquorum vicinorum sive super aliquem alium locum pro terminis consequentibus habeantur. ¶ Et si quid fuerit superapprehensum vel occupatum per aliquam personam infra tales terminos versus murum in quo immissi sunt ipsi, contra istam personam restituatur et reponatur per ipsum superapprehendentem et occupantem ad petitionem cuiuscumque cuius interfuerit, non obstante aliquo lapsu temporis. ¶ Et si talis occupata sive superapprehensa probari facere contempserit poena decem librarum ... facto incurrat. ¶ Et predicta omnia potestas Capitaneus et Iudex eorundem teneantur tudertinae et quilibet eorum qui inde fuerit requisitus fieri et observari facere teneatur sine solutione salarii breviter summarie et de plano ac sine strepitu et figura iudicii.

De immunitate venientium ad laborandum in comitatu et forensium facientium castrum. R(ubrica) xi.

Item statuimus quod quilibet ... qui ... habitans ... venerit

hitare in Civitate vel Comitatu Tuden. venerit ad habitandum
et ipo comorari [illegible] causa colendi et laborandi terras vel vineas
Civium vel Comitatensium Tuden. [illegible] de [illegible] terris laboret [illegible]
et immunitatem hic [illegible] sibi advenientibus usque ad decem annos
tunc px sequturos si ipam immunitatem petierit. Et tales
sic venientes et ipas immunitates impetrantes et optinentes faciat
potestas nominatim scribi et registrari in libro cois Tuden. per notarium
camere dc. cois. Et qui non reperietur in ipo libro scriptus nul
la huiusmodi censeatur immunitate gaudere. Et quod [illegible] et
massarii [illegible] non possint nec debeant tales advenas
inquietare aliquo [illegible] tempore dictorum decem annorum. Item
[illegible] hedificare seu destruere
aliquod Castrum in Comitatu Tuden. gaudeat immunitate [illegible]
quinque annorum ex tunc px subsequentium [illegible]
sit franco dum [illegible] ipm castrum [illegible]
Et sint adstricti ad solutionem feudi sive salarii Castellani sive
castellanorum qui pro tempore in dicto Castro per coe Tude. fuerint
electi. Et quod potestas [illegible] pro tempore fuerit [illegible]
[illegible] oportunum [illegible] talis Castri et
[illegible] et aliis [illegible] sic
placuit et visum fuit generali consilio dc. cois.

De modo recipiendi forenses in Cives — R. — xija

Item statuimus quod quicumque forensis voluerit effici Civis Tuden.
debeat suam petitionem porrigere [illegible] ipius Tud. Et si
per eos approbabitur legatur postmodum coram [illegible] se
creti consilio ipius Tud. Et si per sedecim ex ipis [illegible] admissus
[illegible] fuit [illegible] et sollempni scruptinio
ad bussulas et pallottas [illegible] debeat postea in consilio generali cois
Tuden. in quo intersint ad minus Centum quinquaginta consiliarii
dc. consilii [illegible] in eo consilio per duas partes consi
liariorum tunc ibi in consilio existentium ad bussulas et pallottas.
Et aliter in Civem [illegible] per Cives Tud. aliquis recipi vel
admicti non possit. Et [illegible] talis forensis antequam ad dictam
Cittadinanciam [illegible] recipi

vel admicti non possit aliquo vero et iusto titulo prius acquirere teneatur pleno iure proprietatis et possessionis aliquam domum in dicta Civitate Tuderti. Et ea taliter acquisita tamdiu dicto beneficio gaudeat quamdiu eam propriam et per se suam possederit et in dicta Civitate cum sua familia habitaverit. Ceterum si ea fictitie acquisiverit eo casu beneficium talis citadinantie eidem non prosit. Et nichilominus in hoc casu talis domus sic fictitie acquisita dicto comuni ipso iure applicetur et acquiratur. Que non solum ad futuros Cives trahi volumus. Set etiam ad illos qui a decem octo annis citra admissi fuissent in Cives Civitatis predicte. Predictis sunt excepti Legerium Nicolutii de perusio et Comites de Campagna et Manfredum de Interampne quos ad huius capituli observantiam nolumus obligari. —

Quod Nullus alterius Jurisdictionis emat possessiones in comitatu Tuderti —— R. —— xiii

Item quod nullus forensis possit vel debeat emere in comitatu Tuderti aliquam peciam terre. Et si contrafecerit comuni Tuderti talis pecia terre ipso iure acquiratur. et ex tunc potestate et facto presentis capituli acquisita esse intelligatur et censeatur. Et quod potestas Civitatis Tuderti primo mense sui regiminis teneatur predicta intimari et notificari facere per suas litteras terris et Comitatibus propinquis et circumstantibus ipsi comitatui Tuderti et ipsas litteras scribi et registrari facere per notarium Reformationum dicti comunis. Ac etiam predicta omnia publice per Civitatem Tuderti banniri facere in mense primo. Et quod syndici Castrorum et villarum dicti comitatus in quibus sunt infra quos vel quarum confinia vel territorium fuerit terra empta. teneantur et debeant denuntiare dicto domino potestati tales emptores sub pena quadraginta solidorum pro quolibet tali empto per eos non denuntiato. Et predicta locum habeant etiam si predicte littere dictis terris sive comitatibus transmisse seu etiam scripte et registrate non fuerint iuxta formam premissam. Ita tamen quod presens capitulum locum non habeat in illis de domo domini Bonifatii pape octavi quos habere volumus pro Civibus Tudertinis. —

De possessionibus non alienandis aliam preter Ecclesie. R. — xiiii

Item statutum est quod nullus de Civitate vel Comitatu Tuderti possit vel debeat vendere, vel quovis alio titulo alienare.

alicui persone ecclesiastice aliqua petia terre sita in Civitate vel comitatu
pars. // Et si contrafiat non valeat ipso iure. // Et nichilominus
pretio tali solvere teneatur et debeat talis vendens sive alienat-
or Comuni Tuderti omnes datam et collectam, omneque onus subire prout ante
talem venditionem sive alienationem tenebatur, non obstante iure ali-
quo in contrarium loquente. // Et alio capitulo posito sub rubrica. Qui-
bus casibus terre per aliquem concesse alicui ecclesie titulo permutationis
debeat de eius libra removeri, et quibus non, quod in suo casu vendi-
cet sibi locum.

Quod habentes possessiones que olim fuerunt alicui persone ecclesiastice solvant datas et gabellas cum penis decursis. — R(ubrica) xv^a.

Item statuimus quod omnes et singule persone subiecte iurisdictioni comunis
Tuderti possidentes sive ad eorum librum scriptas habentes aliquas pos-
sessiones que olim fuerunt alicui persone ecclesiastice, de quibus et pro quibus
date sive collecte aut gabelle dicto comuni debite olim solute non
fuissent teneantur ipsas datas, collectas et gabellas solvere et ad
earum solutionem omnibus iuris remediis opportunis compellantur per exac-
tores ipsarum, cum omnibus penis quas ipsa incurrisset ab eo tem-
pore citra postquam tales persone dicto comuni subiecte tales res acquisivisset
vel eas ad suam libram scribi fecisset. **De proposita facienda in
consilio super factis libre et de favore prestando iudici libre. R(ubrica) xvi.**

De fraudibus que plerumque per quamplures excogitantur circa
factum libre quantum est possibile ovictura presenti lege du-
ximus statuendum quod potestas Civitatis Tuderti teneatur in unaquaque
iuramenti primo vel secundo mense sui regiminis proponere in consilio generali
comunis Tuderti qualiter per dictum Comunem dictis fraudibus occurratur. // Et
quod quicquid super predictis per dictum consilium provisum et deliberatum fuerit
exequi teneatur sub pena [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] contentum.

Quibus casibus terre per aliquem concesse alicui ecclesie titulo permutationis debeat de eius libra removeri et quibus non. R(ubrica) xvii.

Item statuimus quod dominus defensor et iudex libre comunis Tuderti
cogat modis omnibus quibus potest omnes et singulos Cives et

comitatensis Civitatis qui terras suas seu quas [illegible] possideret et sustinere
teneret in fraudem cont[ra] tunc scribi fecisset [illegible] que scripte reperirentur
ad libram alicuius ecclesie Civitatis sive [illegible] ad ponendum ipsas ter
ras ad libram ipsorum.. ¶ Et siquis in premissis dicto iudici contempserit obedire.
condempnetur per eundem iudicem pro quolibet quarterio talis terre usque in quantitatem
decem librarum arbitrio dicti iudicis consideratis facti qualitate et valore tal[is]
terre ac contemptu per talem inobedientem. ¶ Preterea volumus quod si ali
quis de dictis Civibus sive comitatensibus Civitatis titulo permuta
tionis aliqua sua petia terre alicui ecclesie concessisset que re vera
esset maioris extimationis quam terra quam ab ipsa ecclesia dicto titulo re
cepisset quod talis sua petia terre quam tali titulo ipsi ecclesie conces
sisset nichilominus in sua libra debeat remanere non obstante
permutatione predicta. ¶ Verum si terra quam ab ipsa ecclesia dicto titu
lo recepisset esset maioris extimationis vel saltem equalis cum
est terra sua quam ipse dicto titulo ipsi ecclesie concessisset eo casu ad
eius petitionem talis sua terra de ipsa sua libra debeat amoveri
sive elevari et eius loco poni et scribi alia terra quam dicto titulo
ab ipsa ecclesia recepisset.

Quod massarii comitatus teneantur contribuere in honeribus patri
monialibus sive sumptibus pecuniariis in loco ubi sunt de sceptia
lare et qualiter ipsa onera distribuatur et de aliis ad predictam materiam
spectantibus. R[ubrica] . xxviij.

Item statuimus quod quilibet massarius comitatus Civitatis teneatur conferre et
contribuere in omnibus oneribus patrimonialibus sive pecuniariis sum
ptibus incumbentibus certam sive universitatem illius castri vel ville
in quo vel qua sive inter cuius massarios sceptius esset ad lare sive
pro lare cum habitatoribus ipsius Castri vel ville non obstante quod ipse habeat
bona sua extra confinia sive tenuta talis castri vel ville seu
quod aliunde sit oriundus seu etiam quod alibi cum sua familia habitet
Ita quod in premissis sola desceptio laris consideretur. ¶ Et quod pro huiusmodi
honeribus et sumptibus talis massarius alibi gravari non possit nec
debeat quoquomodo. ¶ Quod etiam locum habeat in massariis dicti comi
tatus habitantibus in Civitate burgis seu suburgis Civitatis
qui seu quorum patres sceptii essent vel fuissent inter lares et ad
lares massariorum comitatensium. videlicet ut teneantur in sustinen[do]

oneribus et sumptibus co[illegible] et conferre cum hominibus comitatus sive universitatis illius castri [illegible] ville in quo seu qua ipsi vel eorum patres taliter sepositi erant / fuerant [illegible] essent. Declarantes quod collatio et distributio dictorum onerum et sumptuum fiat et fieri debeat inter ipsos et per ipsos massarios pro dimidia parte ad libram et fumantes [?] libram vinularum [?] ipsorum et pro alia dimidia per fumantem [?] sive per laborem. Ita tamen quod predicta locum non habeant quantum ad onus syndicatus incumbens talis castri vel ville prout sive patrimonialis subeundi seu expendendum. Nec quantum ad onera talis comitati sive universitati incumbentia ex eo quod non denuntiasset maleficia que et prout tenebantur secundum formam statuti dicti comunis. Seu ex eo quod per homines talis castri vel ville malefactores capti non erant. Aut ex eo quod in tali castro vel villa malefactor [?] receptatus fuisset. Et huiusmodi onera subire teneatur quilibet solum in eo loco ubi tunc temporis cum sua familia habitaret. Hec enim non solum ad futura sed etiam ad preterita non decisa trahi volumus. aliquo iure canonico vel civili seu aliquo capitulo statuti vel ordinis dicti comunis in contrarium loquentibus non obstantibus quoquomodo:

De terris per alluvionem accrescentibus / addendis ad libram et de diminutis / removendis de libra / et de mensurando eorum [?] parte — XVIII.

Item statuimus quod domini defensores et iudex libre comunis [illegible] preterea et debeant facere bannum per civitatem [?] quod quilibet cui per alluvionem aliqua quantitas terre de novo accrevit sive restituta fuit ex quadam [illegible] ad dictum bannum in antea computanda [illegible] bannum [illegible] terminus [illegible] computata ipsis dominis defensoribus et iudici in scriptis assignet terram predictam sub pena decem librarum [illegible] pro quolibet quartingo [?] [illegible] terre qua neglexisset eidem iudici assignare. In qua pena idem domini defensores quemlibet predictorum contra facientem condempnent. Et quod cuilibet liceat talem contrafacientem coram dictis dominis defensoribus [illegible] iudici denuntiare et habeat medietatem pene que [illegible] de ea [illegible] denuntia [illegible] camera dicti comunis [illegible] et [illegible] teneatur secretum. Et [illegible] Et [illegible] domini defensores [illegible] iudex [illegible] imponere teneatur [illegible] alium [illegible] per aliquos [illegible]

168v

q̄ dcūs dns defensor et iud teneat̃ eā remouere ꝛ eleuare siue
de sua libra ad ipsius petitionem, ita q̄ amplius donec res ipa ī eod
statu pmanserit, nō cogatur nec cogi debeat ꝓpte p̄dca sibi taliter
adepta ul' diminuta dĉa aliqua soluere ul' aliqd onus subire.
Et ad inueniendu ueritatē de p̄dcis. dcūs dns defensor ꝛ iudex
eligere teneantur ad petitionē ꝛ sumptib; talis cui sua t̃ra talit'
diceret' adepta siue diminuta unum bonum ꝛ fidelem agrimensorē
et ipm iurare faciat de fidelit' mensurando residuu ipius t̃re talit'
diminute ad hoc ut sciat' quata pars ipius t̃re sibi talit' sit adepta
Et hec fiant p̄sentib; syndico ꝛ quatuor massariis admīnus illius
Castri ul' ville in quo tenuta talis t̃ra est seu ē ꝯsueuerit. Et
de p̄dcis stetur relatioi talis agrimensoris. Que oīa dcūs dns
defensor ꝛ iud fieri ꝛ obseruari faciat sub pena lib' qnquaginta cort'
quoties ad suā notitia p̄dca puenerit.

De erroribus occurrentibus in libra aliqua ul' in mensura ul' alio
modo corrigendis p iudicem libre et de m̃o ī p̄dcis s'uando. R̃. xx.

Item statuimus q̄ si qua pars t̃re scripta ēē diceret' alicui ad
libra suam ultra ueram ipius qtitate ꝛ mēsura q̄ p defensorem
et iud libre eorū iud' eligatur unus bonus ꝛ fidelis agrimensor
sumptib; talis conquerentis et ad eius petitionē qui ipam t̃ram
debeat reuidere ꝛ mensurare p̄sentib; syndico ꝛ quatuor massariis
loci ī cuius tenuta posita est ipa t̃ra, et deinde s'm relationē
talis agrimensoris reducat' ad ueram ipius quatitatem ꝛ mēsura et
q̄ talis agrimensor tpre talis electionis ... ad delationē dci iud
iurare ipam mensuratioem bona fide ꝛ legalit' facere. Teneat' quoque
ꝓdcūs iud quecūqꝫ alium errorem occurrentē ī libra ul' circa libra
aliquo ꝓ ad petitionē talis ꝑ. ueritate cognita corrigi et tolli
facere et ad iustum et uerū statū eā reduci facere.

De modo eleuandi de libra ꝛ ponendi t̃ras p notos Ciuitatis R̃. xxi.

Item statuim' q̄ nulla petia t̃re totalit' ul' p aliqua el' pte ꝯ
sit ul' debeat eleuari cancellari p̄ōm scribi ul' addi alicui p̄sone de
Ciuitate ul' comitatu tusti de libra ul' in libra siue ad libram
ipius n̄ p alteru duoꝝ notoꝝ de dca Ciuitate elige...
offm dnoꝝ poꝝ ... ciuitati p tpre ... ...

169

quilibet debeat exercuisse artem notarie ad minus quinque annis.
¶ Et habeant dicti not. pro eorum salario pro qualibet petia terre in totum vel
per aliqua eius parte taliter elevanda, cancellanda ponenda et addenda,
quattuor den. tantum, videlicet duos den. ab eo cui eam elevabit et can-
cellabit et alios duos ab eo cui eam ponet et addent, et nil
ultra recipiat sub pena centum sold. pro qualibet vice et quolibet
ipsorum contrafaciente. ¶ Ita tamen quod ipsi vel eorum alter non possint nec de-
beant elevare et cancellare aliqua petia terre totaliter vel per aliqua
eius parte de libra alicuius massarii dicti comitatus et ea ponere et addere
ad libra alicuius civis, nobilis vel forensis. ¶ Possit tamen terras
civium nobilium et forensium inter ipsos vicissim scribere, elevare
addere et minuere tam in libris catasti quam in summectis eorum ut
sicut moris est fieri. ¶ Liceat etiam terras ipsorum massariorum inter ipsos
vicissim ponere et elevare. ¶ Teneantur etiam ponere et
scribere ad libras civium nobilium et forensium sive massariorum
dicti comitatus omnes terras que eas alienarent per aliqua ecclesia
seu ecclesiastica persona. ¶ Hoc etiam intellecto quod antequam elevet
et cancellet aliqua pet. terre de libra alicuius civis nobilis vel
forensis et eam ponant et addent ad libra alicuius massarii dicti
comitatus cui talis pet. terre alienata diceretur, videant in-
strumentum talis alienationis et ab ipso massario solvi faciant
omnes datas massariis impositas a tempore talis alienationis citra
pro libra talis pet. terre cui tenens massarius pro dictis datas non solu-
eris. ¶ Et quod quilibet dictorum not. qui aliqua petia terre taliter
elevaverit et posuerit ut dictum est, teneatur in fine talis sue
scripture se subscribere apponendo nomen et pronomen suum, et annum,
mensem et diem. ¶ Et si contra vel preter dictam forma aliqua
petia terre in totum vel pro parte aliqua, cancellata, elevata, posita vel
addita fuerit de libra vel ad libram alicuius non teneat ipso iure.

De terris acquisitis per massarios, ad eorum libram ponendis. Et de pena
massariorum facientium se scribi ad libra civium, nobilium vel forensium. R. xxii.

Item statuimus quod dominus defensor et iudex super lardibus et libra con-
stituti ad requisitionem cuiuslibet teneatur et debeat facere scribi et
poni omnem terram empta vel alio modo acquisita per quemcumque

169v

massarium comitatus Tuderti ad libram ipsius massarii et abinde facere extima
tionem ipsius terre, sive illius castri vel ville de cuius universitate est
talis massarius, et ipsam extimationem facere cancellari, elevari et di
minui de libra ei cui talis terra prius scripta erat. Et nichilominus
cogat cum effectu talem massarium ad solvendum camerario comunis Tuderti
vel comuni recipienti omnes et singulas datas mutuas collectas ac ga
bellas debitas ipsi comuni, et omnia alia onera imposita per ipsum comune pro
tali terra a die quo talis massarius ipsam terram emisset vel alio modo
acquisivisset usque in diem quo ipsam ad eius libram scribi fecerit cum
penis dicta de causa iam incursis, discomputatis tamen et detractis
omnibus quantitatibus datis de causis per eius auctorem dicto comuni solu
tis. Preterea volumus quod nullus massarius qui scriptus sit in
libra et inter lares massariorum comitatus Tuderti faciat se scribi inter
lares vel ad libram civium, nobilium vel forensium. Et quicumque contra
fecerit puniatur pro qualibet vice in centum libris cortonensium. Et
quod dictus dominus defensor et iudex teneantur et debeant infra triduum postquam
hec ad eius notitiam pervenerit, talem massarium reduci facere ad libram
inter lares dictorum massariorum. Que omnia dictus dominus defensor et
iudex teneatur executioni mandare ad penam viginti quinque librarum cortonensium
et sub vinculo iuramenti.

De terris massariorum non appodiandis seu aliquo fictitio titulo recipiendis
et de aliis ad dictam materiam facientibus — XX — XXIIII.

Item statuimus quod dominus defensor et iudex super libra et laribus
comitatus Tuderti teneatur et debeat saltem semel singulis tribus mensibus
sui regiminis inquirere contra omnes et singulos massarios comitatus
Tuderti qui eorum terras appodiaverit sive aliquo fictitio titulo alie
naverit alicui civi, nobili vel forensi seu alicui ecclesie, secolari
cum ecclesie vel ecclesiastice persone. Et si quem massarium invenerit contrafecisse
faciat talem terram ad eius libram reduci atque reponi per notarium ad hunc
modum officium deputatos sive per aliquem eorum. Et nichilominus
cogat cum omnibus iuris remediis oportunis ad solvendum omnes quan
titates datarum et collectas sive gabellas dicto comuni debitas pro talibus
terris, cum penis propterea iam incursis. Et nichilominus talem mass
arium, et etiam illum qui tale appodium talis terre receperit se

dem fictitium contractum cum eo de talibus terris fecerit in fraudem et preiudicium dicti comitatus defraudatis i libras vigintiquinque quas quilibet eorum incurrat ipso facto ad eas soluendas compellatur omnibus viis remediis opportunis. Et quod quilibet possit tales contrafacientes denuntiare et accusare et habere debeat medietatem dicti banni quod ex eis denuntiatione et accusatione camere dicti comitatus peruenerit et nomen eius in credentia teneatur. Et ad fidem faciendam de predictis sit sufficiens probatio quod talis massarius tales terras tenet et usufructat ac tenuit et usufructauit post huiusmodi alienationem ipse et suo nomine faciente et patiente illo cum siue cuius quo preiudicium massarium tale affictum seu talis fictitius contractus factum siue factus esse diceretur. Teneatur etiam idem iudex dictis temporibus inquirere et recommendare libris massiorum comitatus tradi mandare inter illos qui habitent uel possessiones habent in illo castro uel villa in quo uel qua diceretur quod aliquis massarius deberet esse descriptus. Et eos potissime super tali facta inquisitione testificari faciat. Et teneatur quilibet qui siue cuius pater auus uel proauus patruus scriptus reperietur inter lares alicuius castri uel ville comitatus Tuderti in soluere omnes datias collectas et gabellas dicto comuni debitas pro tali lari cum ponis propter ea incursis. Et quod dictus iudex teneatur quemlibet qui siue cuius pater auus uel proauus patruus scriptus reperietur in libro larium dicti comitatus facto et scripto tempore sapientis viri domini Laurentii de Castello olim iudicis super libra uel quocumque alio tempore redacti factum et scripti inter lares dicti comitatus in eo videlicet loco in quo ipse uel aliquis ex dictis eius ascendentibus scriptus reperietur in libro predicto. Et nichilominus eundem condempnet in libris vigintiquinque cortonensium. Ita tamen quod siquis de predictis ante quam ab aliquo delatus siue denuntiatus fuerit seu quam cum notatis per ipsum iudicem etiam ex suo officio processus aliquis fuerit inceptus et ante quam terminus assignatus expirauerit coram ipsius iudicis in generali banni mento ex eius parte mictendo de quo in parte quamuis non lapsus fuerit, se dicto iudici sponte detulerit, ex tunc a dicta pena decem vigintiquinque librarum liberatus et exemptus censeatur. Et ad fidem faciendam dicto iudici quod aliquis sit de massariis dicti comitatus et scribendus ad libra contra lares dicti massariorum sufficiat quod ipse seu eius pater auus uel proauus patruus reperiatur scriptus inter lares et ad libra dicti massariorum

Contra qua(m) (com)positiones nulla oppositio exceptio (com)probatio vel defensio admictat(ur). Te-
neat(ur) quoq(ue) d(ic)tus Jud(ex) o(mn)es penas quas q(ui)cu(m)q(ue) incurrisse(n)t tote fraudis (com)misse i(n) libra
vel laribus atq(ue) nove libre citra v(e)l ultra (com)petente(m) exigere (et) eiusde(m) ad eas solvendu(m) (com)pel-
lere o(mn)ib(us) Juris remediis opportunis lapsu alicui(us) t(em)p(or)is n(on) obstante neq(ue) aliquo
Jure q(uo)d incontrariu(m) loqueret(ur). Que o(mn)ia locu(m) h(ab)ere volum(us) n(on) solu(m) i(n) futuris s(ed) et(iam)
i(n) p(re)teritis nodum sopitis. Preterea volum(us) q(uod) d(i)c(tu)s Jud(ex) teneat(ur) quolib(et) m(en)se sui
offitii saltem semel pu(blice) banniri face(re) p(er) Civitate(m) Tud(ertinam) q(uod) q(ui)cu(m)q(ue) (contra) p(re)d(ic)ta fecisse(n)t eidem
Jud(ici) debeat se deferre i(n) certu(m) t(em)p(us) m(od)o exp(ri)me(nd)u(m) i(n) ip(s)o Jud(ici) suo arbitrio assignad(o) (et) bannito p(re)d(ic)to.

De nova libra n(on) facienda alic(ui) absq(ue) licentia d(omi)nor(um) prior(um). R(ubrica). xxiiij.

Item statuim(us) q(uod) nullus officialis co(mun)is Tud(ertini) possit vel debeat alicui Civi Tud(ertino) no-
bili vel (com)ponenti n(on) h(abe)nti libra(m) i(n) libro co(mun)is Tud(ertini) ponere face(re) vel scribere libra(m) nova(m)
absq(ue) exp(re)ssa licentia offitii d(omi)nor(um) prior(um) p(o)p(u)li Tud(ertini). et si (contra) factu(m) fuerit n(on) valeat ip(s)o
iure. Et nichilominus officialis (contra) facie(n)s i(n) lib(ris) quinquaginta cor(tonensium) vice qualib(et) puniat(ur).

De filiis massarior(um) (com)unis Tud(ertini) emancipatis scribe(n)dis int(er) lares (et) ad libra(m) ip(s)or(um) massarior(um). R(ubrica). xxv.

Item statuim(us) q(uod) quilib(et) emancipat(us) a suo patre vel avo patrio massario (com)unis
Tud(ertini) scripto int(er) lares dic(t)i (com)unitat(is) poni (et) scribi debeat int(er) ip(s)os lares (et) q(uod) o(mn)ia
sue t(er)re poni (et) scribi debeat ad ei(us) libra(m) inter ip(s)os massarios i(n) eo videlicet
loco ubi talis ei(us) pater vel avus patrius scripti reperiret(ur). Quod locum
h(ab)eat si talis emancipat(us) se(ors)um a tali suo patre vel avo cu(m) sua familia
larem h(ab)uerit. Et q(uod) d(omi)n(u)s defensor (et) Jud(ex) sup(er) lar(i)b(us) (et) libra co(mun)is Tud(ertini) te-
neatur infra q(ui)ndecim dies postq(uam) p(re)d(ic)ta e(i) denu(n)tiata (et) notificata fuerint ea ex-
equi face(re) cu(m) effectu ad petitio(n)e(m) cui(us)lib(et) p(er)s(one). sub pena lib(rarum) centum cor(tonensium).

De massariis scriptis p(er) herrore(m) ad libra(m) Civium nobiliu(m) vel (com)ponen-
tium reponend(is) ad libram massarior(um). R(ubrica). xxvj.

Item statuim(us) q(uod) quicu(m)q(ue) not(arius) Civitatis Tud(ertine) ad hui(us)modi offi(tium) deputat(us)
p(er) herrorem scripsisset (vel) posuerit aliquem massarium (com)unitat(is) Tud(ertine) ad libra(m) C-
ivium nobilium vel (com)ponentium possit (et) debeat licite et impune talem
suu(m) herrorem notificare (et) assignare Coram d(omi)nis priorib(us) p(o)p(u)li Tud(ertini) (et)
de inde de ip(s)or(um) (con)scientia (et) (con)sensu talem massarium scribere (et) ponere ad li-
bram massarior(um) d(i)c(t)i (com)unitat(is) et elevare et removere de libra d(i)c(t)or(um)
Civium nobiliu(m) vel (com)ponentiu(m). Et q(uod) talis massarius si se fore declara-
verit (et) assignaverit d(omi)no defensori (et) Judici libre d(i)c(t)i co(mun)is et an(te)q(uam) p(er)
aliu(m) de p(re)d(ic)tis denu(n)tiatus fuerit seu p(er) ip(su)m Judicem de p(re)d(ic)tis
(contr)a eum Inquisitio aliqua fuerit incohata et se ad libra(m) massario(rum)
scribi (et) reponi fecerit. ex tu(n)c ab o(mn)i pena sit (et) e(ss)e Intelligatur
exemtus. Et de herrore p(re)d(ic)to stari volumus Juramento d(i)c(t)i not(arii)
taliter ut predicitur assertis.

De Inquisitione facienda de laribus. R(ubrica). xxvij.

171

Item statuimus quod potestas et Capitaneus Civitatis Tuderti et
eorum iudices et defensor comunis tuderti et quilibet ipsorum teneantur et debeat
primo mense eorum regiminis facere inquisitionem de omnibus Laribus
Comitatus Tuderti et de omnibus personis que scripte esse deberent in libris
Larium dicti comunis et in eis scripte non erunt. Et siqua invenerit
que sive cuius pater avus vel proavus paternus tamquam massa
rius dicti comitatus aliqua datam vel collectam solvisset dicto comuni
aliquo tempore infra vigintiquinque annos tunc proxime precedentes
quod tales personas scribi facere teneantur inter Lares et ad libra
massariorum dicti comitatus inter illos videlicet massarios cum quibus
talis sive eius pater avus vel proavus paternus talem datam sive
collectam solvisset ut dictum est. Et Nichilominus tamquam massa
rius dicti comitatus pro terris quas haberet in dicto comitatu tene
atur omnes datas collectas sive gabellas dicto comuni debitas et
debendas ipsi comuni integraliter solvere. Et si aliquis massarius
dicti comitatus inveniretur in libro libre massariorum dicti comitatus
cancellatus seu cuius libra cancellata reperiretur in dicto libro et po
sitas reperiretur in libro libre Civium nobilium vel pergentium
reducatur et scribatur ad libram et in libro libre massariorum
predictorum non obstante dicta cancellatione.

*Quod scriptus ad Lares plurium et diversorum locorum debeat ad unum
Larem tantum redire. ——— Rubrica ——— xxviii.*

Item statuimus quod siquis scriptus esset ad Larem et inter Lares in pluribus
et diversis locis comitatus Tuderti reducatur ad unum locum qui sibi ma
gis placuerit et de aliis cancelletur et removeatur et quod non gravetur
de aliqua sive pro aliqua data sive collecta seu de aliquo vel pro aliquo
alio onere nisi pro uno Lari et in uno loco tantum. Et in nomine talis
descriptus eligat et declaret se velle esse et remanere ad Larem et inter
Lares alicuius dictorum ipsius locorum in quo et inter quos magis de iure esse debet.
Que omnia dominus [illegible]
postulationem fieri faciat summarie hinc [illegible] vocatis super partibus bre
viter summarie et de plano et sine strepitu et figura iudicii. Et
tunc id quod sibi videbitur iustum et equum visum fuerit suo arbitrio
arbitrio et iudicio decidat atque declaret cuius declarationi et
arbitrio stari debeat in predictis

*Quod statuta loquentia contra massarios locum non habeant contra habentes tene
ficium Civium nobilium vel pergentium ——— Rubrica ——— xxviiii*

Item statuimus ad omne dubium tollendum quod ubicumque aliquod

debeant solum cum Cumbitudini. Et sicut ipsi Cives ipsas taxationes solvunt, et non cum massariis ipsius comitatus seu sic ipsi massarii solvunt taxationes predictas. Dummodo dicti massarii gravari non possint ratione dicte solutionis quam dicti nobiles et potentes facient cum dicto Comuni. Quin immo ipsi massarii pro parte dictis nobilibus et potentibus contingente de taxatione predicta debeant exgravari.

Quod quilibet faciat se scribi et allibrari terras quas emerit vel alio titulo acquisiverit. R. xxxvii

Item statuimus quod quicumque emerit vel quocumque alio titulo acquisiverit aliqua petia terre, teneatur et debeat infra tres menses proxime tunc subsequentes dictam petiam terre ponere et scribi facere ad libram suam in libro et cattasto libre dicti comunis ad penam dupli extimationis ipsius terre. Et predicta locum non habeant in terris scriptis ad librum massariorum comitatus Tuderti seu massariorum forensium quas Cives Tuderti Nobiles vel potentes dicti comitatus emerit vel alio quocumque modo vel titulo acquisiverit ad hoc ut libra dicti comitatus nullatenus minui possit. Et quod sindicus super libra et Cattasto dicti comunis teneatur et debeat modis omnibus quibus potest cum promotore vel sine procedere et investigare contra omnes et singulos facientes contra formam alicuius capituli statuti sive ordinamenti dicti comunis tractantium de materia Cattasti sive libre, et repertos culpabiles penis debitis punire et condempnare. Et quod quilibet possit contrafacientes in predictis vel aliquo predictorum eidem sindici denuntiare et accusare, et habeat medietatem banni quod ex eius denumptiatione vel accusatione in camera dicti comunis pervenerit, et eius nomen teneatur secretum.

De pena facientis elevari de libra sua terras quas possideret. R. xxxviii.

Item statuimus quod nullus de Civitate vel comitatu Tuderti audeat vel presumat elevari facere seu permictere de libra sua aliquam petiam terre nisi eam vendiderit vel alio vero et iusto titulo alienaverit. Contrafaciens vero puniatur per Iudicem libre viginti quinque in decem libris cortonensium pro quolibet quartingo talis terre. Et in eodem puniatur quilibet faciens seu permictens

ipam tantum scribi et poni ad literam suam in libro sive catasto dicti comunis.

Quod quilibet lar de plano Ameti habeat unam quartingatam terre, et de oneribus per eos subeundis. R(ubrica). — xl.

Item statuimus quod quilibet lar existens in Castro plani Ameti quod in comuni Tuderti habeat in parte debeat unam quartingatam terre tantum quam dominus Comes habet in tenuta sive in confinia dicti castri secundum quod parte rius habuerunt. Dummodo prestet et prestare teneatur quilibet de ipsis laribus quolibet anno dicto Comiti pro ipsa quartingata terre quindecim solidos cortonenses. Salvis pactis et conditionibus olim appositis in concessione dicti terreni acceptis est facta per Comitem predictum. Et quod omne et totum id quod superest de dicto terreno plani Ameti a dicta quartingata terre superiore pro quolibet lare predicto supra libere remaneat et sit dicti comunis ita quod ipsum Comes tamquam verum et legitimum dominus de ipso residuo faciat et facere valeat quod sibi placuerit. Et quod omnes et singuli habitantes in dicto Castro de bonis acquisitis per eos post concessionem dicti terreni facta eisdem per dominum Comitem sive imposterum acquirendis solvere debeat ipsi Comiti omnes datas et collectas omniaque onera patrimonialia pro eis subire prout faciunt alii massarii comitatus Tuderti non obstante inmunitate olim eis per ipsum Comitem concessa que quatenus ad hec in nichilo patrocinetur eisdem.

De cursu aque non impediendo et desformis vacuandis. R(ubrica). xli.

Item statuimus quod potestas Capitaneus et iudex eorum comunis Tuderti et quilibet eorum qui inde fuerit requisitus teneatur et debeat cogere omnibus iuris remediis opportunis omnes et singulos in quorum et per quorum terras aque logrenses retinentes temporibus fluere consueverunt ut eas more solito in ipsis et per ipsas terras fluere faciant atque sinant. Et quod mundent fodiant et vacuent suis expensis foveas sive formas in quas et per quas ipse aque fluere consueverunt ita quod cursus ipsarum aquarum nullatenus impediatur. Set in eas et per eas libere fluere possint prout hactenus fluere consueverunt. Et si predicta non facerent infra terminum eis ab aliquo dictis rectoribus sive alio iudice assi

matum seu postquam est ab eo [illegible] denuntiatum constiterit
possit quilibet cui interfuit purgari ea facere et perfacere sua auctoritate
Ita quod in eas et per eas [illegible] aque libere fluere valeat quod ut hac-
tenus consueverint. Et potestas rectores et Judex et quilibet
eorum qui inde fuit requisitus fieri faciat ad petitionem cuiuslibet
cuius interfuit. sive qui ista differit interesse. Et quemlibet
in predictis eis vel aliorum eorum de ipsa causa [illegible] non obtemp-
erantem in solidis quadraginta cort[onensium] possint et debeant vice
qualibet condempnare. Et nichilominus totum dampnum in-
teresse et expensas quod vel quas alius cuius interfuerat dicta de
causa passus fuit sive fecerit, eidem reficere emendare et
restituere talis contrafaciens integraliter teneatur. Et pre-
dicta etiam locum habeant in Civitate Tuderti in foveis et
chiocavis. Preterea volumus quod omnes et singuli agricul-
tores sive laboratores terrarum, teneantur mundare et vacuare
omnes foveas sive formas in [illegible] sive [illegible] consuetas
seu que esse consueverint. Quod ea [illegible]
sine solutione salarii. Et pena non [illegible]
etiam in preteritis non [illegible] dederit [illegible]

Quod Jus stillicidii non ledatur propter conductus communis Tuderti. R. xlii.

Item statuimus quod siquis habuerit Jus stillicidii supra domum
casalenum sive terrenum alterius sive aliud simile ius
et deinde aqua talis stillicidii per alium locum ducta sive
derivata fuerit ad conductum cisternarum communis Tuderti. quod
propterea tale suum Jus in aliquo non ledatur vel minuatur sive
lesum vel diminutum esse intelligatur nec dicta de causa sive
ad contra eum ius aliquod alteri acquiratur. Jure aliquo
non obstante.

De pena prestantis impedimentum aque fluenti in platea communis Tuderti
sive quod aque et turpitudines non fluant in chiocavas. R. — xliii.

Item statuimus quod nullus faciat sive prestet aliquod ob-
staculum sive impedimentum quod quo aqua fluens seu
fluere solita in platea communis Tuderti inter domum [illegible]
[illegible] et domum olim [illegible] non possit libere

fluere in lectum et per lectum predictum. Contrafaciens vero in
viginti soldis cuiuslibet vice qualibet puniatur. Preterea volu
mus quod omnes aque et turpitudines libere fluant et fluere
possint ad chiocanas stantes in stratis dicti comunis. Et si quod

obstaculum vel impedimentum per aliquem in contrarium factum
esset. Potestas et iudex extraordinarius comunis Tuderti et quilibet eorum
qui inde fuerit requisitus. postquam hoc eis denuntiatum fuit
aquandocumque persona illud admoveri facere penitus teneatur. aliquo
lapsu temporis non obstante. Et nichilominus talem contrafacien
tem in dicta pena condempnet. Que omnia sine solutione salarii
pagantur et expediantur. — De sepalibus sive arboribus
pendentibus supra rem alterius removendis. R[ubrica] — xliiii.

Item statuimus quod si quis habet aliquam arborem sive sepalem
que vel quod protenderetur sive pendeat super rem alterius, Potestas
Capitaneus et iudex extraordinarius comunis Tuderti et quilibet eorum
qui inde fuerit requisitus teneantur et debeant ad petitionem
cuiuslibet cuius interesit eadem proponere quatenus infra decem dies
extat super scaturos ipsam vel ipsum quatenus super rem alterius
protenderetur sive penderet, removeat et abscindat quod si
medietatem banni quod ex eius denuntiatione et accusatione in cameram
dicti communis peruenerit et eius nomen teneatur in credentia. Item
quod per consilium generale eligatur unus bonus et fidelis vir cui
de predictis curam habeat atque denuntiare et referre teneatur
dicto potestati siue Judici exgrauatori dicti communis quemlibet contrafacientem
et habeat et habere debeat medietatem banni quod dicta de ca
[illegible] denuntiatione uel accusatione in cameram dicti communis peruenerit.

Quod nullum brutum animal decorietur uel sanguinetur in locis infrascriptis
et de pena contrafacientium. R[ubrica]. lxxxi.

Item statuimus quod nullus bouem mulum uel asinum deco
rietur in Ciuitate burgis siue suburgis Tuderti uel [illegible]

Piazz. d. Giovan.

Inquirerensi

per medium miliare ad penam decem sold. cort. pro quolibet contrafaciente et qualibet vice. Nullus etiam aliquod de dictis animalibus flobectomet nec sanguinet in aliqua via publica vel vicinali sita in Civitate burgis vel suburgis Tuderti ad penam predictam. Et quod quilibet contrafacientes in predictis vel aliquo predictorum accusare et denuntiare possit et teneatur nomen eius in credentia et habeat medietatem dicte pene que ex sua denumptiatione vel accusatione pervenerit in cameram comunis Tuderti.

De pena ducentis animal egrotum ad fontem. R. lxxxij.

Item statuimus quod quicumque haberet aliquod animale egrotum illud non ducat nec duci faciat ad aliquem fontem Civitatis vel comitatus Tuderti si suspicandum esset ne alie bestie ibi potantes possent dicta de causa egrotare. Contrafaciens vero in viginti sold. cort. vice qualibet puniatur. Et quod si postquam tale animal sic egrotum mortuum fuerit. teneatur ille cuius est facere ipsum portari extra dictam Civitatem a longe ad minus per medium miliare ad pena predicta.

De pena vendentium lapides contra istam formam. R. lxxxiij.

Item statuimus quod lapides de fisso vendantur ad mensuram pedis comunis Tuderti et non aliter. Et quod mensura cum qua mensurantur ipsi lapides sit sigillata sigillo dicti comunis. Et siquis contrafecerit pena quadraginta sold. cort. ipso facto incurrat.

De modo servando per mactonarios et tegularios. R. lxxxiiij.

Item statuimus quod tegularij et mactonarij Civitatis et comitatus Tuderti teneantur facere et coquere tegulas mactones et quatrellos secundum formas sculptas in pariete palatij veteris comunis Tuderti iuxta portam ipsius palatij. Ita tamen quod semper faciant et coquant totidem de mactonibus grossis quotidem de mezaneys. ita quod tempore quolibet habundanter copiam habeatur. Contrafaciens vero in decem libr. cort. vice qualibet puniatur. Et quilibet possit contrafacientem accusare et denuntiare et habeat medietatem banni quod ex eius denumptiatione vel accusatione in camera dicti comunis pervenerit.

185v

q[uod] cuilibet liceat [con]trafacientes accusare et denu[n]tiare et ha
beat med[ietatem] [ban]ni q[uod] p[er]venerit i[n] camera d[ic]ti co[mmun]is ex sua
[de]nu[n]tia ul' accu[sa]. ¶ Et stetur Juram[en]to talis denu[n]tiatoris
siue accusatoris cu[m] vno teste de visu. ¶ Hoc intellecto q[uod] p[re]dic[t]a
lau[m] no[n] ha[be]ant i[n] app[ar]tenentiis cupas, fiaschos, valigi[as] et barilis et
tacchis lignos.

De Certis mesuris h[ab]endis p[er] Co[mmun]e tuderti. R[ubrica] lxxxviij.

Item statuimus q[uod] p[er] Co[mmun]e Tuderti habeantur i[n]frascripta va
sa que sint Juste mesure. videlicet. quartingus. medius
quartingus et quarta de ferro. Item petittus, tazzola, foglietta
de ramine et medius petittus.

De pena vendentium et mensurantium cu[m] mesuris no[n] Justis ul' [con]tra istam formam. R[ubrica] lxxxviiij.

Item statuimus q[uod] om[ne]s vendentes granum bladum legum[en]
ul' aliq[ui]d aliud ad quartingum medium quartingum q[ua]rtas
ul' ad aliam mesuram, pannum lane lini ul' aliq[ui]d aliud ad
brachium ul' ad aliam m[en]suram. ¶ Siue oleum vinum et hiis
similia ad salma, mezinum, petictum, medium petictum
tazzolam, foglectum ul' ad aliam mensura[m]. ¶ Siue car
nes aromata ul' aliquid aliud quod venderetur ad pon
dus, debeant ipsas res et hiis similia vendere cu[m] Justis
mensuris et ponderibus adiustatis et adequatis cu[m] mesuris
et ponderibus co[mmun]is tuderti et sigillatis sigillo d[ic]ti co[mmun]is.
¶ Et qui [con]trafecerit puniatur p[ro] qualibet vice in quinq[ue] sold[is]
cortis, qui eidem de facto auferri debeant. ¶ Et nichilo
minus talis mensura siue tale pondus [con]tra dictam formam
inuenta frangantur et destruantur, ita q[uod] de cetero non
possit cum eis ponderari ul' mesurari. ¶ Et q[uod] nullus i[n] Ciui
tate ul' comitatu Tuderti debeat emere, vendere ul' alio
modo alienare s[e]c[un]d[u]m mesura[m] terram uti, nisi ad quartingum,
qui est Centum p[er]ticaru[m] ad p[er]ticam et mesuram d[ic]ti co[mmun]is
et s[ecundu]m morem et [con]suetudinem Ciuitatis Tuderti. ¶ Et si [con]t[ra]
uteretur mesura modiorum starioru[m], copp[arum] siue ul' alia me
sura q[uam] dicta mesura d[ic]ti co[mmun]is in sold[is] Centum cort[is] vice



qualibet puniatur. ¶ Et quod fenditi castrorum et ville comitatus
predicti contrafacientes teneantur denuntiare prout te[neantur] [illegible] denuntiare
alia maleficia. ¶ Item quod omnes et singuli vendentes calcem [illegible]
habere et tenere quartingos sigillatos sigillo dicti comunis amplos
intrinsecus ex superiori et inferiori parte uno pede ad pedem dicti
comunis ad minus et cum ipsis mensurare et vendere dictam calcem ad
albinum et non cum alio quartingo vel mensura seu aliter. ¶ Et qui
contrafecerit in retinendo vel vendendo solvat nomine pene pro quolibet
et qualibet vice centum soldos cortonenses. ¶ Et quod in quolibet dicto ca-
suum cuilibet persone sit licitum accusare et denuntiare contrafacien-
tes et credatur accusatori vel denuntiatori cum uno teste et habeat me-
dietatem banni quod exactum denuntiatoris vel accusatoris [illegible] camera dicti comunis
pervenerit. ¶ Quod potestas et capitaneus civitatis Tuderti predicti
bannum facere teneantur saltem semel tempore eorum regiminis per ci-
vitatem Tuderti in locis solitis iuxta formam.

lino

De pena pistantis sive linum vel canape macerantis in lacu [seu navicella in ...]
comunis Tuderti sito in plebatu Sancti Faustini vel inde aquam derivantis. R[ubrica]. C.

Item statuimus quod nulla persona audeat vel presumat pista-
re vel pistari facere seu aliquo modo vel ingenio pisces aliquos
capere vel capi facere in lacu comunis Tuderti sito in plebatu Sancti
Faustini comitatus Tuderti sine expressa licentia dominorum prio-
rum populi Tudertini qui pro tempore fuerint. ¶ Nullus etiam audeat
vel presumat mictere seu micti facere in dictum lacum ad
macerandum linum vel canapem aliquo tempore. ¶ Si quis vero
contrafecerit in aliquo predictorum casuum condempnetur vice qualibet
in quinquaginta libris cortonensium. ¶ Et nichilominus liceat cuilibet
tollere linum et canapem quod invenerit in dicto lacu impu-
ne accipere et inde exportare et in suam utilitatem con-
vertere. ¶ Item nulla persona quoquomodo attemptet per se vel
alium trahere sive ductum facere ad aliquem locum aquam de
lacu predicto sine expressa licentia dictorum dominorum priorum. ¶ Et qui
contrafecerit puniatur in quinquaginta libris cortonensium pro qualibet
vice. ¶ Et quod nullus possit vel debeat in dicto lacu mictere
vel tenere aliquo colore quesito aliquam navicellam vel scafam

sine expressa licentia [illegible] dicti [illegible] sub pena quinquaginta
librarum pauperibus [illegible] et qualibet vice. ¶ Nullus
quam aliquam offensionem vel iniuriam faciat vel inferri faciat
vel inferri faciat verbis vel facto contra aliquem qui piscaretur
vel piscari vellet in lacu [illegible] de mandato [illegible] dominorum [illegible]
¶ Et qui contrafecerit puniatur [illegible] que vel qualiter [illegible]
forma statuti dicti [illegible] imponentis de simili offensione sive
iniuria. ¶ Teneantur insuper dicti [illegible] priores singulis sex mensibus
[illegible] ad minus duos custodes [illegible] [illegible] [illegible]
qui teneantur et debeant [illegible] iuramento [illegible]
[illegible] dicti [illegible] [illegible] [illegible] quilibet
[illegible] in parte vel aliqua persona. ¶ [illegible]
[illegible] alii civitate [illegible] [illegible] vel alicui
persone ¶ Et quod [illegible] [illegible] [illegible] quilibet
[illegible] quarta parte totius pene [illegible] [illegible] vel [illegible]
[illegible] in [illegible] ¶ Teneantur etiam potestas et Capitaneus
Civitatis [illegible] et qualibet [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] et ea [illegible] Civitatis [illegible] [illegible] et lacus [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
regiminis ¶ [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible]
lacus ad inquirendum et investigandum de predictis [illegible] in
parte vel aliqua persona et quelibet [illegible] [illegible]
culpabilem in penis [illegible] puniat [illegible] ¶ Item quod
singulis annis quando [illegible] [illegible] [illegible]
quod quicumque [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible] debeat [illegible]
quanto [illegible] velit [illegible] ad [illegible] et [illegible] [illegible]
cum pactis [illegible] et eo modo et forma [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

De pena [illegible] [illegible] ut canape non [illegible] in Civitate. [illegible]

Item statuimus quod nulla persona [illegible] canapem [illegible]
[illegible] in Civitate [illegible] vel [illegible] [illegible]
[illegible] ¶ [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
qualibet [illegible] ¶ [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Linnz

187

bannum saltem semel tempore sui regiminis. Et siquis post dictum
bannimentum inventus fuit retinere contra dictam formam, tale
linum vel canapem, in Centum sol(idis) cort(onensium) puniatur.

De pena piçicaroliorum et ementium die Sabbati ante nonam. R(ubrica). CII.

Item statuimus quod nullus piçicarolius vel treccolus, emat vel
emi faciat aliquo die Sabbati in Civitate Tuderti vel extra ipsam
Civitatem per tria miliaria vel infra ante horam none pullos,
caseum, ova vel aliquod genus avium. Et qui contrafecerit in qua-
draginta sol(idis) cort(onensium) vice qualibet puniatur. Et quilibet possit
talem contrafacientem accusare et denuntiare, et credatur suo sacramento
cum uno teste et habeat medietatem banni quod ex sua denuntiatione
vel accusatione in camera com(unis) Tuderti pervenerit. Et quod potestas
et Capitaneus Civitatis predicte quolibet decem dierum de predictis
inquirere teneantur. Et quolibet ipsorum dierum mittere unum
de suis notariis vel aliquibus de suis familiaribus ad perscrutandum de
predictis. Et quod in predictis et huiusmodi personis stetur relationi ta-
lis notarii et duorum de ipsis familiaribus et ipsa relatio pro proba-
tione legiptima in dictis casibus habeatur.

De pena pellipariorum et de inmunditia non facien-
da in platea et locis aliis. R(ubrica). CIII.

Item statuimus quod nullus pelliparius possit aliquam bulsam
pellium facere vel fieri facere in aliqua appotheca vel loco iuxta
plateam maiorem com(unis) Tud(erti) sive iuxta plateam que est circa
dictum com(une) que vocatur platea sancti Iohannis nec in aliqua de ipsis pla-
teis vel super scalis palatiorum dicti com(unis) seu episcopatus Tudertini ex-
tendere vel extendi facere sive extensas tenere aliquas pel-
les extractas de bulsa ad siccandum. Nec scatere sive
battare vel ungere aliquas pelles in aliquo de dictis locis cum
assungia. Et siquis contrafecerit in aliquo dictorum casuum in sol(idis)
quadraginta vice qualibet puniatur. Et potestas et Capi-
taneus dicte Civitatis et quilibet eorum predicta omnia observari fa-
cere teneantur. Nec non etiam saltem semel tempore ipsorum
regiminum publice bannum facere teneantur per Ci-
vitatem predictam.

187v

In qua parte platee vendant olera et de pena contrafacientium. R(ubrica). C.IIII.

Item statuimus quod quilibet pizicarolus sive treccolus volens
vendere minutim olera sive poma in platea com(muni)s Tuderti,
stare debeat ad vendendum in ea parte ipsius platee de qua
et prout providerit et deliberaverit miles socius potestatis ci-
vitatis Tuderti cum duobus de qualibet mercatorum pannorum novorum
de lana de civitate predicta. Ita tamen quod nullus stet ad vendendum
predicta iuxta cisternas ipsius platee. Contrafaciens vero in
quinque sold(is) cort(onensium) vice qualibet puniatur. Et quod predicti pic-
zicaroli sive treccoli mundent et purget ipsam plateam quo-
libet die sabbati marie a kalendis may usque ad kalendas octubris
post vesperas ad penam viginti sold(orum) cort(onensium) pro qualibet vice

De pena treccolarum filantium in platea. R(ubrica). C.V.

Item statuimus quod nulla mulier stet ad filandum in pla-
tea com(muni)s Tuderti vel roccham teneat ad cinturam, nec aliquod
simile ministerium exerceat vel opus nisi olera sive poma
vel rem aliam quam ad vendendum teneret. Nec etiam sibi
secum teneat aliquem puerum vel infantem ad hoc ut ibi nullam
immunditiam vel turpitudinem faciat. Contrafaciens vero
in quinque sold(is) cort(onensium) vice qualibet puniatur. Et quod quelibet
paniccola vendens panem ad minutum debeat apud se
habere continue unum baculum quem exhibere debeat cuilibet
volenti emere de ipso pane, ut cum eo tangat ipsum panem
quem emere voluit. Contrafaciens vero in sold(is) grossorum cort(onensium)
vice qualibet puniatur. Et quod quilibet possit talem contra
facientem denuntiare et accusare et habeat medietatem
banni, quod ex sua denumptia vel accusatione in camera com(muni)s pervene-
rit. Et quod potestas civitatis Tuderti predicta saltem
semel quolibet mense sui regiminis banniri facere teneatur.

De modo vendendi panem et servando per paniccolas. R(ubrica). C.VI.

Item statuimus quod vendentes seu tenentes panem ad ven-
dendum in civitate burgis vel suburgis Tuderti teneantur
et debeant panem vendere sub ista forma, videlicet quod omnes
quartingus grani contra venderetur in civitate ...

quadraginta sold. vel abinde supra usque in quantitate viginti sold.
ad rem vendentes et facientes causa vendendi teneantur et debeant
facere et vendere panem cuius quilibet sit ponderis decem un-
ciarum ad minus pro duobus den. cort. et panem quatuor den. qui
sit viginti unciarum ad minus. ¶ Et cum quartengus granum
cont. in dicta Civitate venderetur a viginti sold. sup. usque ad
viginti quinque teneantur et debeant predicte persone facere et vendere
panem quorum quilibet sit octo unciarum ad minus pro duobus den.
cort. et panem quatuor den. qui sit sedecim unciarum ad mi-
nus. ¶ Et quando quartengus grani in dicta Civitate cont.
venderetur a viginti quinque sold. sup. usque in quantitate triginta s.
tunc teneantur et debeant predicte persone facere et vendere panem qui
sit septem unciarum ad minus pro duobus den. cort. et panem qua-
tuor den. qui sit quatuordecim unciarum ad minus. ¶ Et
cum quartengus grani contingeret vendi in dicta Civitate a tri-
ginta sold. sup. usque in quantitate triginta quinque soldorum, tunc te-
neantur et debeant predicte persone facere et vendere panem qui sit
sex unciarum ad minus pro duobus den. cort. et panem quatuor den.
qui sit duodecim unciarum ad minus. ¶ Et si quartengus grani
venderetur contingeret in dicta Civitate a triginta quinque sold. s.
teneantur et debeant dicte persone facere et vendere panem eius
ponderis sicut conveniet pretio [illegible] quo plus venderetur ultra
triginta quinque sold. [illegible] ad rationem predictam. ¶ Et quod facere
debeant tales persone panem bene coctum et fermentatum et
bene staionatum et [illegible]. ¶ Et [illegible] vendere et tradere
cuilibet volenti pro pretio suprascripto secundum ordinationem predictam.
¶ Et ad sic faciendum et vendendum cogi possint et debeant
per rectores et officiales dominorum Potestatis et Capitanei Civitatis
predicte. ¶ Contrafaciens autem in predictis vel aliquo predictorum pe-
[illegible] amittere debeat totum panem.

Ut cuilibet liceat in die sabbati habere discum in platea. R. C.vii.

Item statuimus quod quilibet possit licite et impune habere
[illegible] discum [illegible] necessariam in platea [illegible]
[illegible] ¶ Exceptis venditoribus [illegible] ceterum

188

et piscium qui possint facere bassatam in dicta platea pro
vendendo ipsa olera poma et pisces. Contrafaciens si non in
solidos quinque cortonenses vice qualibet puniatur. Et quilibet qui habet
apothecam circa dictam plateam possit facere ante et iuxta ipsam
apothecam bassatum amplum duobus pedibus ad plus et ad pedes
cortonenses [illegible]. Et qui ultra dictam mensuram habuerit vel
tenuerit in decem solidos cortonenses vice qualibet puniatur. Et
nichilominus talem bassatum ad dictam mensuram reducere
teneatur.—

De molendinariis et carriatoribus. X. CVIII.

Item statuimus quod potestas Civitatis Cortone teneatur facere iu
rare et promictere omnes molendinarios et eorum famulos et carriatores
de observando et adimplendo omnia et singula infrascripta. Videlicet quod non ac
cipient pro multura grani vel bladi quod ipsi illud ad molendinum de
ferret cum eorum bestiis et deinde similiter cum eorum bestiis farinam refer
rent domino talis grani vel bladi ultra quam vigesimam quartam partem ipsius gra
ni vel bladi. Et quando aliquis illud cum sua bestia ad ipsum molendinum
portasset et deinde etiam cum sua bestia in farinam reportaret ultra vigesi
mam partem talis grani vel bladi aut duos solidos pro qualibet corbe si fuit
unius corbe vel summus fuit prout attingeret ad ratam predictam ad
electionem eius cuius est tale granum vel bladum. Ceterum si aliquis
molendinarius vel eius famulus [illegible]. Et cum non
restituerit farinam in ea mensura qua [illegible] sicut debuisset possit ille
cuius tale granum vel bladum fuisset sua auctoritate accipere asinum
vel mulum talis molendinarii sive carriatoris et ipsum tandiu apud
se retinere donec eidem de tali suo dampno integraliter fuerit satisfac
tum. Et nichilominus si inde querela exposita fuerit per illum cui
interfuit talis [illegible] in solidis viginti cortonenses [illegible] et ad in
tegram talis dampni emendationem tale dampnum passo per potestatem
dicte Civitatis debeat condempnari. Et [illegible] et [illegible]
ad fidem faciendam de tali dampno in quolibet dictorum casuum sufficiat iura
mentum ipsius dampnum passi vel alterius de sua familia etatis viginti
annorum ad minus quod in hoc casu pro probatione legitima habeatur. Et
[illegible] dominus potestas ex officio [illegible] Et

etiam iurare et promictere coram dicto domino potestate granum suum
vel bladum pistorum suum receperint et carriaverint non deponere sive
scarricare nisi apud molendinum suum, et cum farinam reducerent non
deponere nec scarricare nisi apud domum illius cuius est. Insuper
nullus molendinarius vel eius famulus sive carriator qui consuevit
sit deferre granum vel bladum ad molendinum, deneget vel recu
set alicui suum granum vel bladum molere sive macinare sub
pena predicta. Et quod etiam si de hac querela exposita fuit coram
dicto domino potestate statim volumus iure suo conquerentis. Dum
modo eidem domino potestati gravamen visum non fuit ut supra pre
tenditur. Preterea volumus quod dicti molendinarii seu eorum
famuli vel alii qui soliti sunt huiusmodi ministerium exercere
possint esse aliquem consulem sive syndicum vel procuratorem.
Et si quis tale officium acceptaverit in libras decem cortonensium pu
niatur. Teneatur quoque dominus dux potestas saltem semel tempore
sui regiminis proponere in consilio generali de pesa bladi facienda
et habenda per eum etc.

Quod molendinarii habeant coppitellos cum quibus accipiant multuram, et pena contrafacientium. R. C.viiii.

Item statuimus quod in quolibet molendino comitatus Tuderti
coppitellus ferreus debeat haberi et teneri palam ligatus cum cate
na de ferro et signatus sigillo ... et pendenti communis Tuderti.
Qui coppitellus sit capacitatis vigesime quarte partis unius
quartengi rasati et non ultra. Et sit et esse debeat eius
forme et amplitudinis sicut est coppitellus ferreus qui est
apud cameram dicti communis. Et quod molendinarii multuras
ad alias mensuras non accipiant nec accipi faciant seu per
mictant. Contrafaciens vero in centum solidis cortonensium vice
qualibet puniatur. Et quod quilibet possit quemlibet contrafacien
tem accusare et denuntiare, et habeat medietatem banni quod
ex eius denumptiatione vel accusatione in camera dicti communis per
venerit. Et quod notarii et berruarii dominorum potestatis et
capitanei civitatis Tuderti possint et debeant perscrutari et
invenire predicta et habeant de inventis per eos contrafacientibus ...

quartam ptem bam qd ex eor inventione relatione i camera
dci cois pvenerit. et i hoc casu relatio uni9 de dcis notis cu duob9
de dcis beruarijs p plena et legitima pbatione habeat. ¶ Et qd
dci molendinarij usq quo habunt tales coppitellas mensure et forme
pdce, ac etia secundum dcam forma sigillatos et ligatos cogi no possit
ut debeant eos ulterius facere sigillari n dca de ea quoquomo
gravari.

De pena vendetium vini ad minutum ḡ istam forma. R. C x.

Item statuimus qd quicumq i Civitate ut comitatu tuderti voluit
vendere vinu ad minutum libere possit illud vendere. dumodo
habeat et hre debeat i eo loco i quo tale vinu vendetet istas
mesuras. videlicet pitettum. medium pitectu. foglietta. tercialem
media foglettam. et aliquod vas qd sit capax unius numate
sive derrate ipsius vini qd venderet. habito respectu ad ptium quo
ipm vinu venderetur. ¶ Que mesure sint et ee debeat sigillate
sigillo solito cois tuderti. ad huiusmodi deputato. et aliter vendi n
possit. ¶ Et qd nulla psona vendat vinu aliquod cuiuscumq gnis
ultra ptium ordinatum et taxatu p dcm. C x. ¶ Teneat quoq
potestas dce Civitatis quolibet mense sui regiminis apponere i consilio
generali dci cois p quanto plus ad plus possit vendi pitictus vini
i dca Civitate ut comitatu. ¶ Qui etia teneatur facere men
surari omes mensuras vendentiu vinu ad minutum. et illas
que inventa fuerit ee iuste facere sigillari sigillo plumbeo
dci cois ad huiusmodi deputato. ¶ Et qd pvendente vinum
continue teneat appensa capta anteriori negetis ipsius vini pa
tentes appoditam i qua scriptum sit pcium pitetti ipsius vini.
¶ Et no teneat dcus dns potestas qualibet die sui regiminis
mictere aliquem de suis notis cu aliquib9 de suis familiarib9.
ad psccrutandum et pquirendum de pdcis et reptos culpabiles
debitis penis punire. ¶ Et si aliquis contra pdca ut aliquod p
dictorum faciens no eet suppositus iurisdictioni dci cois puniatur
i dca pena ille cui est domus in qua talis no suppositus
vinu venderet. ¶ Et ...

Vino

190

no vendat cu[m] eo. Volumus insup[er] q[uod] quil[ibet] vinu[m] vendens
tradere debeat mesura plena. Contrafaciens vero i[n] aliquo p[re]dic-
tor[um] casuum in sold[is] viginti cort[onensium] vice qual[ibet] puniat. P[re]-
terea nullus venditor vini possit recipere ab aliquo aliqua[m] ari-
quetam. Contrafaciens vero in sold[is] decem cort[onensium] vice qual[ibet] pu-
niatur.

De fornarijs. R[ubrica]. CXJ.

Item statuimus q[uod] potestas Civitatis Tuderti teneat p[ri]mo
mese sui regiminis recipere p[ro]missiones et cautiones ydoneas ab
omnib[us] et singul[is] fornarijs Civitatis burgor[um] et suburgor[um] Tu-
derti de pane bene coquendo et de no[n] accipiendo p[ro] eius coctura
ultra quattuor sold[os] et sex den[arios] cort[onenses] p[ro] quolibet corbe. Et si
aliquis panis p[er]deret[ur] sive p[er]ditus diceret[ur] teneat[ur] quil[ibet] forna-
rius dicte Civitatis vel ei om[n]itatus [illegible] cui furnu[m] p[er]ditus
fuisset sive p[er]ditus diceret[ur] [illegible] integraliter emendare de quo
stari debeat iur[amento] d[omi]ni talis panis vel alicui[us] de sua familia
maioris quindecim annis. Preterea nullus furnarius calefa-
ciat furnum cu[m] ossib[us] sive canapis olivar[um] sub pena decem sold[orum]
p[ro] qualibet vice. Liceat quoq[ue] cuil[ibet] ad sui voluntatem cale-
facere furnum alienum cu[m] suis lignis. et eo casu fornarius
no[n] possit ei accipere nisi unu[m] panem p[ro] furno suo p[ro] qual[ibet] for-
nata. Teneatur etia[m] quil[ibet] fornarius ad quil[ibet] requisitus
cuius panem coquere. Contrafaciens vero i[n] solidis viginti co[r]t[onensium]
vice qualibet puniatur. De quo stetur iur[amento] cuil[ibet] conquere[n]tis.
Item q[uod] nullus fornarius vendat aliquem panem ultra duos
den[arios] ad pena[m] qui[n]q[ue] sold[orum] cort[onensium] p[ro] quol[ibet] pane. Et q[uod] quil[ibet]
possit de dictis fornarios [illegible] [illegible]
medietatem [illegible] quod [illegible] vel [illegible]
[illegible] Insup[er] [illegible]
[illegible] quol[ibet] [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Et si aliquis

8 8

190v

uice qualibet puniatur. Item teneantur iurare omnes fornarii
et omnes de eorum familia agravatiorem ... [illegible] observare
omnia et singula supradicta. Item non cogatur aliquis fornarius de
comitatu Tuderti ad solvendum aliquid pro buctine exstimatione (?) dicti forni
nati per consules fornariorum nisi esset talis fornarius qui conti
nue furnum calefaceret pro pane coquendo ad stratum (?). Et quod
nullus fornarius de comitatu Tuderti tenens furnum et pane
coquens ipse vel alium in Civitate Tuderti sive in eius burgis
vel suburgiis possit gravari seu molestari ab aliqua universitate seu
sindico vel massario alicuius Castri vel ville comitatus Tuderti
ad conferendum sive ad contribuendum cum eis in expensis factis vel que
fierent in futurum pro eos vel aliquem eorum occasione aliquorum famu
lorum per eos transmissorum seu transmittendorum ad aliqua exercitum
seu ad alium locum mandato dicti communis. Et etiam ad aliqua
onera publica subeunda in aliquo Castro vel villa dicti comitatus
etiam si in aliquo Castro Castrorum vel villarum ipsi fornarii seu ante
cessores scripti essent inter libras ipsius Castri vel ville. Sed
teneantur quod ipsi fornarii donec ipsum ministerium vel aliud
quod exercuerit et administraverit in Civitate burgis vel sub
urgiis Tuderti in ipsa Civitate et cum civibus ipsius Civitatis
dumtaxat publica onera subire teneantur. non obstantibus ali
quibus capitulis statuti seu ordinamentis dicti communis que in con
trarium loquerentur.

De pena coquendi crescias. Rubrica. CXII.

Item statuimus quod nullus fornarius coquat aliqua crescias
quindecim diebus ante festum omnium sanctorum et quindecim diebus
post dictum festum ad penam viginti solidorum pro qualibet vice.
Et quilibet possit quemlibet contrafacientem denuntiare et accu
sare et habeat medietatem banni quod ex eius denuntiatione
vel accusatione in camera communis Tuderti pervenerit. Et potestas
Civitatis Tuderti teneatur poni bannum facere
quindecim diebus ante dictum festum sub pena viginti
librarum ...

De macellariis. Rubrica. CXIII.

Item statuimus quod nullus vendat vel vendi faciat carnes morti-
cinas intra portas burgi [?] Tuderti. Nec intra ipsas
portas deferat vel deferri faciat aliquod animal morticinum. Et
qui contrafecerit in centum sold. cort. puniatur. Possit tamen
impune vendi et deferri tales carnes extra portas dicti bur-
gi. Item nullus macellarius inflet carnes aliquas ali-
cuius bestie. Nec ponat ad arnione[?] pinguedinem alterius
bestie sed deponat pinguedinem alterius bestie possit apponere in quacumque
parte ipsius bestie prout decens fuerit. Et qui contrafecerit in
viginti sold. cort. vice qualibet puniatur. Item nullus ma-
cellarius vendat unam carnem pro alia seu unam speciem carnium
pro alia specie. Et quod nullus decipiat in vendendo ad penam
viginti quinque libr. cort. Item teneatur quilibet macellarius
vendere carnes ad pondus videlicet a decem libris infra in-
clusive cum bilanciis et a decem libris supra cum statera. Et
quod semper vendat et tradat carnes iustum pondus. Contra
facientes vero in solidis quadraginta vice qualibet puniatur.
Nec etiam venderet cum ipsis carnibus capita vel pedes sive
crura alicuius bestie agnini et seu aliqua interiora alicuius
bestie sub pena viginti sold. cort. Item si quis macellarius
haberet stateram vel bilanciam falsam vel non sigillatam debi-
to sigillo com. Tuderti puniatur in viginti quinque libr. cort.
qualibet vice. Si vero post dictam sigillationem reperta fuit
et non iusti ponderis in quadraginta sold. cort. vice qualibet
puniatur. Et supra predictis fiant et ponantur custodes secreti prout
ut fuerit ordinatum per consilium generale dicti com. Et quod
carnes boum vaccarum castratorum et porcorum vendantur in
macello com. Tuderti et in aliis locis consuetis seorsum et separatim
saltem per spatium decem brachiorum ad minus ad brachium
dicti com. a loco in quo venderentur carnes pecudine caprine
bicorne[?] montonine et scrofine. Et etiam eligant et eligi
debeant per dictum Consilium suprastites decemviros[?] et prout placue-
rit dicto consilio et cum illo salario quod eis ordinatum fuit
per dictum consilium quibus debeant per ipsos macellarios ...

De pena habentis bilancias falsas et non sigillatas

191v

ostendi omnes bestie per eos macellande antequam incidantur ad
penam centum solidorum cortonensium pro qualibet contrafaciente et
qualibet vice. ¶ Carnes vero edine et agnine dummodo morti-
cine non sint vendi possint ubique. ¶ Item quod quolibet mense
in die sabati et octo diebus ante nativitatem domini nostri yhesu
et octo ante pascha resurrectionis eidem proponatur in dicto con-
silio per dominum potestatem dicte civitatis quid placeat ipsi con-
silio providere super venditione carnium. ¶ Et quod cuilibet liceat quem-
libet contrafacientem denuntiare et accusare et habeat medie-
tatem pene que ex eius denuntiatione vel accusatione in cameram dicti communis
pervenerit. ¶ Et quod dictus dominus potestas saltem bis quolibet
mense ad minus teneatur inquirere de predictis et quolibet
predictorum et repertos culpabiles in dictis penis punire. ¶ Et si
dictus dominus potestas in predictis negligens fuerit pena sibi quinqua-
ginta ipso facto incurrat.

De pena ementis pisces causa revendendi et tabernariorum vendentium pisces crudos. Rubrica. C.xiiii.

Item statuimus quod nullus emat aliquos pisces in civitate
vel comitatu Tuderti causa revendendi eos crudos. ¶ Et quod nul-
lus civis vel comitatensis Tuderti associet aliquem forensem
ad vendendum aliquos pisces in civitate vel comitatu predictis.
¶ Et qui contrafecerit in centum solidis cortonensium vice qua-
libet puniatur. ¶ Et quilibet possit contrafacientem denuntiare
et accusare et habeat medietatem banni quod ex eius denuntiatione
vel accusatione in cameram communis Tuderti pervenerit. ¶ Item quod nul-
lus tabernarius sive hospitator vendat pisces aliquos fluminis
comitatus Tuderti crudos ad dictam penam. ¶ Et quod rectores
civitatis Tuderti teneantur et debeant de predictis inquirere quolibet
mense sui regiminis et repertos culpabiles in dictis penis con-
dempnare. ¶ Et etiam teneantur mittere bannum de suis [illegible]
cum aliquibus de suis familiaribus ad inquirendum et per-
scrutandum de contrafacientibus in predictis quorum relatio in
predictis pro plena et legitima probatione habeatur. ¶ Item te-
neatur dictus potestas quindecim diebus ante [illegible]

quadragesime apponere in [illegible] generali dicte civitatis de modo servando in venditione piscium.

Quod quilibet liceat venire ad vendendum pisces et de modo servando tempore quatragesime et defensione macelli. Rubrica.



Item statuimus quod quilibet per totum tempus quadragesime maioris et omnibus diebus Jeiunii possit appertare et vendere pisces in Civitate Tuderti et in dicta Civitate et eius comitatu veniendo stando et discedendo sit et esse debeat securus et salvus in persona et rebus non obstantibus aliquibus represaliis aliam personam concessis quas pro toto dicto tempore suspendimus et pro suspensis et nullius roboris et effectus in dicto casu esse decernimus et declaramus quo ad personas predictas. Et quod nullus deferens pisces ad vendendum possit vel debeat per se vel alium scannum vel staccium facere vel deponere aliquam salmam vel cistam piscium nisi in macello generali comunis Tuderti. Et ibi ipsos pisces vendere debeat ad minutum. Contrafaciens vero in quinquaginta solidis cort. vice qualibet puniatur. Item quod forenses volentes in dicto macello vendere pisces stare et stare debeant ad vendendum ipsos pisces divisum et separatum a Civibus et comitatensibus Tuderti in eodem macello similiter pisces vendentibus sive vendere volentibus sub pena quadraginta solidorum cort. pro quolibet [illegible] contrafaciente et qualibet vice. Et quod dicti forenses possint et debeant suos pisces vendere super discis dicti macelli qui sunt versus stabula existentia sub voltis palatii veteris dicti comunis separatim [illegible] Civibus et comitatensibus Tudertinis ut dictum est. Et quod macellarii non possint neque debeant ipsos piscarolos molestare in dictis diebus et temporibus sub dicta pena. Et quod nullus pisciaiolus habere vel tenere possit aliquem discum seu [illegible] [illegible] inter discos piscivendolorum Civium sive comitatensium [illegible] Tuderti et discos piscarolorum forensium. Et primo [illegible] inter omnes solvat et solvere teneantur comuni Tuderti pro pensione [illegible] pensionis dicti macelli quolibet anno viginti [illegible] quinque [illegible] inter ipsos piscarolos de [illegible] [illegible] fuit. Et quod milites sotii

Non deferantur alibi quam in macello pisces



eis potestas et Capitaneus dicte Ciuitatis teneantur et debeant compellere
quemlibet dictorum piscatorum et maiorem illorum et quemlibet eorum qui ad
dictas vigintiquinque libras colligendas per ipsos piscatores fuerint deputati
cogere omni remedio oportuno quemlibet ipsorum piscatorum ad soluendum
ipsis collectoribus et exactoribus partem sibi contingentem de predicta
pena. ¶ Quod si aliquis dictorum militum sociorum negligens fuit in pre
dictis uel aliquo predictorum pena librarum decem cortonensium incurrat uice qualibet
ipso facto que de salario rectoris cum quo talis miles socius fuerit
tunc sui sindicatus debeant retineri per camerarium camere dicti
comunis. ¶ Decernentes et declarantes quod licitum sit cuilibet tollere
uendere tondinam siue pisces salatos uel siccos, carnes et impune
uendere ubicumque uoluerint presenti capitulo non obstante. ¶ Et quod dictus
potestas et capitaneus saltem semel in qualibet ebdomada quadrage
sime maioris inquirere teneatur de omnibus predictis et repertos cul
pabiles in predictis uel aliquo predictorum de facto predictis penis puniat.
¶ Preterea uolumus quod quilibet possit contrafacientem quemlibet dicto
domino potestati seu Capitaneo denuntiare et accusare et habeat me
dietatem dictarum penarum que ex sua denuntiatione uel accusatione in
cameram dicti comunis peruenerit.

De pena mittentis papirum de aliis quam de damasco seu aliquid
conficientis de cera non pura. R[ubrica]. CXVI.

Item statuimus quod nulla persona debeat mittere aliquem papirum
in aliquo laborerio quod faceret uel fieri faceret nisi de damasco.
¶ Et qui contrafecerit puniatur pro qualibet uice in quinque solidis cortonensium.
¶ Et nulla persona texit uel debeat aliquod laborerium cere facere
uel fieri facere nisi de cera pura. ¶ Et si quis in predictis frau
dem commiserit puniatur in uigintiquinque libris cortonensium.

De pena accipientis aliquid pro passatura fluminis contra istam
forma et de modo tenendi naues in flumine. R[ubrica]. CXVII.

Item statuimus quod pro hominibus plebatus sancti bartholomei de teueri
na fiat et fieri debeat una catena de ferro fixa in una columpna
de quercu cum foramine pro naui manutenenda ad portum tiberis
qui dicitur portus filiorum Cacchi. ¶ Quas quidem catenam
columpnam nauim et portum homines et uniuersitas [illegible]

Sancti Martini dicti plebatus teneantur et debeat die noctuque solli-
citer et diligenter ad passum dicte navis custodiam facere pro duobus
ad minus quod ut tenentur alii homines et massarii comitatus Tuderti
ad passus custodire ad penam contentam in ordinamentis loquentibus
de custodia passuum, ita quod dicta navis, catena et columpna non possit
ab aliquo subripi vel devastari. Et quod homines et syndicus ville
Sancti Bartolomei de Torcellaria non teneantur nec cogi possint per
aliquem officialem communis Tuderti ad custodiam faciendam ad alium
passum, preterquam ad passum navis predicte. Et si dicta catena
vel navis ibidem devastaretur sive subriperetur, quod homines et
universitas dicte ville plani Sancti Martini teneantur et obligati
sint ad refectionem et emendationem dictarum catene navis et colup-
nee eorum propriis expensis, aliquo in contrarium non obstante. Item te-
neatur potestas civitatis Tuderti facere teneri unam bonam navim
in Tiberi in dicto loco qui dicitur Portus Filiorum Cacthi in qua et
super qua possint transire cives et comitatenses Tuderti cum eorum
rebus, quam navim in dicto portu teneantur facere et manutenere
omnes homines dicti plebatus Sancti Bartolomei de Torcellaria et omnes
alii adiacentes ipsi portui, qui consueti sunt conferre et contribuere
ad ipsam navim faciendam et reficiendam. Et etiam teneantur
dicti homines habere nautas et conducentes ipsam navim et ipsam sal-
vam tenere et conservare ad usum et ministerium predictum. Et
quod per commune Tuderti quolibet anno quo per ipsum commune predictis homi-
nibus imponeretur aliqua data dari et solvi debeant eis in subsi-
dium et sublevationem dictarum expensarum de dicta talis date decem
libre cort. ad plus. Que quidem navis debeat esse talis quod
sit sufficiens pro transitu trium vel quatuor equorum ad minus
pro qualibet vice. Et siquis dictis nautis contradiceret tran-
situm, vel eorum eis placuerit facere, puniatur in decem libris
cort. Et ipsis nautis liceat navigare sursum inde per Tiberim
et portum facere et explanare ut eis placuerit et videbitur,
sine contradictione alicuius persone. Et siquis ipsam navim
dolose sciderit vel in aliquo leserit vel devastaverit vice qualibet
in centum solidis cort. puniatur. Et nichilominus dapnum

193v

ipsum emendet. Et nullus in ipsa navi mictat lapides nisi
est super bestias ad dictam penam. Ad que omnia teneatur dominus
dominus potestas a dictis hominibus dicte plebatus et ab aliis qui fuerint soliti co-
ferre ad dictam navim ut dictum est recipere ydoneos fideiussores de
predictis omnibus observandis et adimplendis. Liceat quoque cuilibet si-
ne expensis facere sandalum et tenere in dicto portu dictorum filiorum ga-
ctea. Et possit accipere a qualibet persona forense pro ipso transitu — Amore mio bello
unum denarium et pro qualibet bestia grossa alicuius forensis similiter unum
denarium pro qualibet vice et non ultra. Item quod illi qui tenent seu te-
nere voluerint naves in portu Rupinate et Mortiani possint recipere
et sibi satisfieri a quolibet forense et pro ipsorum et suarum bestiarum tra-
situ secundum modum consuetum. Ita tamen quod non accipiat pro transitu ali-
cuius hominis vel mulieris pro transitu alicuius bestie grosse ultra duos
denarios. Contrafaciens in viginti solidis cort. de facto puniatur vice
qualibet, de quo stetur iuramento accusatoris conquerentis. Civibus autem
sive comitatensibus vel incolis Tudertinis pro transitu ipsorum vel eorum
bestiarum nichil pro aliquo auferri possit vel debeat quoquomodo.
Contrafaciens in viginti solidis cort. de facto vice qualibet
puniatur. Et quod quilibet volens tenere navim in dicto portu
Mortiani possit eam ibi habere et tenere suis sumptibus ab utraque parte
fluminis Tiberis. Et quod possit aptare portum et passum sine
contradictione alicuius, et ipsam navim ibi ligare et ligatam
tenere. Ita tamen quod tales habentes ibi ipsam navim teneantur
sine aliquo salario ducere et transferre super ipsa navi omnes ci-
ves comitatenses et incolas Tudertinos et eorum res et omnes alios a quibus
pro dicto Toc pedagium accipi non debet, seu in quibus ipsum
Toc est in societate, confederatione vel liga, et etiam res ipsorum.
Sandalum autem in dicto portu quilibet civis vel comitatensis
Tudertinus habere possit sine dicto onere, dummodo ipsum sandalum non
possit applicare ad rem alterius sine sua voluntate, et si contrafecerit
in viginti solidis cort. vice qualibet puniatur.

Quod nullus de aliunde forensis laboret vel pascolet intra confines iurisdictionis communis Tuderti et pena contrafacientium. R. Cxviij.

31 Item statuimus quod nulla persona de Castro Florentie sive de

Castro Acaterini vel de quocumque alio loco terrarum districtus, audeat vel
presumat laborare seu ad laborandum venire vel mictere sive bestias
ad pascendum mictere vel tenere intra confines comitatus Civitatis Tuderti
sine expressa licentia comunis Tuderti ad penam vigintiquinque librarum cortonensium pro quo
libet contrafaciente et qualibet vice. ¶ Et quod quilibet de dicta Ci
vitate vel comitatu Tuderti possit tales contrafacientes denumptiare
et accusare et etiam ipsos et eorum bestias contra dictam formam repertos sive
repertas in dicto territorio et districtu impune capere et habere medietatem
dicti banni ac ipsarum bestiarum, dummodo tales personas et etiam bestias
taliter captas debeat dicto domino representare coram domino potestate vel
capitaneo Civitatis predicte, infra terminum decem dierum a die ipsius capture
in antea computandorum, ipsa die talis capture in dicto termino minime
computata. ¶ Et quod predicta quolibet anno semel saltem predictis
comitatinis et hominibus dictorum Castrorum et locorum intimari et notificari
debeant per licteras dicti comunis, in ipsis licteris specialiter exprimendo
quod si aliquis ex eis de predictis senserit se gravatum infra decem dies
ex tunc proxime subsequentes comparere debeant coram dominis prioribus
populi Tuderti et rectoribus dicti comunis ad allegandum et ostendendum coram
eis de ipsorum gravamine recepturi iustitie complementum.

De infectis expellendis et pena receptantium ipsos. R. CXVIIII

Item statuimus quod si domino potestati vel capitaneo Civitatis Tuderti
denumptiatum fuerit quod aliquis infectus sive leprosus moretur in
dicta Civitate sive in aliquo Castro vel villa eius comitatus faciat
ipsum per duos medicos videri. Et deinde si ipsi medici sibi retu
lerint ipsum esse infectum sive leprosum faciat eum de dicto loco ex
pelli et eum mitti ad hospitale leprosorum. ¶ Preterea nolumus
quod aliquis infectus sive leprosus venire possit ad dictam Civi
tatem vel in ea stare sub pena librarum decem cortonensium. Et quod nullus
sub dicta pena eum in ipsa Civitate debeat receptare. ¶ Pos
sit tamen quilibet infectus sive leprosus venire et stare in
dicta Civitate in die festi et vigilie Sancti Eustachii de mense
septembris.

Postribulo

De postribulo comunis Tuderti. R. CXX.

Item statuimus quod domini priores populi Tuderti, qui pro tempore fuerint

194v

teneantur et debeant eligere unum camerarium cui debeant solui
annuatim quousque infrascriptum opus erit perfectum tota pecunia que
per Commune Tuderti deberet percipi vel haberi de pensione postribuli ipsius comunis
quod est in domibus dicti comunis sitis in regione sancti Silvestri. ¶ Teneantur
etiam ipsi domini priores de dictis denariis et pensione de dicto postribulo per-
cipiendis emere seu emi facere pro dicto Comuni omnes domos que sunt apper-
ta superiori dicti postribuli usque ad domum monasterii de Armata ex utraque
parte vie que est intus portam predictam pro condecenti pretio de-
clarando per duos bonos viros quorum unus eligatur per ipsos dominos
priores et alter per illos quorum ipse domus sunt. ¶ Faciant etiam
de dicta pensione actari et muniri murum supra portam predictam ita
et taliter quod illis qui habitant prope dictum postribulum nullum te-
dium nullaque iniuria inferatur. Nec eorum aspectus dicta de causa
offendatur. Et ~~versus~~ inferiori ipsius postribuli faciant fieri
aliam portam. Et ipsum postribulum actari condecenter. ¶ Et
quod de dicta pensione et denariis ipsius non possit aliqua expensa fieri
in alia re vel opere donec predicta fuerint expedita. ¶ Et quod ca-
merarius predictus vinculo iuramenti teneatur suprascriptos denarios quos rece-
perit de pensione predicta ad petitionem ipsorum dominorum priorum solvere
et convertere in pretium domorum predictarum et constructionem operis
supradicti.

Quod meretrices non vadant per Civitatem. R. Cxx.

Item statuimus quod meretrices que stabunt aliquo tempore in po-
stribulo comunis Tuderti seu alie publice meretrices non possint nec
debeant ire per Civitatem Tuderti vel eius burgos extra dictum
postribulum nisi in die sabbati. ¶ Et si invente fuerint in-
contra dictam formam capiantur et capi debeant per familiares
dominorum potestatis et capitanei et per plateam dicti comunis publice fustigentur.
¶ Et quod nulla meretrix postribularia possit stare prope dicto postri-
bulo ultra tres perticas adpertinentes comunis Tuderti sub pena viginti
soldorum cortonensium pro qualibet vice. ¶ Item intellecto et declarando quod
postribulum intelligatur et sit ille locus qui positus est in
civitate Tuderti in regione sancti [illegible]
contrata que dicitur Casalena in domo [illegible]

nota

N

meretrici

195

fuit spallecte et in aliis domibus ibidem emptis per dominum Comune ad usum predictum. Cui loco et postribulo coheret vie publice et alia sua latera. // Meretrices autem et lenones haberi et intelligi volumus illas et illos que et qui contra morantur et se reducunt in postribulo et in loco predicto.

meretrice

De pena iniuriantis, offendentis vel molestantis aliqua meretricem vel lenonem in postribulo et ei coherentiis. R. CXXII.

Statuimus insuper quod nulla persona iniuria vel offensam aliquam inferat alicui de predictis meretricibus seu lenonibus in postribulo et loco predicto, seu in ei coherentiis sub pena ea que de simili maleficio per formam statuti comunis Tuderti imponenda veniret si talis iniuria vel offensa inferetur vel fieret contra civem Tudertinum honeste conditionis et vite. // Nullus etiam proiciat aliquem lapidem vel quod aliud supra vel intra domos dicti postribuli vel ei coherentias seu circumstantias, vel ibidem molestiam seu vexationem aliqua inferat quoquomodo per qua seu cuius causa meretrices et lenones se ibidem receptantes libere et comode ibi morari nequiret seu impedirentur. // Et qui contrafecerit puniatur in quadruplum eius pene que per formam statuti dicti comunis imponenda veniret si tale maleficium alibi per eundem committeretur contra aliquem civem Tuderti bone conditionis et fame, non obstante statuto aliquo quod in contrarium loqueretur.

postribolo

Quod conductores postribuli teneantur illud aptare et de pena meretricum alibi hospitatarum. Et quod tertia pars questus sine lucri sit conductoris. R. CXXIII.

Item statuimus quod conductores predicti postribuli teneantur ipsum postribulum taliter aptare eorum expensis quod meretrices et lenones comode ibi stare et hospitare valeant sic necesse. // Et si aliqua dictarum meretricum alibi hospitaretur absque licentia dicti conductoris puniatur in quinque soldis denariorum pro qualibet vice. // Cuius pene medietas sit comunis Tuderti et altera medietas dicti conductoris. // Et quod dictus conductor tertiam partem eius quod per meretrices exquesitum eorum corpore perceperit sine lucra [illegible] habeat et percipiat ab eisdem.

De denariis mutuatis per Iudeos Com(uni) Tuderti. R(ubrica). Cxxiiii.

Item statuimus quod omnes denarii quos Iudei a viginti annis citra
mutuaverunt Com(uni) Tuderti vel aliam personam pro dicto Com(uni) stent et stare ac
stetisse intelligantur pro tempore preterito et futuro ad duos denarios per
libram ad plus. dummodo ipsi duo denarii per libram non excedant nec
excedere possint duplum vere sortis ipsius debiti. Et quod de
dicta quantitate discomputentur et in ea conpensentur omnes denarii quos
ipsi Iudei de voluntate dicti Com(unis) dederunt de causis a Civibus vel comi
tatensibus Tudertinis huiusque perceperunt de datiis per ipsum Com(une)
impositis vel aliunde sive alio quoquomodo.

Quod nullus deferri faciat aliquas res super aliquibus bestiis
certis diebus sollempnibus. R(ubrica). Cxxv.

Item statuimus quod nulla persona de Civitate vel comitatu
Tuderti seu in ipsa Civitate vel comitatu habitans deferri
faciat per ipsam Civitatem vel eius comitatum aliquam rem super
aliqua bestia in aliqua die dicta nec in aliquo istorum dierum
videlicet. Die Nativitatis domini nostri Yhesu Christi cum duobus diebus
sequentibus. Die Circumcisionis eiusdem. Die Epiphanie.
Diebus omnibus festivitatum virginis gloriose. Die pa
schatis resurrectionis domini. Die pentecostes. Die festivi
tatis corporis Christi. Diebus festivitatum duodecim apostolorum
et beati Johannis batiste. Die sancti Fortunati. Sancti Salvatoris.
Sancti Pancratii. Sancte Marthe. Et sancti Angeli de Montemolino
ad penam et sub pena decem librarum pro qualibet bestia et qua
libet vice. Et quilibet possit contrafacientes denun
tiare et accusare et habeat medietatem banni quod exigetur
[illegible] pervenerit in cameram Com(unis) Tuderti. Salvo intellecto
quod predicta non vendicent sibi locum in hiis qui deferret herba
vel paleam super aliquibus bestiis ad vendendum. Nec etiam
tempore vindemiarum quo tempore cuilibet liceat quibuscumque diebus
in premissis uvas mustum deferri facere super quibuscumque be
stiis. nec non res alias ad vindemias opportunas. Et
predicta potestas banniri facere teneatur per Civitatem Tuderti
in locis consuetis primo mense sui regiminis. Et etiam

cum duobus diebus sequentibus die assumptionis domini

196

inciderit quolibet hostigiam unum ex sunt officialibus ad exquirendum
et scrutandum de predictis. Et contrafacientes pena predicta puniri.
de quo stetur relationi officialis predicti. // Cum potestas habeat
etiam partem pene predicte que ex inventione et relatione talis sui
officialis pervenerit in cameram dicti communis, et camerarius de
camera sibi solvere teneatur.

Quod diebus festivis liceat in casu necessitatis ferrare. R. CXXVI.
Item statuimus quod cuilibet marescalco liceat ferrare equos
mulos asinos et alia animalia que ferrantur etiam diebus dominicis
festivis si necessitas urgeat non obstantibus aliquibus ordinamentis
vel consuetudinibus dicte artis in contrarium loquentibus.
talis mulieris decedentis natis ex filijs seu filiabus talis mulieris si dicti et
filij vel filie non viverent tempore mortis talis mulieris videlicet quod dicti nepotes seu nep
tes succedant in locum patris vel matris premortui seu premortue / Et in dicta hereditate
admictantur et succedant in eo loco et pro ea portione in quo et ad quam pater seu
mater ipsorum seu ipsarum succederent si viverent vigore presentis ordinamenti tali mu
lieri decedenti / Et quod presens additio declaratio et limitatio decretum et ordinamentum
locum habeant in futuris dumtaxat et non in preteritis / Et dictum capitulum statuti
quo ad cetera alia in ipso capitulo statuti contenta in suo roboris firmitate remaneat

Declaratio limitatio et additio capituli statuti loquentis qualiter mulieres contrahere
possint [illegible]

42 Item similiter modo facto et misso partito ad bussulas et pallottas et obtento
ut supra cum consensu auctoritate et deliberatione dicti magnifici et excelsi domini Ludovici
volentes obviare fraudibus que aliquando committuntur in testamentis coddicillis
et alijs ultimis voluntatibus ac in contractibus vel distractibus aut in donationibus
causa mortis vel inter vivos que fierent per mulieres de civitate vel comitatu
Tuderti / Et capitulum statuti communis Tuderti positum in secunda distinctione sub rubrica qualiter
mulieres contrahere possint [illegible] declarare limitare ac eidem addere et ipsum
modificare decreverunt statuerunt et ordinaverunt / Quod nulla mulier possit
extra civitatem vel comitatum Tuderti contrahere vel distrahere aut aliqua dona
tionem causa mortis vel inter vivos facere / sine presentia illorum seu illius quorum seu
cuius presentia requiritur ex forma dicti capituli dicti statuti a mulieribus volentibus
predicta facere in civitate vel comitatu Tuderti / Vel non servata forma dicti
statuti in contractibus et notificationibus prout in dicto capitulo disponitur sine
presentia illorum qui requiruntur ex forma capituli statuti predicti / Et si aliter
fieret dictus talis contractus distractus donatio causa mortis vel inter vivos
facta extra dictam civitatem et comitatum non observatis predictis non valeant
nec teneant ipso iure / Et similiter dicte mulieres non possint facere vel
condere testamentum coddicillos vel aliam ultimam voluntatem facere extra dictam
civitatem et comitatum Tuderti non servata forma dicti statuti / Et
si facerent dictum tale testamentum seu dictos coddicillos et quecumque alia ultima
voluntas condita non servata forma predicta non valeant nec teneant ipso
iure / Salvo tamen et excepto quod si qua mulier infirmaretur extra civitatem et
comitatum Tuderti / et ipsa existente in infirmitate conderet testamentum aut coddi
cillos extra dictam civitatem et comitatum / Et deinde decederet extra dictam civi
tatem et comitatum ante quam ad ipsam civitatem vel comitatum rediret
post dictum conditum testamentum et coddicillos / quod tale testamentum seu coddi
cilli valeant et teneant non obstante quod in predictis non fuerint observate
sollempnitates que requiruntur ex forma capituli dicti statuti / In casu vero
quo dicta mulier rediret ad dictam civitatem vel comitatum Tuderti post
dictum testamentum seu coddicillos conditum seu conditos extra dictam civitatem et
comitatum per dictam talem mulierem non observatis sollempnitatibus dicti capituli
dicti statuti dictum tale testamentum seu coddicilli non valeant nec teneant
ipso iure / Et presens declaratio limitatio decretum et ordinamentum [illegible]

dant dumtaxat ad futura / Et etiam ad testamenta et Coddicillos que a qui
nunc usque facta apparerent per mulieres extra dictam Ciuitatem et comitatum que
mulieres uiuerent tempore presentis ordinamenti conditi / In alijs uero casibus dictum Capitulum
dicti statuti remaneat in suo roboris firmitate

contra impedientes officiales

De pena impedientis officialem uel eius famulum aut baylium dum irent pro eorum officio exercendo

Item simili modo facto et misso partito ad dictas bussulas et pallottas et obtento ut supra cum consensu auctoritate et deliberatione prefati magnifici et excelsi domini Ludouici de nouo statuerunt decreuerunt et ordinauerunt / quod nulla persona audeat uel presumat impedire aliquem officialem seu familiarem alicuius officialis communis Tuderti / aut bayulum aliquem dicti communis Tuderti dum eorum officium exercerent uel exercere vellent in Ciuitate uel comitatu Tuderti / Contrafaciens uero impediendo aliquem officialem dicti communis puniatur ultra alias penas contentas in statuto communis Tuderti que sibi imponenda veniret pro alijs malefitijs que committerentur contra tales officiales secundum formam statutorum communis Tuderti in viginti quinque libris denariorum cortonensium qualibet vice / Et si impedierit aliquem familiarem dictorum officialium in decem libris denariorum cortonensium ultra alias penas que sibi imponenda veniret pro alijs malefitijs que committerent contra dictos familiares secundum formam statuti communis Tuderti pro qualibet et vice qualibet puniatur / Et si impedierit aliquem baylum dicti communis dum iret pro eorum officio exercendo in quinque libris denariorum cortonensium ultra alias penas contentas in dicto statuto vice qualibet puniatur / Et quod de predictis stetur et credatur dicto et relationi talium officialium familiarium et baylorum cum uno teste legitimo deponente de uisu uel cum quatuor testibus deponentibus de publica uoce et fama.

Quod debitores captis pro executione guarentitie et eius fideiussor si discesserit a districta possint iterum capi et non relapsentur nisi soluerint

pro alia re

Item simili modo facto et misso partito ad dictas bussulas et pallottas et obtento ut supra cum consensu auctoritate et deliberatione prefati magnifici et excelsi domini Ludouici / Ordinauerunt et decreuerunt quod si aliquis debitor fuerit captus ad petitionem sui creditoris uel eius heredis de mandato alicuius officialis communis Tuderti pro aliquo debito pecuniario vigore iustitie guarentitiati uel per executionem guarentitie secundum formam alicuius Capituli statutorum communis Tuderti / Et dictus talis debitor dederit fideiussorem seu fideiussores de stando ad districtam palatij communis Tuderti secundum formam statuti dicti communis / Et postea discesserit a dicta districta prius quod satisfacerit tali suo creditori seu sine licentia expressa iudicis cuius mandato captus esset et creditoris predicti quod tunc eo casu dictus debitor et eius fideiussor capiantur ad petitionem talis creditoris / Et non possint amplius dare alium fideiussorem de stando ad districtam nisi si et quatenus dicto creditori placuerit Sed potius detineantur in Carceribus seu in palatio prout de ipsius creditoris processerit uoluntate donec fuerit ipsi creditori integre satisfactum de debito pro quo esset uel essent capti et pro salario et expensis legitimis absque aliqua alia petitione et salarij solutione aliquo in contrarium non obstante.

Quod unicuique licitum sit desfirmare super bestijs bladum et legumen qualibet die in mensibus Julij et Augusti

Item simili modo facto et misso partito ad dictas bussulas et pallottas et obtento ut supra cum consensu auctoritate et deliberatione predicti magnifici et excelsi domini Ludouici / Statuerunt decreuerunt et ordinauerunt quod unicuique licitum sit et existat desfirmare et desfirmari facere ad dictam Ciuitatem Tuderti et per eius Comitatum qualibet die de mensibus Julij et Augusti cuiuslibet anni super quibuscumque bestijs omne genus bladi et leguminis absque aliqua pena / Capitulo statuti posito in quarta distintione

sub rubrica quod nullus debeat facere aliquas res super aliquibus bestiis certis diebus sollempnibus rubrica CXXV in aliquo non obstante. Alia vero in dicto capitulo statuti contenta in suo roboris firmitate perdurent.

Quod unicuique licitum sit deferre liceat immictere linum et canapem non [illegible] in Civitate et burghis. [illegible] xlvj

46 Item similiter eodem facto et misso partito ad dictas bussulas et palluctas et obtento ut supra cum consensu auctoritate et deliberatione prefati magnifici et excelsi domini Ludovici, statuerunt ordinaverunt decreverunt et deliberaverunt quod cuilibet liceat immictere et immicti facere ac retinere intus Civitatem Tuderti et extra burgos et suburgos Tuderti linum vel canapem non [illegible] sine aliqua pena, non obstante capitulo statuti communis Tuderti posito in quarta distinctione sub rubrica de pena retinentis linum vel canapem non [illegible] in Civitate rubrica C. Hoc addito et declarato quod nulla persona audeat vel presumat in Cighiare dictum linum vel canapem intus dictam Civitatem vel burgos in aliquo loco qui sit prope alicui domui in qua aliqua persona habitet per quinque perticas ad perticam et mensuram communis Tuderti ad pena quatraginta solidorum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice. Et predicta dominus Capitaneus Civitatis Tuderti teneatur bannum facere quolibet anno de mense maii.

De pena euntium ad monasteria. Et de hiis qui excipiuntur ab hiis. [illegible] xlvij

Contra euntes ad monasterium

47 Item similiter eodem facto et misso partito ad dictas bussulas et palluctas et obtento ut supra cum consensu auctoritate et deliberatione prefati magnifici et excelsi domini Ludovici, statuerunt ordinaverunt decreverunt et deliberaverunt quod nullus de Civitate vel comitatu Tuderti vel etiam forensis cuiuscumque status et conditionis existat maior quatuordecim annis et minor septuaginta aliquo quesito colore audeat vel presumat accedere ire vel stare ad aliquod monasterium seu locum monialium aut sororum situm in Civitate Tuderti vel prope ipsam Civitatem et in quo moniales sive sorores dictorum monasteriorum habitarent sine licentia domini Capitanei Tuderti sub pena et ad penam decem librarum denariorum cortonensium pro quolibet et qualibet vice a tali contrafaciente de facto penitus auferendam per dominum Capitaneum Tudertinum predictum. Et possit [illegible] et debeat idem Capitaneus per se et eius officiales contra delinquentes [illegible] inquirere cognoscere punire condempnare et procedere summarie et de facto [illegible] iuris et statutorum communis Tuderti sollempnitate servata et sine aliqua [illegible] [illegible]. Et dictam penam solvi facere cum effectu totiens quotiens in predictis vel aliquo predictorum fuit contrafactum per [illegible] et sic eidem domino Capitaneo videbitur et placebit statim postquam sibi notum fuit de tali accessu contra formam presentis ordinamenti. Habita tamen consideratione ad etates predictas et ad parentelas [illegible] ac ad alios infirmos exceptuandos. Super quibus omnibus et singulis in presenti ordinamento contentis stetur et credatur relationi officialis domini Capitanei ad predicta deputati cum duobus famulis vel saltem cum uno ex famulatibus dicti domini Capitanei. Que relatio pro vera et plena probatione habeatur ac si plene constaret et convictus fuisset talis accedens. Et quia posset dubium exoriri de accessu predicto ad aliquod dictorum monasteriorum vel locorum si quis accederet intus primum hostium dictorum monasteriorum seu locorum predictorum primi claustri vel secundi ubi consueto [illegible] seu colloquia cum [illegible] monialibus vel sororibus habet vel habere posset talis accedens. De predictis et omnibus aliis dependentibus et coherentibus ab eisdem stetur declarationi et relationi dicti officialis cum dictis famulis seu famulo ut supra dictum est. Et deliberationi et determinationi dicti domini Capitanei Tuderti [illegible]

videbitur et placebit. Et quilibet possit accusare vel denumptiare contrafacientes et stetur dicto denumptiantis vel accusantis cum uno teste de visu cuius nomen denumptia
tis teneatur secretum. Et sufficiat tantum in scripturis et actis curie dicti domini
Capitanei reperiri dictum ipsius testis pro dicta sua mediante iuramento pro
bantis. Que omnia locum non habeant ullo modo in avis, patribus, filiis
et fratribus carnalibus, nepotibus carnalibus, patruis, et avunculis carnalibus
patruis, et avunculis consubrinis, fratribus et nepotibus consobrinis dictarum
monialium vel sororum vel alicuius earum nec in habentibus licentiam ut predicitur quibus
licitum sit ad ipsa monasteria et loca ire stare et loqui cum dictis monialibus
vel sororibus sine aliqua pena. Et etiam non habeant locum in accedentibus ad monaste
ria et loca predicta in diebus veneris sancti et etiam in diebus festivitatum dictorum
monasteriorum et locorum in quibus festivitatibus liceat unicuique libere et impune
accedere ad ipsa monasteria et loca et cum ipsis monialibus et sororibus loqui honestis
[illegible] et modis debitis et honestis. Et etiam locum non habeant in laboratoribus
terrarum et possessionum dictorum monasteriorum aut locorum in tempore recollectionis bladi et
[illegible] de mensibus Junii Julii Augusti et Septembris et toto tempore quo vindemie per
duraverint. Et etiam predicta locum non habeant in oblatis et famulis dictorum monasterio
rum et locorum. Et predicta omnia voluerunt et mandaverunt inviolabiliter observari
cassantes [illegible] et adnullantes omne decretum factum in suspensionem
[illegible] [illegible] predictorum loquentis de omnia alia decreta et ordinamenta que
loquerentur seu disponerent in contrarium quoquo modo aliquibus statutis decretis seu
ordinamentis in contrarium disponentibus non obstantibus quibus quo ad hec voluerunt esse
specialiter derogatum

De pena ementis et vendentis rem litigiosam

Item prefati domini priores [illegible] plenam notitiam de quodam decreto et ordinamento comunis
[illegible] olim solempniter et legitime edito per dominos priores civitatis [illegible] consi
lii et [illegible] loquente de pena ementis et vendentis rem litigio
sam. Et [illegible] decretum fuit positum et insertum in volumine statutorum comunis [illegible]
et fuit [illegible] civitatis et [illegible] sigillatum. Et quia aut quod fuit prefatum
[illegible] manibus [illegible] excisum et subreptum de dicto volumine
statutorum [illegible] in novum vetustum volumine dictorum statutorum ad quasi
[illegible] [illegible] a magno tempore citra steterit et [illegible] de predictum [illegible]
[illegible] decretum et ordinamentum in dicto volumine statu
torum [illegible]. Et quia [illegible] dicti priores veram notitiam habuerunt per
scripturam et documentum publicum qualiter dictum decretum et ordinamentum fuit
[illegible] et in dicto volumine statutorum positum et ligatum
et per legem [illegible] sub [illegible] serie et tenore prout inferius
apparet. Et [illegible] dictum decretum fore utile et necessarium pro salute
rei publice [illegible] ut nemo fraudetur in iure suo. Et reddatur unicuique
quod est suum. Eodem modo facto et dato ac misso partito [illegible] et
palluctas et obtento pro omnes dantes [illegible] eorum palluctam in bussula
alba del sic nulla palluncta in bussula [illegible] in contrarium reperta [illegible]
ordinaverunt et reformaverunt cum voluntate et expresso consensu dicti magnifici
[illegible] domini [illegible]. Quod dictum decretum et ordinamentum loquens de pena
ementis et vendentis rem litigiosam [illegible] [illegible] ponatur inseratur
et assignatur in dicto volumine statutorum [illegible] in isto modo et forma
[illegible] voluerunt et mandaverunt ipsum decretum et ordinamentum per legem [illegible]
[illegible] et pena prout inferius [illegible]

In dei noie amen hic est liber sive quaternus in se continens omes et singlas provisiones deli
berationes et reformationes factas per dnos priores ppli Civitatis Tuderti Nec non per
Consilium dnorum prior Centum viginti quatuor sapientum viror et Consilium arti
um auctem habitum Et plures alias scripturas adofficium reformationum ptinentes
factas tpr offitii dnor prior ppli Tudertini sunt scriptus editus et conpositus per me Johem
quondam Angeli Andree de Centus de Aretio notarium et nunc notarium reformationum et Canc
ellarium cois Tudert Sub anno anativitate dni nostri Ihu xpi Mccclx xiij Indictione 1363
Serenissimo principe et dno dno Karulo Roman Imperatore quarto semp augusto Et Sa
nctissimo patre et dno dno Innocentio ppa sexto residentibus diebus et mensibus subnotatis

In dei noie amen Ista sunt noia dnor prior ppli Civitatis Tuderti p mensis Novembr
et decembr dicti anni extracta de bussulo et Cassecto die xxviiij mensis Octubr presentis
anni Mllesimi in Consilio ppli dicte Civitatis ut decuit secundum formam ordinum cois Tuderti
videlicet

c Jacobus Tudini	c Tomassutius Ciacci	dni pri ores pro dictis mensibus novembr et decenbr
c Pegnato Petri	c Ugolinus Massoli	
c Mozzicunus Phoni	c Franciscus Polelli Angelutii	
c Ser Johes Cicchioli Ugolinelli	c Ser Paulus Lelli negozantis	
c Ser Jo Bindoli Polinutii	c Nallus Agellutii	

Die xxj mensis decembr

In dei noie amen Vocato et adunato Consilio auctoritatis videlicet dnor prior
ppli Civitatis Tuderti Nec non Centum Viginti quatuor Sapientum
viror atque Consilium artium dicte Civitatis auctoritatem potestatem et bayliam
habitum p opportunas provisiones cois Tuderti in numero sufficienti secundum
formam ordin dicti cois adsonum Campane et voce tubator prius ex cois de
mandato dnor prior ppli Tudertini in solito secretario dictor dnor prior in dicto
Consilio Sapiens et discretus vir Nallus Agellutii unus ex duobus prio
ribus priorum dnor prior de presentia consensu et voluntate dictor dnor prior
proponit videlicet

Cum iure communi caveatur ne res litigiosa alienari possit vel debeat postquam
in litem deducta est durante tpr et per ipm tps dicte litis Et ideo quia si ali
enari posset lite pendente fierent exinde lites pene inmortales Que resultarent
in dapnum et preiudicium rei publice et singlor hominum et psonar Ci
vitatis et Comitatus Tuderti Ideircho ad recidendum omnem materiam litium
protrahentium occasione predicta proponitur Quid videtur et placet dicto Con
silio providere deliberare et formare quod quotiensque in aliqua causa Tu
dertina Civili vel criminali Ecclesiastica vel secularis inter aliquos seu aliquas
psonas aliqua causa controversia lis vel questio mota foret vel moveret
p solam libelli oblationem seu agitaretur de aliquibus bonis rebus seu posse
ssionibus immobilibus seu aliquo vel aliqua Et lite ipsa controversia questione vel ca
in iudicium deducta p dictam libelli oblationem et ea pendente de quibuscumque bonis
rebus vel possessionibus inmobilibus Terris vineis seu domibus vel aliis qui
buscumque inmobilibus Non dum p finam diffinitivam sopita seu decisa
Sed ea lite ca controversia vel questione pendente bona ipsa inmobilia seu res

immobiles, terras, vineas, domos seu possessiones quascumque seu aliquod vel
aliquam ex eis aliquo titulo iure vel causa alienaverit vel commutaverit aliqua par
tium litigantium predictarum / vel rector, reus vel alia extranea quecumque persona sint
in aliam quamcumque personam transtulerit quo iure modo, privatus talis alie
nator vel commutator in predictis vel aliquo predictorum delinquentis nomine pene communi
Tuderti applicande in duplo vere extimationis seu valoris rei seu rerum
bonorum vel possessionum taliter alienatorum. Que res, possessiones vel bona
taliter alienata ratione presentis provisionis seu deliberationis alteri parti in
iudicio litiganti de rebus possessionibus vel bonis eisdem penitus applicentur
et applicata intelligantur, censeantur et sint et effecta totaliter altius partis
predicte ac si foret ipsa alteri parti per iudicialem sententiam applicata seu concessa.
Et nichilominus recipiens huiusmodi alienationem vel titulum rerum huiusmodi
vel bonorum ipso iure privatus existat et censeatur privatus ab omni iure
et actione dictarum rerum et bonorum taliter alienatorum. Et instrumentum rogatus
vel titulus quod vel qui exinde confectum vel confectus appareret ipso facto nullus
existat valoris efficacie vel momenti. Et ex eo nulla detur vel resultet ac
tio et exceptio vel ius agendi. Ymo omne actio et ius agendi vel excipie
ndi ex tali instrumento rogitu vel titulo censeatur et sit extincta extincta et sub
lata vigore presentis provisionis seu deliberationis. Et quicumque ipso instrumento
rogitu vel contractu usus fuit in aliqua curia civili vel criminali ecclesiastica
vel secularia Civitatis Tuderti pena simili puniatur qua supra dictum est.
Et predicta omnia et singula prout supra scripta sunt debeant ab omnibus et singulis
attendi et observari deinceps sub penis superius declaratis aliqua lege ci
vili vel municipali non obstante aliquo statuto / ordinamento / provisione — non obstante
Reformatione vel decreto dicti communis in dei nomine consulatur. Super qua pro
posita et contentis in ea dictus prior petiit sibi a dicto Consilio sanum et
utile consilium [illegible] per communi Tuderti.

Ser Ciolus Poli unus ex consiliariis dicti Consilii ad locum arengherie
surgens in dicto Consilio arenghando super dicta proposita dixit et consuluit
quod dicta proposita et omnia et singula in ea contenta ex nunc procedant [illegible] ha
beant et executioni mandentur in omnibus et per omnia prout supra scripta
sunt et continentur in dicta proposita aliquo contrario non obstante / vigore
et auctoritate presentis consilii.

In Reformatione cuius consilii facto et misso partito per dictum dominum
priorem ad bussulas et pallottas secundum formam statutorum communis Tuderti ad dictum
Consilium reddendum super dicta proposita et contentis in ea per supradictum Ser Ciolum
Poli, qui dixit et consuluit in arengho prout supra in eodem dicto Consilio appa
ret, Cum dicto Ser Cioli dictum et Consilium placuit LXXXXIIII ex eis qui miserunt
eorum pallottas in bussulam albam del sic, XV aliis [illegible] qui miserunt eorum pa
llottas in bussulam rubeam del non secundum formam statutorum et ordinamentorum dicti communis
non obstantibus. Et sic extitit reformatum.

Et Ego Paulus olim [illegible] [illegible] de Tuderto Regionis [illegible] et par
rochie [illegible] imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius predicta de originali libro Refor
mationum communis Tuderti fideliter et integraliter [illegible] et exemplavi.

Ego Paulus quondam Nicolai de Tuderto regionis et parrochie [illegible] imperiali
auctoritate notarius et nunc notarius Reformationum communis Tuderti, additus officio per dictum magni
ficum et excelsum dominum Ludovicum [illegible] deputatus predictis statutis, Reformationibus,
[illegible] ordinamentis, additionibus, declarationibus, limitationibus et omnibus et singulis suprascriptis
[illegible] et predictis agerentur interfui et ea rogatus scribere mandavi [illegible]
[illegible] et publicavi signumque meum apposui consuetum.

258v

1405

In noie dni Amen Anno dni ab ei(us)dem nativitate Millesimo quatricentesimo
quinto Indictione xiii Tpr Santissimi in xpo pris et dni dni Innocentii
divina pvidentia pp septimi Romano Imperio vacante per mortem dni Karuli
olim Romanor Imperatoris quarti die vigesima nona mens augi pre
sentibz Egregio viro dno Nicolao . . de Sulmona et Nobilibz
viris Guilielmo Claravallis / et Martheo Ritiali de Claravalle filiz
de Tudto Testibz ad hec hitis vocatis et rogatis / Magnificus et Excelsus
dns Ludovicus de Meliorati de Sulmona dni dni nri pp nepox Guber
nator et Rector gnalis Civitatis et comitatus Tuderti p Sca Romana
Eccla et dto dno nro pp / Existens in eius Camera palatii sue solite resi
dentie et hitationis que vocatur Camera Turris qd palatium positum
est Tudti in Region Camuccie et par sti Johis de platea iux plateam
magnam dti cois / vias publicas et al lat habita notitia de p dictis
statutis / decretis ordinamtis / Reformatoibz / declarationibz correctoibz
limitationibz / et additionibz / Et de omnibz et singlis in eis gtentis / dixit
asseruit / et affirmavit pdta omnia fore facta statuta / decreta / et ordi
namta / p dtos dnos priores . Civitatis Tuderti de suo expresso gsensu
voluntate et deliberatione / Et Considerans pdta omnia et singla fore
iusta et equa ac gsona ratioi / ac etia fore et esse utilia et nectia pro
salute rei publice Tudtin / Sponte et exrcta scientia pdta omnia et
singla put supius scpta sunt . Ratificavit et emologavit adpbavit gfirmavit
Et sup ipis omnibz et singlis suam auctem plenariam intposuit tri
buit et gcessit / Et ad maiorem / supabundantem Cautelam ipemet
auctte qua fungebatur et fungitur / prefata decreta / Ordinamenta
/ statuta / declarationes / Reformationes / limitationes / Correctiones
et additiones / de vbo ad vbum put supius gtinetur fecit eddidit con
posuit statuit et firmavit / Et voluit et mandavit pdta omnia et
singla ppetuo p lege svari aliquibz in gtrarium editis ut edendis ut in
gtrarium loquentibz no obstantibz quoqmo / Et p pdtor maioris roboris
firmitate voluit et mandavit pdta omnia et singla pretonizari et
banniri p publicos prones et banitores Civitatis Tuderti iux more
et gsuetudine ipius Civitatis . ad hoc ut pdta omnia et singla omnibz
Innotescant

Ego paulus quondam Nicolai de Tuderto Region et par sti Silvri
publicus Imperiali auctte notis et nunc noti Reformationum cois Tuderti
addtm officium p dtm Magnificum et Excelsum dnm Ludovicum spal
deputatus pdtis gfirmationi / Appbationi / et Emologationi / Et
omnibz et singlis supdtis edditis declaratis et fctis ac statutis per
pfatum Magnificum et Excelsum dnm Ludovicum Intfui et ea Rogatus
scribe Mandato dti Magnifici dni Ludovici scripxi et publicavi apponens
ut hic pntiali appet solitum signum meum

Sup dictis Millesimo . Anno Indictione . pontificatu et die penultio
mens augi . pntibz Jacobo Rinnucoli et Anthonio Lelli Ugolinelli de tu
derto R vallis . Testibz ad hec hitis vocatis et rogatis .

Magnifici et potentes dni priores cois et ppli Civitatis Tuderti Gu
nati in unum in eor solito secretario existentes pro eor officio la
udabiliter exercendo unanimiter et concorditer nemine discrepante
visa et audita diligenter dicta gfirmatione et appbatione fcta p dtm

Magnificum et excelsum dominum Ludovicum. Et omnibus et singulis supradictis contentis in suo mandato descriptis. Volentes omnia perficere et effectui debito demandare pro expeditione et perfectione omnium predictorum. Et ad hoc ut predicta omnia omnibus innotescant, voluerunt et mandaverunt predicta omnia et singula bamniri et publicari per publicos precones et bamnitores dicti communis iuxta morem et consuetudinem Civitatis Tuderti. Et exnunc commiserunt imposuerunt et mandaverunt Mattheuccio et Dontano publicis bamnitoribus et preconibus dicte Civitatis Tuderti presentibus et intelligentibus quatenus vadant et ex parte et mandato dicti magnifici et excelsi domini Ludovici ac ipsorum dominorum priorum ad pectorale scalarum et palatiorum dicti communis ubi solita sunt talia bamnimenta fieri et ibidem publice alta voce sono tubarum premisso bamniant et proclament notificent et publicent omnia et singula supradicta effectualiter prout superius scripta sunt. Itaque nulla persona possit vel valeat de effectu predictorum de cetero ignorantiam allegare.

Dicta die prefati bamnitores et precones superius nominati retulerunt predictis dominis prioribus dicte Civitatis in unum existentibus in dicto solito secretario pro eorum officio laudabili exercendo se ivisse ad dictum pectorale et ibidem publice alta voce ex parte et mandato dicti magnifici et excelsi domini Ludovici et dictorum priorum sono tubarum premisso bamnisse proclamasse publicasse et notificasse in effectu omnia et singula supradicta prout superius continentur. Et prout et sicut in dicta eorum commissione plenius continetur. Et prout fuerunt superius in mandatis. Et revera predictum bamnimentum fecerunt de omnibus et singulis supradictis iuxta formam dicte commissionis et relationis, me Paulo notario infrascripto audiente, vidente, legente et dictante predicta Tubatoribus et preconibus supradictis, presentibus Hermanno Ugolini, ser Mattheo Ciapucciali et Iacobo Massarini de Tuderto regione Camucie et pluribus et diversis aliis hominibus et personis in platea dicti Communis tunc existentibus. — h(ec) vulgariante

Ego Paulus quondam Nicolai de Tuderto regione et parochia Sancti Silvestri publicus imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius et nunc notarius reformationum communis Tuderti ad dictum officium per prefatum magnificum et excelsum dominum Ludovicum specialiter deputatus predictis omnibus et singulis interfui et ea rogatus scribere mandato dictorum magnificorum dominorum priorum scripsi et publicavi signumque meum apposui consuetum.

Reformatio Sancti Fortunati

1405

In nomine domini amen. Anno domini ab eius nativitate millesimo quatercentesimo quinto, indictione tertia decima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Innocentii divina providentia pape septimi anno primo, Romanorum imperatore vacante per mortem domini Karoli olim Romanorum imperatoris quarti, die ultimo mensis augusti.

Magnifici et potentes domini domini priores communis et populi civitatis Tuderti, videlicet ser Anthonius ser Nisterne, Gaytanus quondam domini Macthei de Actis, Melchior Raynucoli de nobilibus ac comitibus de Collemedio, ser Laurentius Leonis, Henricus Angeli Ugolini, Albertus Johannis Benis, Jacobus Angeluty Bucii, ser Anthonius Luce, Johannes Lelli et ser Bartholomeus Berardi Gilii, honorabiles priores populi et communis civitatis Tuderti, simul et in unum congregati et cohadunati in secretario palatii eorum solite residentie pro eorum officio laudabili exercendo, habentes ad hec et ad omnia infrascripta specialem commissionem auctoritatem et licentiam plenariam a magnifico et excelso domino Ludovico de Meliorațis de Sulmona nepote domini domini nostri pape civitatis et comitatus Tuderti pro dicto domino nostro et sancta Romana ecclesia rectore domino et gubernatore generali, animadvertentes quod propter guerras et pestiferas novitates et mortalitates dudum occursas in civitate et comitatu Tuderti opus et laborerium iam longho tempore inceptum et hedificari initiatum in ecclesia Sancti Fortunati de Tuderto non potuerit neque possit perfici per fratres capituli et conventus dicti loci propter eorum inopiam nisi a Christi fidelibus suppositis porrigantur manus adiutrices. Et hoc maxime spectet et pertineat porrigere manus adiutrices ad commune populum et universitatem civitatis et comitatus Tuderti, rogantes humiliter et devote beatissimum confessorem Sanctum Fortunatum protectorem et defensorem communis et populi dicte civitatis et omnes alios sanctos quorum corpora in dicta ecclesia requiescunt quatenus dignentur intuitu pietatis et misericordie dictos populum universitatem et commune dicte civitatis in tranquillo statu et in pace perpetua duratura misericorditer conservare. Considerantes etiam quod anima preferenda est corpori. Igitur volentes circha predicta salubriter ordinare, ex omni auctoritate arbitrio et bailia eis concessis tam a dicto magnifico domino quam etiam ex forma statutorum et ordinamentorum communis Tuderti, facto primo inter eos sollepni et diligenti partito ad bussulas et palluctas per dictum ser Anthonium ser Nisterne priorem dictorum priorum more solito et obtempto concorditer per omnes decem dominos priores dantes et mictentes eorum palluctas in bussulam albam del sic, nulla palluccta reperta in contrarium in bussulam rubeam del non, decreverunt, reformaverunt, statuerunt, providerunt, ordinaverunt et sanxerunt quod camerarius camere Tudertine qui nunc est et pro tempore fuerit et omnes alii camerarii sive cultores ad quos huiusmodi negotium spectat seu in futurum spectare noscatur teneantur et debeant sub pena prestiti iuramenti et decem librarum pro qualibet vice qua per eos vel aliquem eorum contra presens decretum fuerit contrafactum, quam penam iusta (?) scripte ecclesie Sancti Fortunati ipso facto voluerunt applicari, retinere penes se sex denarios cortonenses pro qualibet libra totius quantitatis denariorum seu florenorum quos prefati camerarii seu cultores solverent quibuscumque officialibus, stipendiariis, ambaxiatoribus et aliis pro eorum salariis seu stipendiis a camera Tudertina quibuscumque de causis exhentibus sive recipientibus. Et ipsas quantitates sic retemptas causis et occasionibus supradictis solvere teneantur et debeant pro constructione et fabrica murorum et parietum noviter fiendorum et construendorum in dicta ecclesia Sancti Fortunati illi camerario seu cultori per dictos dominos priores deputando et eligendo. Quam gabellam sex denariorum pro qualibet libra ut supra dictum est prefati domini priores pro constructione et fabrica dictorum murorum ordinaverunt et deputaverunt ita quod ad alios usus converti vel deputari non possit nec valeat quoquomodo. Et predicta locum non habeant nec habere intelligantur debere retineri de salariis presentium priorum nunc in officio residentium nec presentis domini capitanei, defensoris et aliorum officialium iam electorum et deputatorum pro semestri tempore, nec etiam in stipendiariis iam conductis et firmatis pro duobus mensibus. Et si in predicta ecclesia in dictis parietibus noviter fiendis excepto interiori dicte ecclesie non fabricaretur et dictum murum novum non fieret, quod dicta gabella sex denariorum pro qualibet libra pro reactatione palatiorum communis Tuderti vel in alios usus prout dictis dominis prioribus videbitur et placebit distribuatur solvatur et deputetur. Facientes predicta prefati domini priores omni modo via et iure quibus melius potuerunt. Actum in dicto secretario palatii habitationis et residentie dominorum priorum populi Tuderti in regione Sancti Silvestri et parrochie Sancti Johannis de platea, cui ab uno latere est platea magna communis Tuderti, ab alio est platea Sancti Johannis et ab aliis sunt vie publice et alii fines, presentibus ser Mariane Nallucii de regione Sancte Prassedis notario et Natale Cicchini de regione Camuccie de Tuderto, testibus ad hec habitis vocatis et rogatis.

S. Fortunato

Supradictis a millesimo anno Indictione pontificatu mense ⁊ die presentibus prouidis
viris Nicolao ser Johannis Jacobi de Region Sancte prassedis et ser pirello ser Taddei follis
de Region Cammuctie de Tudio / Testibus ad hec habitis vocatis ⁊ Rogatis / Magnificus ⁊
Excelsus dominus lodouicus de Meliorratis de Sulmona dicti domini nostri pape nepox
dominus Gubernator ⁊ Rector generalis Ciuitatis ⁊ Comitatus Tuderti pro sancta
Romana ecclesia et dicto domino nostro papa Existens in ei Camera palatii sue solite
Residentie ⁊ habitationis que vocatur Camera Turris quod palatium positum est
Tuderti in Region Cammuctie ⁊ parrochie Sancti Johannis de platea iuxta plateam magnam dicti
Ciuitatis vias publicas ⁊ alia latera habita notitia de predictis decreto · Statuto Ordinamento
et declaratione · Et de omnibus ⁊ singulis in eis contentis dixit asseruit ⁊ affir
mauit predicta omnia fore facta · Statuta · decreta ⁊ ordinata per dictos dominos priores
Ciuitatis Tuderti de suo expresso consensu voluntate ⁊ deliberatione · Et consider
ans dicta omnia ⁊ singula fore Justa ⁊ equa ac etiam fore ⁊ esse vtilia ⁊ nece
ssaria pro Costructione ⁊ fabrica murorum nouiter fiendorum in dicta ecclesia Sancti
fortunati ac etiam pro salute animarum ⁊ etiam Rei publice Tudertine / Sponte ⁊ ex
certa sciencia predicta omnia et singula prout superius scripta sunt Ratificauit /
emologauit / approbauit ⁊ confirmauit Et super ipsis omnibus ⁊ singulis suam
auctem plenariam interposuit / Tribuit ⁊ concessit / Et ad maiorem super abun
dantem Cautelam iterumet auctoritate qua fungebatur ⁊ fungitur / prefatum decretum
Ordinamentum / Statutum / declaration / ⁊ Reformation de verbo ad verbum prout superius
continetur fecit statuit ⁊ firmauit Et voluit ⁊ mandauit dictum decretum ab
omnibus ⁊ singulis pro lege seruari perpetuo / aliquibus in contrarium loquentibus non
obstantibus quoquomodo ·

260v

De comparitione fienda per Sindicos coram novis officialibus ad promittendum et [illegible] obedire.

In nomine domini nostri yhesu xpisti. Anno ab eius nativitate Millesimo quadringentesimo septimo Indictione quinta decima tempore Sanctissimi patris et domini domini Gregorii providentia divina Pape duodecimo presidente Mensis Martii die [illegible] nona.

Magnifici et potentes domini domini priores Comunis et populi civitatis Tuderti dominus Ninus albertini. Loffridus henrici Teuzzutius laurentii Franciscus Baldutii Nicolaus rotundi. Ser Johannes tortini Ser Petrus marini Ugolinus angeli Ser Carolus Angelarii in secretario solite residentie eorum [illegible] congregati cum rebus rei publice tudertine prudenti indigentie tractandis et pro opportunitate eius dispositione congrua ordinandis pro bono [illegible] et [illegible] modo comunis ac singularum personarum dicte civitatis [illegible] absente tamen domino [illegible] collega ipsorum causa legitima impedito [illegible] debita advertentes ex qui dignitatibus presunt excellentiam debet moribus [illegible] [illegible] et [illegible] que spatium [illegible] restringit civitati ne cure ipsorum [illegible] civitas [illegible] videtur pene sollicitudinis vigilantia detorpescat. Circa [illegible] igitur ac subditorum ornatum pulcritudinemque vacantes. Facto dato et misso inter eos diligenti partito ad bussulas et palluctis per Ser Franciscum Baldutii prioren [illegible] priorum ut moris est et secundum formam statutorum et ordinamentorum Comunis Tuderti, et obtento per omnes eorum ponentes et in bussula [illegible] del non. Ex omni ipsorum auctoritate potestate arbitrio et balia et omni modo iure [illegible] et forma quibus melius potuerunt pro bono rei publice Tudertine statuerunt ordinaverunt sanxerunt reformaverunt et decreverunt quod omnes sindici castrorum locorum et villarum comitatus Tuderti comparere debeant infra spatium unius mensis a principio introitus cuiuslibet Capitanei et conservatoris pacis Civitatis Tuderti computandi coram curia ipsius capitanei ad promictendum et iurandum obtemperare et obedire debere preceptis dicti capitanei et sue [illegible] totius sue curie. Et maleficia quecumque fienda fiunt in sindicatibus ipsorum [illegible] reportare et denuntiare secundum formam statutorum et ordinamentorum Tuderti. Nullus autem Capitaneus aut eius offitialium stringere aut [illegible] possit dictos sindicos ad comparendum nisi elapso termino supradicto. Salvo [illegible] reportatione maleficiorum que in eorum castris villis vel locis committerentur [illegible] si negligentes extiterint vehementissime arceatur. Alius vero si Capitaneus aut aliquis suorum offitialium aliquem dictorum sindicorum constringeret cadat in penam librarum denariorum cortonensium viginti quas retinere debeat de suo salario sine fallo.

Et quod prefati sindici teneantur et debeant infra spatium quindecim dierum a [illegible] coram curia defensoris civibus civitatis Tuderti in principio introitus sui [illegible] et dare atque assignare prefato defensori custodias secretas secundum formam [illegible]

Statuerunt

communis Tuderti ... non debeant constringere aut artare non possit dare
custodias ad reportandum datia data nisi semel in mense in istis
mensibus videlicet Novembris Decembris Januarii Februarii et Martii
in reliquis autem mensibus possit illas constringere bis in mense quolibet.
Debeat autem stari in relationibus solo iuramento ipsarum custodiarum nec aliter
artari aut cogi possint quam solo iuramento ad penam duodecim librarum
cortonensium retinendarum de salario aliter constringentis per camerarium communis Tuderti
pro quolibet et pro qualibet vice qua contra fecerit in predictis.

Item quod nullus officialis qui est vel pro tempore fuerit possit aut debeat per aliquem quesitum
colorem accipere aliquam executionem ab aliqua persona de aliqua data gabella
aut imposita vel que est aut que pro tempore imponeretur quocumque modo per commune
Tuderti nisi primo deliberatum et firmatum sit per decretum dominorum priorum qui
pro tempore erunt. Et eam aut executionem etiam post dictam deliberationem non
possint nec debeant ullo modo accipere dicti officiales nisi a camerario communis
aut a cultore dictarum datarum seu gabellarum, ut ab illa persona ad cuius petitionem
executionem fecerint. Facto primitus tamen pagamento date aut gabelle quas
solvere tenerentur ad penam duodecim soldorum pro quolibet soldo quem reciperent
dicta occasione.

Item quod nullus officialis qui presens aut futurus erit per comitatu Tuderti
occasione officii exercendi aut executionis faciende possit aut debeat constringere
aliquem sindicum massarium aut sergentem de castris locis aut villis comitatus
predicti ad faciendum fieri expensas sibi equis familiis aut baiulo, sed talis
officialis ire debeat sumptibus suis ad penam decem soldorum pro qualibet re
qua dari sibi faceret que esset valoris quinque soldorum aut minus, et ad resti-
tutionem valoris earum rerum quas acceperit, tempore sindicatus sui, illis a quibus
acceperit. Similiter autem nullus sindicus aut massarius aut sergens comitatus
predicti debeant dare aut facere expensas alicui officiali aut familie seu baiulo
sicut supradictum est neque dari facere, ad eandem statutam penam, nisi forte
pro suis denariis emere vellet.

Item quod nullus baiulus vel alius euntes per comitatum pro aliqua executione datarum aut dannorum
datorum sive occasione possit debeat vel accipere pro suo salario ultra infrascriptum modum,
scilicet primo a sindico quem gravaverit pena indicta de pluribus rebus usque
ad quinque miliaria unum denarium bologninum. A massario vel sergente unum
soldum pro quolibet. A quinque autem miliaribus supra si processit, accipiat a
quolibet sindico soldos quinque a sergente vero aut massario unum soldum. Et

similiter non possit nec debeat facere fieri sibi aut alteri consimile quam dicta est vel erit a dictis sindicis massarie sive regentibus cellas expositas nisi cum sua pecunia et denariis ad penam decem librarum cortonensium et quilibet possit contra facientem in predictis accusare et denuntiare qui denuntians habere debeat quartam partem pene et nomen suum teneatur secretum.

De ciamagnaiolis pro cereo sancti Fortunati

42

Item advertentes prefati magnifici domini priores eorum etiam prudentie interesse minimis quoque civitatis partibus providere loco namque sui ars quelibet civitatem et rem publicam reddit hornatam certo ubi ordine procedatur. Ideirco ciamagnaiolis ordinem poni ac deinceps observari debere similiter et pariter decreverunt isto modo videlicet. Quod pro imposita cerei sancti Fortunati omnes qui dictam artem exercent sine ulla excusatione quod per consules impositum aut dictatum fuit solvere teneantur. Etiam si in matricula ipsius artis non reperiretur scripti, ita tamen secundum quantitatem artis quam in ipsa pizicaria quisque exercet, iuxta tenorem decreti alias super hoc mihi ordinati ubi ita scriptum reperitur inter alia [illegible] quod quilibet cives et comitatenses civitatis Tuderti et alii quicumque forenses habitantes in eadem artem pizicarie et ciamagnarie exercentes in dicta civitate et comitatu ipsius scripti in matricula dicte artis vel non scripti cuiuscumque status vel conditionis existant, scilicet vendentes et emptores in predictis civitate et comitatu aliquas generis olei pomorum et fructuum teneantur et debeant omni exceptione remota solvere cum effectu generali camarario dicte artis omnem impositam et omnem quantitatem pecunie que imponetur per offitiales dicte artis vel consules pro cereo sancti Fortunati fiendo anno quolibet in dicto festo non obstante quod aliam artem simul facerent vel exercerent quinymo teneantur et debeant solvere pro cereo in qualibet arte quam exercent.

De vestimentis mulierum. Bottonantelli aut [illegible] in pectus [illegible] ab aliquo mulier [illegible] ultra [illegible] et potentes [illegible]

43

Item prudentes prefati magnifici domini priores cum discretione matura quod fragili feminarum sexui si habena totaliter laxaretur fieret proculdubio interpretata terrenis sanxerunt ornamentisque parco ad suam melius pudicitiam optinendam eas debere esse contentas. Reperitur namque intus in quo abilitatis aut provocationis occasio removetur. Voluerunt igitur et decreverunt quod unanimiter velut supra quod domine civitatis et comitatus Tuderti maiores in vestimentis suis manicas portare non possint quam illas in quas contineas duorum brachiorum pannum cum dimidio inter ambas intraret in quibus vestimentis habere aut portare non possint citinum seu frappe et quod ad vanitatem potius pertinet quam decorem et si forsan a parte ante manicarum vestis trappillos sive bottonos ubi si forte fiant fiat cum maiori honestate quam

262

fieri possit. Has autem manicas domine militum et doctorum portare possint
secundum voluntatem ipsarum. Cetere vero omnes de civitate et comitatu
predicto modo portare debeant cum hoc quod nec illas fodrare possint de
zenato aut variis aut tafectato nec de aliquo drappo sericeo aliquo modo.
Quecumque vero de predictis dominabus contra hoc decretum fecisse reperiatur cadat
in penam vigintiquinque librarum denariorum cortonensium. Et sartor quilibet qui contra hoc
quoquo modo aut inciderit aut sueerit manicas dominarum civitatis maioris
quam dictum sit cadat in eandem penam vigintiquinque librarum in decreto ut ordi
namento aliquo alio in contrarium penitus non obstante.

Tercia et alius loco

Item cum constet decretum quoddam factum per magnificos predecessores suos, quo
etiam de mulierum honestate cavetur. et exprimit inter cetera quod cuilibet domine
que uxor sit seu erit nobilis alicuius, militis aut iudicis civitatis et comitatus
Tuderti liceat ferre octo uncias argenti in cintura tantummodo et non plus nec in
alio loco. Similiter quod cuilibet domine que uxor est vel erit procuratorum et ceterorum hominum
liceat portare uncias sex argenti tantummodo in cintura et non alibi ad penam
etc. ut in dicto decreto latius continetur. Providentes prefati magnifici domini Priores
quod si alibi pro decorum portandi usus seu licentia prebeatur, non habent quanti
tate servata modestiam seu dominarum pudicitiam maculare, in hac parte
sanxerunt, quod nobilium, militum ve, aut doctorum, dominabus, dictas octo
uncias argenti portare liceat ubicumque et in quacumque parte voluerint, sive
in cintura sive dorso sive in capite prout ipsis dominabus magis libuerit et placebit.
Similiter autem procuratorum et ceterorum omnium dominabus ubicumque voluerint
portare liceat uncias sex argenti, non obstante penitus supradicto decreto
huiusmodi loquente seu cavente ut antea tangebatur.

Revocatio immunitatum privilegiorum et exemptionum quorundam etc.

Item Supradicti Magnifici et potentes domini Priores populi et communis civitatis Tuderti
optantes res rei publice tudertine feliciter dispositas diligenter, et quod unusquisque
sua sorte, et loco suo, quietus procedente ordine remaneret, Advertentes quod
quod ob quasdam immunitates exemptiones sive privilegia iam dudum per quosdam
quod ob quasdam immunitates exemptiones sive privilegia iam dudum per quosdam
summos pontifices concessas quibusdam nobilibus tudertinis, confirmabatur in populo
scandalum valde magnum, Cum ob istam prerogativam plebs crederet
opprimi a potentibus, magna tumultu aggravata civitatis, non decere in civitate
ista aliquos excellere tali dono, sed sumptibus oneribus et expensis, omnes debere
esse similes et equales. pro quod quadam licet (ut vulgi malum) excrebescente
invidia, aut excidium aut turbationem civitatis immensam exoriri cernebat

262v

Cum malo cum sapienter ac prudenter curent obviare quedam per privilegia
per felicis recordationis papam Bonifatium nonum ubi in hac forma
revocatio specialis. Omnes et singulas iurisdictiones auctoritates libertates fa-
cultates immunitates exemptiones privilegia dominia et offitia dilectis filiis nostris
universitati Aquesparte et Masse castrorum in comitatu Tudertino situatorum in
forensibus quam intraneis ipsa castra quolibet inhabitantibus seu eorum singularibus personis
vel bonis quocumque et qualitercumque per nos et predecessores nostros romanos
pontifices et apostolice sedis legatos ac nuntios quavis auctoritate vel facultate
forma vel expressione verborum quarumcumque communiter vel divisim facta et concessa et in facta
mentio explicitis ex certa scientia cassamus irritamus et revocamus ac nullius
esse volumus roboris vel momenti ut in ipsa bulla latius continetur que est in
cancellaria comunis Tuderti de qua sola hic posita est particula ista ut magis
prefatorum dominorum efficatior videretur et manifesta approbatione viret. Concessa
repetentes ad revocationem ipsam iustissima ratione commoti sunt. Id autem plenius
et universalius ~~ex~~ alia bulla continet per Innocentium septimum per universalem
revocationem concessa de prefata Bonifatii concessione mentionem faciens cuius
particule unius forma ac initio talis est. Nos igitur attendentes quod idem
Bonifatius predecessor noster dudum videlicet anno pontificatus eiusdem tertiodecimo omnes
immunitates et exemptiones huiusmodi revocavit et cassavit. Cumque nostra precipue
intersit ex debito apostolice servitutis in civitatibus et terris prefatum nobis et romane
ecclesie tam spiritualiter quam temporaliter subiectis quamlibet discordiarum amputare
materiam premissis et nonnullis aliis causis rationabilibus animum nostrum moventibus et
ad hec inducentibus moti habentes statum et formas immunitatum exemptionum privilegiorum
et indultorum huiusmodi hic pro sufficienter expressis auctoritate apostolica
et ex certa scientia omnia et singula privilegia indulta exemptiones et immunitates
huiusmodi per predecessores nostros seu rectores vel vicarios aut apostolice sedis
legatos predictos aut eorum aliquem usque in presentem diem quomodocumque
et quibuscumque causis et quibusvis universitatibus seu singularibus personis hactenus
sub quacumque continuatione vel conceptione verborum facta et concessa tenore presentium
revocamus et irritamus ac viribus evacuamus et nullius esse decernimus
roboris vel momenti. Irritum et inane decernentes ex nunc quicquid per quoscumque
et quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit in contrarium quolibet
attemptari etc. ut in ipsa bulla que similiter est in cancellaria comunis latius continetur.
Hanc particulam hoc loco ponentes ut ipsa revocatio ex concessione huiusmodi facta
Solvantur de introytibus Gabbelle magistri Civitatis

Item Salarium trium tubatorum comunis ascendit ad quantitatem quinquaginta quatuor floren. aur. quolibet anno
Solvatur de introytibus taxe comitatus

Item Salarium Campanarii computata portatura Casse gabbelle ascendit ad quantitatem duodecim flor. auri quolibet anno
Solvatur de introytibus taxe comitatus

Item Salarium domini capitanei ascendit quolibet anno ad quantitatem mille septingentorum floren. auri
Solvatur de introytibus Casse comitatus

Item Salarium defensoris et Gabbellarii ascendit quolibet anno ad quantitatem trecentorum flor. aur.
Solvatur de introytibus

Item Salarium Camerarii et notariorum Casse Gabbelle ascendit ad quantitatem in totum septuaginta duor.
floren. auri quolibet anno

Item Salarium Bechepti ascendit quolibet anno ad quantitatem septem flor. aur.

Item Salarium Camerarii et notariorum Camere Tudertini ascendit ad quantitatem quolibet anno in totum nonagin[ta]
floren. auri

Item Salarium Civium deputatorum ad portas Civitatis ascendit ad quantitatem centum quinq[uaginta] [illegible]
auri quolibet anno

Item Salarium Custodum portarum Civitatis predicte ascendit quolibet anno ad quantitatem [illegible]
florenorum auri

Item Salarium magistri Gramatice ascendit quolibet anno ad quantitatem sexa[ginta] [illegible]
Solvatur de Gabbella magistri Civitatis introytibus

Item Salarium Syndicatorum officialium et revisorum rationum librorum [illegible]
quantitatem decem et octo floren. aur.

Item Salarium duorum medicorum noviter eligendorum ascendit anno quolib[et] [illegible]
floren. auri
Solvatur de Gabbella magistri Civitatis

Item Salarium massarii Camere ascendit quolibet anno ad [illegible]

Item Salarium omnium Castellanorum ascendit quolibet anno ad quantitatem trecentorum florenorum auri

Item pro reparatione et acconcimine murorum communis ac palitiorum dictorum distribuantur omnes pene malefitiorum

Item Salarium Regulatorum ascendit quolibet anno ad quantitatem viginti quatuor florenorum auri

Item pro bravio currendo in festo pasquatis pentecostes quolibet anno floreni viginti quinque

Item Salarium Ambassiatorum et nuptiorum ac tortitiorum et paliorum largiendorum ecclesiis nec non pro carta cera
et tinta ac pro multis aliis expensis extraordinariis ascendunt in totum quolibet anno ad quantitatem septingentorum
viginti florenorum auri

Item si aliquo tempore in dicta civitate vacare contingeret aliquod de dictis regiminibus seu officiis videlicet quod non essent in dicta
civitate aliquis dominus vel locumtenens vel officium capitanei seu defensoratus vel aliquis alius officialis forensis
seu civitatis dicti communis vel quod vacarent dicti medici vel aliquis ipsorum aut vacaret magister gramatice aut vacaret
dicti castellani vel aliquis eorum quod omnes ille quantitates florenorum seu denariorum quas propterea deberent illi talibus va-
cantes si ad eorum regimen officium seu ministerium interessent pro tempore et tempora vacarent possint et debeant distribui
deputari et solvi in aliis expensis et exitibus ordinariis vel extraordinariis utilibus et necessariis pro dicto communi et i-
dicto communi occurrentibus prout fuit deliberatum per dominos priores dicte civitatis et quatuor prepositos et vi-
ginti unum consiliarios et quatuor regulatores qui pro tempore fuerint vel per duas partes ipsorum

Item si aliquo tempore appareret quod introytus et proventus dicti communis aliquo modo seu causa deficerent vel quod non sufficerent
ad expensas et exitus deputatos singula singulis referendo quod debeat et possit suppleri per satisfactionem predictorum de aliis
introytibus et proventibus dicte civitatis qui superarent alias expensas de eis deputatas vel de illis introytibus et proventibus
... non essent aliquo modo obligati seu assignati ad aliquos exitus dicti communis. Et similiter si dicti introytus
... proventus superarent quantitates exitus de eis deputatas quod dicta quantitas remaneat et remanere debeat dicto
... communi ita quod de uno introytu superante seu proventu exitu possit suppleri alium deficientem

... Camerarius Civitatis non possit nec debeat solvere aliquam quantitatem denariorum de introytibus et proventibus
... servat secundum formam modum et ordinem in presentibus capitulis declaratum et si aliter solverit talis solutio
... intelligatur solvisse de suo proprio absque aliqua restauratione etiam si de solutione predicta ha-
... bulettam vel preceptum cum solempnitatibus opportunis

... non possit nec debeat solvere aliquam quantitatem denariorum absque retentione pro fabrica ...
... Camerarius debeat observare statuta et ordinamenta dicti communis super hoc illo edita et si aliter
... non admictatur etiam si de dicta solutione absque dicta retentione haberet bullettam vel mandatum.

... debitores possint semper ... quatuor

... ordinaverunt quod quicumque civis seu comitatinus dicte civitatis et comitatus ...
... et comitatu pro debito alicuius specialis persone possit semper redire ad dictam
... ad solvendum quatuor annorum videlicet solvendo singulo anno ... quatuor annorum
... et quod contra tales debitores vel aliquem ipsorum ... eorum heredes et bona
... vel personaliter ... terminis. Videlicet singulo termino ... qua
... quicumque ... debitorum qui per has ordinamenta debent acceptare et
... talium debitorum presentia ordinamenta acceptare teneatur ...
... solvendo debita singula et admictatur ... si dicta ...
... et ... et ... Et ... capitulo statuti civitatis in hoc loquentis

269

de quarentª. In casu non quo dicti debitores vel aliquis eorum in dictis terminis singulis dictorum quatuor terminorum partem debiti
dicti debiti eorum creditoribus non solverint ut supra promissum est, predicti debitores in dictis solutionibus vel aliqua ipsarum deficientes
pro quantitate seu quantitatibus quam seu quas solvere cessaverint beneficio huius capituli amplius gaudere non possint.

pro gabella carnium nota

Item adhoc ut gabella carnium civitatis et comitatus Tuderti pro maiori pretio quam consuetum sit vendi possit et proventus
dicte gabelle augeatur dicti cives ordinaverunt et reformaverunt quod quilibet macellarius vendens carnes in dicta civitate
et quelibet alia persona que pro futuro tempore vendet carnes ad minutum in civitate predicta teneatur solvere gabellam dictarum
carnium in quantitate solita. Dum tamen ponderent omnes bestias castratinas pecorinas porcinas et etiam capriolinas
integraliter, interioribus dumtaxat detractis, et de carnibus bovinis et vaccinis et cervinis ponderet unum quartum
ex parte anteriori et aliud quartum ex parte posteriori cuiuslibet bestie ad voluntatem et electionem illius qui prepositus fuit
ad ponderandum carnes predictas pro dicta gabella, et super dictum pondus dictorum duorum quartorum fiat computatio ponderis aliorum
duorum quartorum qui non ponderaverint. Et qui contrafecerit in predictis vel aliquo predictorum incurrat penam ipso facto centum
solidorum qualibet vice et nichilominus teneatur ad observantiam predictorum. Hoc addito quod de dictis ponderibus dictarum bestiarum et
trahatur pro capitibus et pedibus illa quantitas que consueta est detrahi temporibus retroactis. Et presens ordinamentum initium et prin-
cipium sumat.

Item quod ad imponendum et taxandum pretium carnium macellariis et arbitrium debeant interesse duo cives discreti et bone conditionis
et fame una cum officiali forensi. Qui cives debeant deputari et eligi per dominos priores dicte civitatis de mense in mense
et teneantur iurare in manibus dictorum dominorum priorum predictam impositionem et taxationem facere fideliter et bona fide omni fraude
et quolibet humano [illegible] cessante.

Item ordinaverunt et reformaverunt quod nullus macellarius vel nulla alia persona possit vel debeat macellare vel vendere
aliquas carnes in aliquo loco intus portas veteres dicte civitatis Tuderti nisi in macello dicti comunis. Exceptis illis
qui venderent seu macellarent carnes pecorinas caprinas et scrofinas qui possint macellare et vendere dictas
carnes in platea sancti Iohannis iuxta et prope dictum macellum ut moris est. Et hoc etiam non intelligatur pro illis qui macel-
larent et venderent dictas carnes in burgis et subburgis civitatis predicte, quibus licitum sit vendere dictas carnes
in dictis burgis et subburgis ad eorum voluntatem. Et qui contrafecerit in predictis vel aliquo predictorum incurrat qualibet
vice ipso facto in penam viginti quinque florenorum auri. Et presens capitulum sumat principium et vigorem in dicta venditione
dicte gabelle nove.

Item quod predicta ordinamenta et decreta debeant perpetuo et inviolabiliter observari et ipsa vel aliquod eorum non possint tolli
cassari revocari irritari vel suspendi aliquo modo vel ea in totum vel in partem nec eis vel alicui eorum posse
derogari absque licentia deliberatione et auctoritate consilii generalis hominum dicte civitatis in quo intersint ad minus
centum cives civitatis predicte. Et si aliter fieret talis cassatio seu revocatio aut suspensio seu etiam derogatio
non valeat nec teneat ipso iure.

Ego Antonius Petroni de Castro Neruli publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius et nunc notarius reformationum
et cancellarius comunis civitatis Tuderti predictorum [illegible] supra scriptorum capitulorum decretorum ordinamentorum in omnibus [illegible]
dum sic ut premittitur [illegible] presens [illegible] capitulum de mandato dictorum dominorum priorum [illegible]
publicavi et in presenti volumine statutorum [illegible] et meum signum [illegible] apposui

84
86
87

De locis diructis

1418

In nomine domini Amen. Anno domini Millexio quatricenteximo decimoctavo, tempore sanctissimi in Xpo patris et domini
nostri domini Jo Martini, divina providentia pape quinti mensis Aprilis die vigeximasexta undecima ind.
Commendabiles et sapientes viri. Cola de Montecastelli. Pierjohannes Francisci Oddi. Laurentius Sle
onis. Jacobus Massarius. Paulus Francisci barbitonsor. Johannes Anthonii. Jaimes Nicolay Petrus
Cobutii Schermani. Angelus Menca et Cuccius Cole. domini Priores Comunis et populi civitatis
Tuderti. adinvicem et in unum collegialiter existentes, in secretario palatii residentie eorundem pro
ipsorum officio laudabiliter exercendo, rebusque publicis utiliter ordinandis. Volentes indempnitati hominum
Massariorum et sergentium Castrorum locorum et villarum Comitatus dicte Civitatis Tuderti, que Castra ville
et loca ob guerras turbines et dissentiones que plurimas dudum ... in patria diruta iacent et
totaliter devastata, salubriter providere. Facto ac misso inter eos more solito, sollempni et diligenti
partito ad bussulas et palluctas, et concorditer, obtempto per omnes, dantes et reddentes eorum
palluctas in bussula alba affirmativa del sic, nulla pallucta in contrarium reperta in bussula rubea
negativa del non. Unanimiter et concorditer ex omni auctoritate, arbitrio et bailia, eis concessis et
attributis, statuerunt deliberaverunt et decreverunt. quod illi Massarii comitatum et sergentes quorumcumque
Castrorum. villarum et locorum Comitatus dicte civitatis Tuderti, que Castra ville et loca diruta iacent
et devastata, et inhabitantur ad presens. Si reperirentur scripti ad presens in alio Castro loco seu villa ubi ad
presens habitant vel in futurum habitabunt, quod non possint cogi ad aliquam solutionem onerum nec
teneantur pro illo loco, castro vel villa sic devastatis. pro futuro tempore, de datiis et aliis oneribus
predictis, ac si essent descripti in loco ubi scripti reperirentur, nisi pro eorum portione tantum
nec pro aliqua alia speciali persona cogi possint, pro oneribus supradictis. Teneantur tamen
et cogi possint pro datiis gabellis, et aliis factionibus illius loci Castri ville ubi habitant et
scripti sunt presentes et sicut tenentur alii Massarii et sergentes illius loci ubi ad presens habitant
vel habitarent quomodolibet in futurum. Et si quis dictorum Massariorum in aliquo alio loco
villa vel Castro, scriptus vel assignatus non esset, quod talis Massarius etiam et sergens
pro aliquibus oneribus gravari non possit nisi pro se ipso tantum. quibuscumque contrariis dispo
nentibus non obstantibus.

Ego Jacobus Petrutii Antutii de Narnia. publicus dei gratia apostolica et imperiali aucto
ritate notarius iudexque ordinarius constitutus et nunc notarius reformationum et Cancellarius
Comunis dicte civitatis Tuderti. predictis omnibus et singulis una mecum supra scriptis presens interfui rogatusque scribere
scripsi, et publicavi signumque meum apposui consuetum. et de mandato dominorum priorum in presenti
volumine statutorum fideliter alligavi. Actum in secretario palatii supradicti supra suis
confines posita et confinata etc.

2702

1417

In nomine domini amen. Anno a Nativitate eiusdem millesimo quadringentesimo decimo septimo, indictione decima, die penultimo mensis Junii, Augustino et Spectabiles viri Lucius Francisci Oddi, Raynerius Alberti de
Nicolaus ser Jo. colae, Antonius petri Cecholi, Gerardinus Ypofani, Paulutius petri Ceccholi, Firmesthus
87 Jo. nicolai, Paulus petrutii Barbitonsor, Menichus phy venture et Ypofinus Vegnate domini priores
populi Civitatis Tuderti ac etiam Antepositi et Consiliarii ipsorum Arbitrium habentes in Secreta
eorum palatio ipsorum solite Residentie cohadunati existentes pro negotiis Rei publice Tudertine commode et salubriter
ordinandis. Et maxime considerantes quod semper [illegible] soleat quod certis Armigeris Equestres ac pedestres
et forenses qui in Civitatem advenerunt et residentiam fecerunt in Civitate Tuderti ac in custodia et locis
comitatus eiusdem et circa ad Sacramentum pro Stagium et alijs eidem necessariis [illegible] ne in [illegible] virtualia
et alias nos propter ipsorum Arrogantiam que est eis innata et insita a [illegible] singuli valeant omnis discretionis
et moderationis seposita [illegible] eorum appetitu propter quod [illegible] ad Rixas et verba iniuriosa et vulnera ac
manuum [illegible] tam cum Civibus dicte Civitatis quam cum comitatensibus comitatensibus comitatus eiusdem
pervenerunt. Et [illegible] plurimum [illegible] Cives et comitatenses dicte Rixe et verbis iniuriosis per officiales
dicte Civitatis puniuntur [illegible] dictis Armigeris gentibus remanentibus impunitis. [illegible]
dicti priores Antepositi et ipsorum consiliarii auditis Circa hec predicta volentes ne conditio [illegible]
Armigerorum et forensium potior videatur esse quam Civium et comitatensium Tudertinorum. Et ne Judicia
Criminalia claudicare videantur [illegible] et obtempto [illegible] inter eos ad [illegible] Justitiae
ipsorum nemini discordantes ex omni Auctoritate Arbitrio et baylia quolibet eis [illegible] et debitis
omni modo [illegible] Jure et forma quibus melius efficacius et validius [illegible] potest. Providerunt Statuerunt ac
decreverunt et Reformaverunt quod si aliquis casus huiusmodi evenerit quod aliquis de Civitate Tuderti
seu de comitatu eiusdem quocumque et qualitercumque veniret ad verba Rixas seu ad Arma cum aliquo
forensi Armigero seu Stipendiario et inter eos iniuria aliqua vel offensa verbo vel facto intervenirent quod talis forensis Armiger seu Stipendiarius puniatur et puniri debeat in dicta Civitate de eo delicto
quod commiserit sicut Civis de Civitate seu de comitatu predicto secundum formam statutorum Tuderti. Et quod Civis
seu Comitatenses dicte Civitatis et comitatus qui aliquam offensionem seu iniuriam commiserit in persona dicti forensis
Armigeri seu Stipendiarii non possit puniri nisi sicut cum predicti per Capitaneum seu quemcumque alium
officialem dicte Civitatis nisi primo passus sit et huiusmodi forensem Armigerum sive Stipendiarium
et ipse forensis Armiger et Stipendiarius sit punitus secundum formam dictorum statutorum de offensis iniuriis
et dampnis quas fecerit seu intulerit sicut dictus Civis seu comitatensis predictus etiam [illegible] etiam [illegible] de
Civitate et comitatu predicto possit cogi et constringi [illegible] ad aliquam penam et condempnationem solvendam
nisi primo per dictum forensem Armigerum et Stipendiarium [illegible] officiali sit pena et condempnatio
eius soluta camerario communis Tuderti, quo casu [illegible] post processum factum sicut forensem et Armigerum predictum et
pena soluta per ipsum [illegible] predictis [illegible] Civis seu Comitatensis dicte Civitatis et comitatus de eo quod
commiserit sicut forensem et Armigerum ac Stipendiarium [illegible] et puniatur secundum formam predictorum
statutorum. Et nichilhominus [illegible] ut ipsum dicti forensis [illegible] supplicationem vel
Rescriptum aliorum dominorum vel communis dicte Civitatis Tuderti pene et condempnatio remicteretur [illegible] vigore presentis
decreti provisionis et Reformationis quod [illegible] quod remicteretur dicto forensi et Armigero et [illegible] ei
gederet intelligatur etiam remissum et concessum dicto Civi tudertino et comitatensi comitatus predicti. Quam
quidem provisionem Reformationem et decretum huiusmodi supradicti domini priores Antepositi et ipsorum consiliarii [illegible]
decreverunt et voluerunt per [illegible] maioris Roboris firmitatis [illegible] et describi in presenti volumine
statutorum dicte Civitatis et pro lege et [illegible] alia statuta et capitula dicti voluminis de perpetuo ab omnibus
perpetuo observari et etiam [illegible] solum ad futura vim et locum habeant et se extendant sed etiam
ad preterita que ab uno anno citra facta commissa [illegible] et perpetrata forent [illegible] expresse
[illegible] se extendere et locum habere debeant et intelligantur quibuscumque statutis decretis et alijs in
contrarium facientibus non obstantibus.

Ego Antonius petrom de castro [illegible] publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius et nunc
notarius Reformationum et Cancellarius communis et populi Civitatis Tuderti [illegible] omnibus et singulis
dum sic ut premictitur agerentur et fierent presens interfui eaque rogatus scribere scripsi et publicavi
meumque signum posui consuetum.



Jo mamme

Jo mamme

Anno dni

Omnia dat dominus

Omnia dat dominus

Magister nr magister petrus de gratianis de perusio hon. est prius ministre civitatis Anno dni millessimo cccc

Johannes ... de ... de perusio hon. ...

Homo quidam fecit cenam mangnam et misit servum

Homo quidam fecit cenam mangnam et misit servum

Omnia dat dominus

... quello

no giudicare ... non

et no fare abagliato

... credere

271v

In xpi nomine amen. Lazzarus de canzellerijs de pistorio miles, locumtenens in Civitate et comitatu Tuderti
pro sancta Romana Ecclesia et pro sanctissimo in xpo patre et domino nostro, domino Johanne divina providentia papa vigesimosecundo,
universis et singulis.. Capitaneis Judicibus, et alijs quibuscumque officialibus Civitatis et comitatus Tuderti, tam presentibus quam futuris,
Salutem. Cum ex parte et nomine dominorum priorum Civium et populi civitatis Tuderti cum instantia et reverentia debita fuit
supplicatum dicto domino nostro summo pontifici modo isto, et sub ista verborum serie et tenore videlicet. Item dignetur eadem Sanctitas
providere et mandare, quod omnes et singuli Cives et comitatenses tudertini, et etiam forenses reintegrentur reponantur et restituantur
in possessione omnium et singulorum eorum bonorum et possessionum immobilium, que per eos possidebantur ante novitatem factam in Anno
Millequadrigentesimoseptimo de mense septembris in dicta civitate, et tempore ipsius novitatis. Et predicta exequi teneatur omnis officialis
tudertinus qui ad hoc fuerit requisitus summarie et de plano, sine strepitu et figura judicij sola facti veritate inspecta. Et hoc non
intelligatur de bonis de quibus esset facta aliqua vera et justa alienatio alicui persone post dictam novitatem, et utrum fuerit justa
et vera alienatio vel non relinquatur arbitrio judicantis, consideratis facti et temporis qualitate et circumstantijs predictorum. Reservato tamen
jure proprietatis et dominij in omni casu predicto. Et cum per dominum dominum nostrum papam signatum fuit dicta supplicatio signata hoc modo videlicet
Fiat justitia. Et cum dictus dominus noster videns quod vigore dicte signature dicte eorum reintegrationum posset nimium dilatari, quod
nunc non patitur, rescripsit nobis die quarto mensis octubris instantis, quatenus juxta ipsius supplicationis continentiam summarie et de plano sine
strepitu forma et figura judicij restitutionem singulorum executioni mandari faceremus, sublatisque dilationibus expediri. Quarum
quidem litterarum seu rescripti tenor talis est videlicet. Johannes papa xxiij. Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem. Exhibita
nobis pro parte dilectorum filiorum Civium et populi Civitatis nostre illius tudertine, supplicatione et comitatensium ac forensium habitantium
in dicta Civitate et districtu et eorum reintegratione ad ipsorum bona supplicationem signavimus per fiat justitia. Verum quia in
ipsa re cavillationibus et subterfugijs aliquorum dilationes inutiles interponuntur ut asseritur, volumus et nobilitati tue committimus
et mandamus, quatenus juxta ipsius supplicationis continentiam, summarie et de plano, sine strepitu forma et figura judicij
restitutionem singulorum executioni mandari facias, sublatisque dilationibus expediri. Datum Rome apud sanctum petrum sub anulo
piscatoris die quarto octubris. Pontificatus nostri anno tertio.. F. de montepoliciano. A tergo vero dictarum litterarum superscriptum
est hoc videlicet. Dilecto filio nobili viro Lazzaro de canzellerijs militi pistoriensi locumtenenti nostro tudertino. Quibus quidem litteris
cum ea qua decuit reverentia receptis, et ipsis visis et diligenter lectis, disposuimus totis sensibus prout decet, tamquam filius
obedientie supradictis mandatis apostolicis obedire, et eis executioni debite demandare, juxta predictarum seriem litterarum. Quocirca vobis
omnibus et singulis Capitaneis, Judicibus, et alijs quibuscumque officialibus supradictis et cuilibet vestrum qui ad hoc fueritis seu
fuerit requisiti seu requisitus harum serie districte committimus imponimus et mandamus, auctoritate apostolica qua fungimur, quatenus
ad petitionem cuiuscumque persone cuius interest Civium et comitatensium tudertinorum, ac etiam forensium in Civitate seu comitatu tuderti
habitantium, prefatos quoscumque Cives comitatenses, ac etiam forenses per vos vel vestrum alterum, et per vos vel aliquem
vestrum deputandos reintegretis reponatis et restituatis, seu reintegrari reponi et restitui faciatis ad possessionem omnium et singulorum
eorum et bonorum immobilium, que per eos possidebantur ante predictam novitatem, et tempore dicte novitatis in Civitate predicta vel dicto
Comitatu tuderti, summarie et de plano, sine strepitu forma et figura judicij, sola facti veritate inspecta. Juxta et secundum
seriem et tenorem dicte supplicationis et dictarum litterarum nobis transmissarum per dictum dominum nostrum papam. Ad quas quidem
supplicationem et litteras nos referimus. Et in predictis et super predictis seu procedatis ac expediatis et exequamini
seu expediri ac exequi faciatis, ut supra dictum est. Non obstantibus quibuscumque statutis, ordinamentis seu reformationibus,
Et maxime statuto quadam et alijs dispositionibus in contrarium quoquomodo. Et etiam non obstante quacumque pendentia
litis, que super reintegrationibus predictis penderet, sublatis etiam et remotis quibuscumque cavillationibus et dilationibus calumniose
propositis seu etiam proponendis. Que omnia volumus et mandamus in dicta civitate pro lege servari, et scribi et poni
in volumine statutorum comunis tuderti ad hoc ut omnibus patefiat. In quorum omnium testimonium et fidem has nostras patentes
litteras in forma publici decreti fieri et scribi per Thomam cancellarium nostrum iussimus fecimus, et ad maiorem cautelam
registrari. Datum Tuderti in pallatio nostre residentie sub Anno a nativitate domini nostri yhesu xpi Millesimoquadringentesimo
tertiodecimo. Indictione sexta, die decimonono mensis octubris. Pontificatus nostri domini nostri pape prelibati Anno
tertio.

Ego Thomas quondam ser Aluysij de ziponibus de Regio, publicus imperiali auctoritate notarius
et judex ordinarius, et nunc notarius scriba et cancellarius prefati domini lazzari locumtenentis
tuderti, predicta omnia et singula de eius mandato tradidi et scripsi. Et in testimonium omnium
premissorum meum signum et nomen apposui consueta.

Et Ego petrus sanctis de ... publicus ... notarius

Petrus de ... et ...

... nos patris et filii ...

Antonius magr

Ego Johannes ...

Carmina quondam studio florente peregi

Hunc acie concurrit gradivus fortissime Achilles
Jam nonesque ... quod terga dedit ...
Et quamvis bello valet fortissimus hector

In nomine domini amen. Anno a nativitate eiusdem Millesimo quatricentesimo quartodecimo
vij Indictione tempore Sanctissimi domini nostri domini Johannis divina providentia pape vicesimi tertii

Magnifice vir

Ego Johannes Ma...

In nomine domini

Ego Nicholaus pauli de Montemonaco

Petrus ...

272v

1446

In nomine domini amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quatricentesimo quadragesimo sexto die primo mensis Julii [illegible]
ecclesia dei vacante pastore. Nobiles et spectabiles viri Massius [illegible] Angelus [illegible] Antonii [illegible]
Lucioli Antonius ser petri Symon francisci Bartholomeus Johannis [illegible] Petrus [illegible] Benedictus
[illegible] Thomasii Martinus [illegible] et Johannes Venture magnifici domini priores comunis et populi civitatis Tuderti [illegible]
[illegible] palatii ipsorum soliti residentie cohadunati existentes pro eorum officio laudabiliter exercendo ac negotiis publicis
[illegible] et salubriter disponendis. Ad reprimendas insolentias transgressorum. Et ne transgressores ac delictorum
patratores propter ipsorum absentiam et diffugium valeant eorum delictis et excessibus gloriari. [illegible] ad formationem
nem processuum et [illegible] debitis procedatur. Unanimiter et concorditer facto et misso partito inter eos solempni
et diligenti partito ad bussulas et palluctas more solito secundum formam statutorum dicte civitatis, et concorditer obtempto
per omnes reddentes ipsorum palluctas in bussulam albam del sic nulla palucta reperta in bussula rubea del non [illegible]
rium. Ex omni auctoritate arbitrio et balia quomodolibet ipsis concessis [illegible] deliberaverunt providerunt decreverunt
ac sollempniter reformaverunt quod omnes et singuli homines et persone habitantes ac residentiam facientes
tantes in terris castris et locis dicti comitatus rebellibus seu non obedientibus comuni dicte civitatis Tuderti et si personaliter rep
91 [illegible] seu inquisiti forent et essent in curia civitatis prefate pro aliquibus maleficiis excessibus seu quibuscumque [illegible]
tis possint et debeant citari requiri et proclamari per publicos banditos vel tubatores vel nuntios publicos eius
civitatis dicte ad omnem requisitionem et voluntatem officialium quorumcumque civitatis prefate coram quibus et per quos fieret
[illegible] inquisitio accusatio seu denumptio contra eosdem inquisitos accusatos seu denumptiatos seu ipsorum alterum
vel ad fenestras vel ad pretorale palatii residentie domini capitanei civitatis dicte ita quod vigore citationum requi
sitionum et proclamationum huiusmodi processus formari ac sententie ferri possint et valeant per officiales antedictos ac
plena roboris firmitate et iuris valitudine habeant et optineant processus et sententie prefate. Ac si prefati inquisiti
denumptiati ad ipsorum habitationis domos seu personaliter citati et requisiti forent. [illegible] solempnitatibus
in dicto processu et sententiis dari et observari consuetis secundum formam statutorum dicte civitatis. Quibuscumque statutis decretis
et ordinamentis civitatis dicte in contrarium premissorum quomodo in facientibus non obstantibus quibus quantum ad premissa
dumtaxat expresse derogaverunt.

Acta fuerunt hec omnia suprascripta in secretario palatii residentie supradictorum dominorum priorum iuxta cum palatio ab uno latere est platea
comunis ab alio est platea [illegible] Johannis ab alio latere est via [illegible] et alia latera [illegible]

Ego Antonius petroni de castro [illegible] publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius et nunc notarius reformationum
et cancellarius comunis et populi civitatis Tuderti predictis omnibus et singulis dum sic ut premittitur agerentur et fierent presens
interfui eaque rogatus scribere [illegible] meumque signum posui consuetum ac [illegible] deliberatione supradictorum dominorum
priorum in hoc volumine statutorum [illegible]

Quomodo citentur rebelles et [illegible] [illegible]

1446

In nomine domini amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quatricentesimo quadragesimo sexto indictione viiii. Die septimo mensis
Novembris ecclesia dei vacante pastore. Nobiles et spectabiles viri Johannes Johannis Cresentius [illegible]
Johannes Mathei [illegible] Jacobus [illegible] clerici Nellus [illegible] Franceschinus [illegible] Matthei [illegible] [illegible]
ser Egidii et [illegible] Johannis magnifici domini priores comunis et populi civitatis Tuderti absente tamen [illegible]
Nicolay [illegible] ex numero dictorum dominorum priorum ex legiptima causa, [illegible] Anteposito [illegible]
[illegible] in secretario palatii residentie dictorum dominorum priorum cohadunati existentes pro negotiis [illegible]
92 ac salubriter ordinandis et disponendis. Et maxime considerantes quales plures [illegible]
a non nullis civibus tudertinis et comitatinis civitatis prefate [illegible] civibus que [illegible]
per eos contra non nullos homines et personas tam cives quam etiam comitatenses dicte civitatis [illegible]
et residentes in terris castris et locis dicti comitatus rebellibus et non obedientibus comuni [illegible]

fieri citatio et requisitio que ex personaliter in eorum habitationibus domos cum non sit tutus liber neque habilis
accessus bannitis et nuptiis dicti communis ad dicta castra et loca rebellia et non obedientia communi predicto et eorum habitat
pro quibus lites et cause huiusmodi agitari ventilari et diffiniri non possunt. Et cives et comitatenses predicti dictas causas
et lites moventes et movere intendentes in eorum preiudicium dampna et iacturas non modicas patiuntur. Idcircho
supradicti domini priores antepositi et eorum consiliarii predicti volentes in hoc salubriter providere et ne
propter impedimentum et defectum dictarum citationum que citari et impedimenta supradicta fieri non possunt, cause
et lites huiusmodi quolibet retardentur. Unanimiter et concorditer facto et misso partito inter eos solempni ad bali
gentem pretio ad bussulas et palluctas more solito et concordi contempto per omnes sedentes ipsorum palluctas
in bussulam albam del sic ipsorum nemine discordante. deliberaverunt providerunt decreverunt ac
sollempniter reformaverunt. quod in omnibus et singulis causis litibus et civilibus ordinariis vel extraordinariis hactenus
motis et intemptatis ac in posterum movendis et intemptandis in quantumcumque curia et coram quibuscumque iudicibus eccle
siasticis vel secularibus prefate civitatis tudertine per quemcumque seu quoscumque civem seu cives comitatensem seu comita
tenses civitatis et comitatus prefati obedientes communi civitatis predicte contra et adversus quoscumque cives seu
comitatenses cives seu comitatenses et aliam quamcumque personam residentes et habitantes seu incolatum facientes
in terris castris et locis dicti comitatus tudertini non obedientibus communi dicte civitatis. possit et valeat fieri
citatio requisitio dictorum civium comitatensium et personarum dictorum ipsorum et ipsorum alteri contra quos seu quem vel quam
dicte cause lites et questiones huiusmodi mote et intemptate hactenus fuerunt et essent ac imposterum moverentur et intemp
tarentur vel someret ad fenestram vel ad pectorale palatii residentie domini capitanei dicte civitatis
tudertine per tubatores vel per bannitores vel per quoscumque preconis nuptios dicti communis in singulis actibus et terminis dicta
causarum litium et questionum huiusmodi et cuiuslibet earum in quibus dicte citationes proclamationes et requisitiones fieri requi
rerent et expediens esset. Et quod vigore dictarum proclamationum citationum et requisitionum quas ad dictas fenestras vel
pectorale predicta vel someret fieri contigerit predicte cause lites et questiones per quoscumque iudices et offi
ciales dicte civitatis ecclesiasticos vel seculares civitatis et dicte curie quibus et ipsorum alteri vertierent et agitarentur
procedi cognosci ventilari terminari diffiniri et sumari possint et valeant. Et quod omnes et singuli actus in ipsis
causis et litibus facti et observati et tenenti ac fiendi et observandi usque ad finem conclusionem plenam validam sortiantur
optimam roboris firmitatem ac si citationes requisitiones et proclamationes predicte personaliter vel ad propria habitationis
domos facte essent. Summatis tamen aliis terminis et dilationibus et actus observatis et requisitis in causis et litibus predictis
secundum formam iuris et statutorum dicte civitatis quibuscumque statutis decretis et ordinamentis dicte civitatis in contrarium
premissorum disponentibus non obstantibus quecumque quanta ad predicta et ad actum supradictum dum taxat expresse dero
garunt predicta statuentes decernentes et reformantes supradicti domini priores antepositi et eorum consiliarii
ex omni auctoritate arbitrio et bailia quolibet ipsis concessis et actributis ac omni modo via et forma quibus melius
validius potest fieri, mandantes quod mihi antonio cancellario eorum presentem provisionem decretum et reformationem in
volumine statutorum communis dicte civitatis tudertine poni et alligari debere ac ipsum decretum et reformationem per statuto
ad memoriam futurorum observari debeant

Acta fuerunt hec omnia supradicta in secretario palatii residentie dictorum priorum supradictorum in palatio ab uno latus est
platea communis ab alio est [illegible] ... presentibus [illegible] et aliis ... testibus

Et ego Antonius petroni de Castro ... publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius et nunc notarius refor
mationum et cancellarius communis et populi Civitatis Tuderti supradictis omnibus et singulis dum sic ut premittitur
agerent et fierent una cum ... rogatus scribere scripsi et publicavi meumque signum consuetum apposui
... et mandato supradictorum dominorum priorum antepositorum et consilii in dicto volumine statutorum ... tuderti
publicis et allegavi

273v

In nomine domini. Amen. Anno domini millesimo quatricentesimo decimo octavo, tempore
santissimi in Christo patris et domini domini Martini divina providentia pape quinti, mensis no-
novembris die xiii, undecima indictione. Ad laudem honorem et reverentiam omnipotentis
dei et gloriosissime Marie semper virginis felicissime matris eius, ac beatorum principum aposto-
lorum Petri et Pauli, necnon santissimorum confessorum Fortunati, Calisti et Cassiani ac
patronum protectorum et defensorum comunis et populi civitatis Tuderti, ac omnium santorum
et santarum curie celestis. Ad statum triumphum magnificentia et honorem illustris ex-
celsi et victoriosissimi domini Braccii de Fortibrachiis comitis Montoni, domini civitatum Perusii,
100 Tuderti, Urbisveteris, Narnie, Interamnis etc., ac nonnullarum aliarum terrarum castrorum et locorum,
ad honorem et magnificentia magnifici comitis Oddonis de Fortibrachiis nati excelsi domini
supradicti, ad honorem et augmentationem ac manutentionem presentis pacifici status, ad mortem
et confusionem omnium contrariorum appetentium. Deo placeat et sic sit. Commendabiles et egregii
domini Johannesbaptista de Massa, ser Grappaserinus ser Grappucciali, Franciscus Marsciani,
Guidus Guidarelli, Angelus Luchicti, Johannes Andree, Angelus Nerutii, Jacobus Abramutii
et Petrus Jacobi, domini priores comunis et populi civitatis Tuderti, ac egregius legum doctor
dominus Clemens Mannis, spectabilesque viri Simon Egidii, Dinta domini Francisci, ser
Bartholomeus Menotutii et ser Anthonius Mattei Moncelli, cives nobiles Tudertini,
in secretario palatii eorumdem dominorum priorum priorum collegialiter existentes, pro eorum officio laudabile
exercendo, rebusque publicis utiliter ordinandis, unanimiter et concorditer vigore remissionis
eis facte per consilium magnum, certe ut patet manu mei cancellarii in libro reformationum dicti
comunis, sub dictis anno et mense die tertiadecima, fecerunt, ordinaverunt, statuerunt et stantiaverunt
infrascripta statuta stantiamenta et capitula statutorum ad rei publice comodum spectantia, videlicet.

In primis cum oleum, pisces, volatilia, carnes silvestres, venationes et alia quecumque comestibilia
ad vitam et usum hominum spectantia et oportuna, defectu pizicharolorum, tricolorum
venderolorum et aliorum illa ementium causa revendendi venduntur maiori pretio quam sit congruum
atque iustum, ex quo insurgit incomoditas civium dicte civitatis Tuderti, exoriuntur permaxime
querele civium et lamentationes, quibus plurime personarum predictarum, itaque utiliter providere volentes,
statuerunt et ordinaverunt quod nullus pizicharolus, venderolus vel tricolus nec quevis alia persona
dicte civitatis Tuderti nomine dictorum pizicharolorum, venderolorum et tricholorum vel per se vel cum
altero audeat vel presumat emere oleum in dicta civitate vel comitatu Tuderti causa
revendendi nec alio quesito colore, per totum diem veneris usque ad sequentem diem
sabati in vesperis, ad penam decem librarum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice
auferendarum de facto per notarium exordinariorum et quemcumque alium officialem dicte civitatis
Tuderti. Et quod unicuique liceat contrafacientem accusare et habeat quartam partem dicte pene,
et eius nomen teneatur secretum, et quod notarius exordinariorum ac quilibet
eisque cum iuramento credatur, et eius nomen teneatur secretum, et quod notarius exordinariorum ac quilibet
alius officialis dicte civitatis qui aliquem culpabilem invenerit in predictis, habeat aliam quartam
partem dicte pene, residuum vero quod est medietas dicte pene dicte comunis camere applicetur. Et
quod de predictis omni tempore possit cognosci et contrafacientes possint in dicta pena puniri, pro quibus
officiales dicte civitatis presentes et futuros, et quod nullus officialis possit contra predictum statutum facere ad
penam vigintiquinque librarum eidem auferendarum tempore sui sindicatus et de facto applicandarum
camere comunis dicte civitatis Tuderti.

Item statuerunt et ordinaverunt quod nullus pizicharolus, venderolus vel tricholus dicte civitatis
Tuderti audeat vel presumat per totum diem veneris usque ad sequentem diem sabati in
vesperis emere per se nec per alium emi facere in dicta civitate Tuderti nec extra ipsam civitatem
per spatium trium miliariorum distantium a civitate predicta pullos, capriolos, starnas, columbellos, ova,
caseum, carnes, venationes nec alia venatilia vel volatilia neque oleum, sub pena decem librarum
cuilibet contrafacienti auferendarum de facto per notarium exordinariorum dicte civitatis seu quemlibet
alium officialem civitatis predicte. Cuius pene quartam partem habeat quicumque contrafacientem
accusaverit, vel quemcumque officialis contrafacientem invenerit, residuum vero dicte pene [illegible]
camere applicetur. Et quod de predictis omni tempore possit cognosci et [illegible] culpabiles [illegible]
puniri, non obstantibus quibuscumque, et quod nullus officialis contra predictum statutum faciat [illegible]
librarum eidem auferendarum et applicandarum camere dicte civitatis tempore sui sindicatus [illegible]
[illegible] in predictis. Et cum accusatori cum iuramento credatur.

Item statuerunt et ordinaverunt quod nulla persona audeat vel presumat [illegible] pisces [illegible]
persone extra dictam civitatem Tuderti saltim per spatium duorum miliariorum [illegible]
94 nec in alio aliquo loco dicte civitatis nisi ad macellum comunis [illegible]
predicte, quod libera dictorum piscium nostratorum illo tempore nec aliquo [illegible]
[illegible] boloniorum et abundantia ad vocem et sensum [illegible]
[illegible] librarum pro quolibet contrafaciente et [illegible] auferendarum [illegible]
quemcumque alium officialem civitatis predicte. Cuius pene quartam partem [illegible]
accusaverit, quartam partem officialis qui aliquem culpabilem [illegible]
applicetur, et quod de predictis possit omni tempore cognosci et [illegible]

27

Item statuerunt et ordinaverunt quod pisces forenses vendantur et vendi debeant hoc modo videlicet
Tenche quarum quelibet erit ponderis duarum librarum vel abinde supra ad rationem unius bolon(eni)
pro qualibet libra, a duabus libris infra pro qualibet tencha usque ad unam libram et mediam pon-
deris ad rationem duorum sollidorum pro qualibet libra, ab una libra et media ponderis infra ad rationem
decem et octo denariorum pro qualibet libra et si quis predictum statutum neglexerit et quomodolibet contrafecerit
in quinque libris denariorum vice qualibet puniatur, cuius pene quartam partem lucretur notarius
extraordinariorum et quicumque alius officialis contrafacientes invenerit, residuum vero dicte pene dicti comunis
camere applicetur et quod de predictis omni tempore possit cognosci et repertus culpabilis in dicta pena pu-
niri et si quis officialis predictum statutum non servaverit in decem libris denariorum vice qualibet puniatur
auferendarum de facto et applicandarum dicte camere tempore sindicatus officialis predicti.

Item statuerunt et ordinaverunt quod lasche vendantur ad libram tripartito modo videlicet lasche grosse
maioris forme quarum sex vel octo ad plus fuerunt ponderis unius libre ad rationem duorum sollidorum
pro qualibet libra, relique vero lasche que non essent dicti ponderis extimentur per notarium extraordinariorum
a viginti denariis infra usque ad decem denarios pro qualibet libra ut videbitur discretioni ipsius
notarii iustum esse eo modo quo carnes bovine assextimantur per officiales predictum. Et si quis contra
predicta fecerit vel aliquod predictorum in pena quinque librarum vice qualibet puniatur auferendarum de facto
et cuius pene quartam partem lucretur notarius extraordinariorum et quicumque alius officialis predictus invenerit
delinquentes, residuum vero dicte pene dicti comunis camere applicetur, et si quis officialis predictum statutum
non observaverit in pena decem librarum de eius salario auferendarum tempore sui sindicatus pro vice qualibet
puniatur et quod de predictis omni tempore possit cognosci et contrafaciens in dicta pena puniri.

Item statuerunt et ordinaverunt quod nullus civis comitatinus incola vel habitator dicte civitatis Tuderti
audeat vel presumat pisces forenses vendere in dicta civitate ad penam decem librarum denariorum pro
quolibet contrafaciente et qualibet vice auferendarum per notarium extraordinariorum de facto vel per quemcumque
alium officialem dicte civitatis cuius pene quartam partem lucretur quicumque contrafacientem denuntiaverit
[illegible] et illius nomen teneatur secretum, quartam partem officialis qui pro [illegible] predictos delinquentes
invenerit, residuum vero dicte pene dicti comunis camere applicetur et quod si quis officialis predictum ordina-
mentum non observaverit in decem libris denariorum de eius salario auferendarum tempore sui sin-
dicatus vice qualibet puniatur et quod de predictis omni tempore possit cognosci et culpabilis in dicta pena
puniri. Possit tamen unusquisque civis comitatinus et incola dicte civitatis impune et sine pena
dictos pisces vendere, dummodo illos apportaverit a loco in quo pisces huiusmodi capiuntur
et de hoc fidem plenariam fecerit quod illos apportavit a dicto loco.

Item statuerunt et ordinaverunt quod operarii forenses et comitatini ad operam se conducentes teneantur
et debeant venire ad se conducendum et operam assumendum sub volta palatiorum vel schalarum
comunis dicte civitatis in platea maiori civitatis predicte et non in alio aliquo loco ad penam decem
sollidorum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice auferendorum de facto et simili pena puniatur
quicumque conduxerit aliquem ex dictis operariis in alio aliquo loco quam sub volta superius annotata.

Que quidem statuta et capitula statutorum confirmata fuerunt per magnificum virum ac eximium legum doctorem dominum
[illegible] de [illegible] de Perusio locumtenentem civitatis Tuderti pro excelso [illegible] domino superadicto.

Et ego [illegible] Petrutii [illegible] de Narnia
iudex ordinarius [illegible] et
civitatis Tuderti predictis omnibus presens
[illegible] confirmatum

publicus dei gratia apostolica et imperiali auctoritate notarius
nunc notarius reformationum et cancellarius comunis
[illegible] rogatus scribere subscripsi et publicum signum [illegible]

274v

(43) 175

1469

In nomine domini amen. Anno domini Millesimo cccc°xviii°. tempore santissimi in xpo patris et domini
nostri domini Martini divina providentia pape quinti. Mensis Augusti die xxvi. duodecima ind.
Actum in Palatio residentie Magnificorum Priorum Comunis et populi Civitatis Tuderti posito
iuxta plateam maiorem dicte Civitatis ab uno latere, plateam sancti Iohannis ab alio, viam publicam
alias res dicti Comunis et alios fines. Hec est Copia et transumptum cuiusdam decreti et ordi
namenti existentis in libro Reformationum dicti Comunis et scripti et publicati manu providi viri
ser Blaxii quondam Ligii de Assisio notarii publici et tunc cancellarii et notarii Reformationum comunis
dicte Civitatis Tuderti sub annis domini Millesimo ccclxxxxvii. tempore domini Bonifatii pape noni
et de mense Aprilis dicti anni die ultimo. Indictione quinta. Cuius decreti et ordinamenti tenor talis est videlicet.

Magnifici et potentes domini domini Priores Comunis Tuderti. Convenientes in unum in secretario
palatii residentie ipsorum. super rebus dicti Comunis et reipublice dicte Civitatis Tuderti utiliter
peragendis. habita primo oportuna licentia et auctoritate omnia infrascripta faciendi et ordinandi a
magnifico viro Sighinulfo [illegible] Michilottis de Perusio Comunis Castri plebis Civitatis Tuderti et eius
Comitatus et districtus [illegible] domini generalis etc. Et habitis super his infrascriptis pluribus Civium colloquiis
et Certis nonullis ob hoc congregatis et habitis eorum consiliis. facto que deinde ac dato et misso sollempni
et diligenti partito inter eos dominos Priores ad bussulas et pallucteos more consueto et obtento ordine
per omnes dantes et mittentes eorum pallucteos in bussula alba del sic nulla palluctea reperta in buss
ula rubea del non in contrarium. Attendentes pacerno meditantes non esse novum quod statuta et ordinamenta
priora corrigantur et reformentur per posteriora illaque secundum varietatem temporum addere et minuere
et de novo etiam statuere et reformare que utilitatem et comodum reipublice et civium aspiciunt et con
veniunt honestis et licitis convenientiis. Id circho ex omni auctoritate arbitrio et baylia eis concessis et omni
modo via iure et forma quibus melius potuerunt. Providerunt. ordinaverunt. deliberaverunt reforma
verunt et decreverunt. Quod quicumque homo vel persona tam civis dicte Civitatis Tuderti vel comitati
nus Civitatis eiusdem quam etiam forensis undecumque fuerit et cuiuscumque conditionis vel status existat
voluerit aliqua guarnelli forensia conducere de [illegible] vel portare seu duci vel portari facere ad dictam
Civitatem Tuderti vel per ipsam Civitatem vel eius comitatum transire et passum habere pro ipsis
guarnellis teneatur et debeat solvere vel solvi facere pro gabella et nomine gabelle dicti Comunis
Tuderti pro qualibet petia dupla viginti solidorum denariorum pena cuilibet contrafacienti in ordinamentis
gabelle dicti Comunis contenta. Exceptis tamen guarnellis mediolanensibus pro quibus nulla alia gabella
solvatur nisi dum taxat gabella consueta et in aliis ordinamentis dicti Comunis contenta. Et predicta
omnia et singula voluerunt et mandaverunt prefati Magnifici domini Priores inviolabiliter et firmiter observari, ut nullus valeat huiusmodi ordinamenti
observantiam et in volumine statuto dicti Comunis scribi et apponi ut nullus [illegible] contra
quomodo debet ignorantiam pretendere [illegible]. Dicta die [illegible] actum [illegible] per tubatorem dicti comunis [illegible]
omnia in dicto ordinamento contenta banniri [illegible] Germano et locumtenente [illegible] et potentis domini
Recordi de Michilottis de Perusio

Ego Iacobus Petrutii Vitutii de Narnia publicus dei gratia apostolica et imperiali auctoritate
notarius iudex que ordinarius et notarius [illegible] statutus et nunc notarius Reformationum et Cancellarius
Comunis dicte Civitatis Tuderti predictam quidem Copiam et transumptum de originali
proprio transumpsi copiavi et exemplavi et in publicam formam mandato Magnificorum dominorum
Priorum in presenti volumine statutorum redegi [illegible] illamque et illud cum predicto [illegible] [illegible] puncto
ser Urbano domini Clementis notario publico et [illegible] Tuderti fideliter auscultavi et in dicto originali
concordari inveni nil addens vel minuens quod [illegible] mutet vel variet intellectum [illegible] punctum
litteram vel sillabam quod de vitio [illegible] [illegible] error ad quorum fidem signum meum apposui [illegible]

275

Feriae messium durant usque ad festum beate marie de mense augusti.

1421

no andiant

294

In nomine domini amen. Hec est copia sive exemplum aut transumptum cuiusda
supplicationis facte p consules artis lane civitatis Tudertin cum rescripto R.mi dni
dni f. mauricii epi parentini Tudert et c. gubernatoris ac et eius consueto sigillo
munite ac date put infra apparebit Scripta copiata exemplata et transumpta
et i hoc volumine statutorum redacta i publicam formam p me barthm cancellariu
infrascriptum de quadam folio carte bombicine Ad requisitionem pfatorum consulum
et ad futuram posteriorum memoriam. Cuius qdem supplicationis tenor sequit et e hic vz.

V. R. D.

Supplicatur humiliter et devote pro parte et noie consulum artis lane civitatis Tudertin
V. R. D. fidelissimorum servitorum dicentium et exponentium q inter alia statuta
infrta in volumine statutorum civitatis Tudert e statutum q in dicta civitate
tudertina nulli panni lanini forenses possint portari ad civitatem et comitatum
Tudert nec i eis immicti vel eorum aliq causa vendendi vel vendi faciendi dum
taxat ascendentes ad valorem sex librarum denariorum p qualibz canna et a dcta
qntitate infra sub pena et ad penam vigintiquinq florenorum auri pro quolibz contrafacente
et qualibet vice auferendarum et applicandarum comuni tudertine ipso facto et
perditionis pannorum et simili pena emptori vel emptoribus ipo facto auferenda
prout sic vel aliter plus vel minus in dicto statuto continetur ad q se referunt.
Exponentium etiam q in dicto statuto continetur q quilibet civis et comitatinus tuder
tinus possit et valeat impune immictere in dca civitate et eius comitatu duodecim
brachia panni vel abinde infra p se et sua familia induimentis seu vestimentis
put in dicto statuto continetur. Exponentium etiam q pro parte consulum dicte artis
lane fuit supplicatum V. Rsse R. D. q dictum statutum corrigatur et in dca parte
in qua dicit q quilibet civis et comitatinus Tudertinus possit et valeat i pune immictere
in dca civitate et eius comitatu duodecim brachia panni vel abinde infra p se et sua
familia induimentis seu vestimentis deneget ppter fraudem et damnum quod comictebat
contra dcam artem put apparet in quadam supplicatione signata subscripta et sigillata
p d. v. Exponentium etiam q in dca civitate et eius comitatu immictuntur qplures
qntitates panni lanini coloris bisii forenses q no sunt valoris et rois extimationis sex
librarum denariorum p qualibet canna. Sed qr sepe sepius evenit dubium et lis seu questio
an dicti panni lanini dicti coloris bisii sint dicti valoris aut minoris aut maioris valoris
denariorum sex librarum p qualibet canna. Et hoc no est sine magno damno et preiudicio dicte
artis et rois tudert cum dicti panni lanini coloris bisii forenses sint satis peiores q
sint illi q fiunt i civitate tudert. Quapp dicti supplicantes recurrunt ad pedes V. R. D.

ut eadem dignetur concedere dictis supplicantibus et dicte arti lane quod in dicta civitate nostra
et eius comitatu et territorio non possit immicti aliquam quantitatem seu quantitatem panni lane
bisii forensis seu lazzi cuiuscumque valoris sint sub dicta pena de qua sit in dicto statuto facta
mentio et quod immictens aliquam quantitatem panni dicti coloris bisii et emens vel vendens dictum
pannum dicti coloris bisii forensis incidat in dictam penam dicti statuti et quod contra eos fiat executio
in omnibus et per omnia prout et sicut in dicto statuto continetur et hoc non obstantibus quibuscumque
statutis reformationibus aut decretis in contrarium facientibus de gratia speciali et solita benignitate
E V R D quam deus omnipotens conservet ad vota:

Sequitur postea rescriptum manu prefati R D gubernatoris sub his verbis videlicet
Concessum dummodo tot pannos bissos faciant quod possint sufficere civitati et comitatui
et vendantur honesto pretio ad communem extimationem duorum mercatorum et consulum
artis predicte F Mauritius episcopus parentinus Tuderti Gubernator
Datum Tuderti die 17 Januarii 1468:

Alexander [illegible] [illegible]

Et Ego Bartholomeus Marii de brunis de Spoleto publicus imperiali auctoritate
notarius iudex ordinarius et nunc notarius reformationum et cancellarius magnifice
comunitatis Tudertine ad requisitionem prefatorum consulum artis lane civitatis Tudertis
dictam supplicationem cum rescripto et data predictis copiavi exemplavi transumpsi et
in hoc volumine statutorum civitatis prefate in hanc publicam formam redegi ad futuram
posterorum memoriam pure simpliciter ac fideliter nihil addendo aut minuendo nisi
fortasse punctum litteram aut sillabam que rei veritatem ac substantiam non mutant
et in fidem ac testimonium predictorum et signum cum nomine meo hic inferius posui
consuetum.



Signum mei Bartholomei notarii et cancellarii prefati

295v

Pro forensibus uenire uolentibus adhitandum in ciuitate et comitatu Tuderti.

Item quia propter innumerabiles guerras et intollerabiles pestes quas impositum
Ciuitas Tudertina substinuit supradicta Ciuitas et eius Comitatus est prout
145 habitatoribus uacuata propter quod multe possessiones et agri remanserunt inculti
Volentes igitur domini priores huiusmodi morbo prout melius
possibile est prouidere habito colloquio cum non nullis ciuibus et misso partito
ad bussulas et pallucttas in consilio sui camera generali more solito et obtento per centum
quinquaginta duas pallucttas missas et repertas in bussula Zalla del sic non ob
stantibus nouem pallucttis missis et repertis in bussula Rubra del non decreuerunt
ordinauerunt et reformauerunt quod quicumque forensis uel aduena uenerit ad ha
bitandum familiariter in Ciuitate et Comitatu Tuderti possit ire libere et
secure in dicta Ciuitate et eius comitatu stare et morari non obstante quocumque debito
ad quod esset alicui forensi obligatus. Nec possit grauari in dicta Ciuitate
uel Comitatu pro aliquo debito ad quod esset forensis tenet quomodolibet obligatus
alicui forensi cuiuscumque conditionis existat. Etiam si esset obligatus [?]
Iusticie uel Comuni. Nec possint grauari in dicta Ciuitate et eius comitatu pro
aliquo debito pro eo quod essent [?] uel in eis cuiuscumque forenses et postea
noluerunt locum hic in aliis seu alibus [?] in Ciuitate et comitatu Tuderti
grauati uel compulsi. Et etiam predicta non intelligantur in illis forensibus qui
essent obligati alicui ciui Romano Florentino Perusino Ciuitatis Spoleti
Ciuitatis Castelli et terre Nucerie quibus uoluerunt ut in hac Ciuitate eorum
ius fiat. dum modo in aliqua earum ciuitate non sit uel in futurum fiet statutum
seu reformatio quod Ciuis seu Comitatinus tudertinus non possit ibi puniri debitum
petere a forensibus ibi habitantibus quo casu uoluerunt quod dicti forenses seu aduene
a ciuibus dictarum ciuitatum que talem legem haberent hic grauari non possint
Et hoc non obstantibus statuto seu reformatione in contrarium factis et maxime
statuto de quarentena.

Pro ciuibus

Pro ciuibus et comitatensibus redire uolentibus ad ciuitatem et comitatum Tuderti.

Item magnifici domini priores supradicti ut supra existentes huiusmodi consilio
et habito colloquio cum non nullis ciuibus et misso diligenti partito in consilio
146 generali et camera ut supra et obtento per centum quinquaginta duas pallucttas ut supra
Statuerunt reformauerunt ordinauerunt et firmauerunt quod quicumque Ciuis
uel comitatinus Ciuitatis et comitatus Tuderti familiariter se absentauerit a
dicta Ciuitate et comitatu pro aliquo debito aliquo [?] generales pestes possit
et ualeat secure redire ad dictam Ciuitatem et eius Comitatum et habeat terminum
ad soluendum dictum eorum debitum quattuor annorum in singulis annis decimam [?]

quatuor annorum quartam partem dicti eorum debiti creditori seu creditoribus
eorumdem. Et quod contra tales debitores vel aliquem ipsorum seu contra eorum
heredes et bona non possit fieri aliqua executio realis vel personalis nisi finitis
dictis terminis vel singulo termino dictorum quatuor annorum de parte contingente. Et
hoc intelligatur pro illis debitoribus qui presens ordinamentum vellent acceptare
et non pro aliis. Et ad hoc ut appareat de voluntate talium debitorum presens
ordinamentum acceptantium teneantur et debeant eorum creditoribus promittere cavere
de solvendo debita supradicta. Et adiunctum talis cautio si data fuerit in quolibet
termino dictorum quatuor terminorum de parte. Et in hoc intelligatur derogatum capi-
tulum statutorum civitatis Tuderti loquentis de quarentena. Item casu non quo dicti
debitores vel aliquis eorum in dictis singulis terminis dictorum quatuor terminorum
partem debita dicti debiti eorum creditoribus non solverint ut supra promissum ipsi
dicti debitores in dictis solutionibus vel aliqua ipsorum deficerent pro quarentena seu
quarentenis quam seu quas solvere restarent beneficio huius capituli amplius
gaudere non possint. Facta vero condita et ordinata fuerunt dicta capitula
per reformatores supradictos forensium venire volentium ad habitandum in comitatu
et Civitatem Tuderti et Civium et Comitatinorum redire volentium pro presentes duos pares
cum consensu deliberatione voluntate et auctoritate Reverendi in Christo patris et domini domini
Johannis de Thomariis de Bononia Civitatis Tuderti et Urbeveteri locumtenentis
pro domino nostro papa in camera et sancte Romane Ecclesie. Qui quidem dominus Johannes
locumtenens predictus visis et intellectis dictis capitulis et de ipsis plenam habens
notitiam pro bono Civitatis et comitatus Tuderti in predictis auctoritate qua fungitur
suam et presentem dicti domini nostri pape auctoritate interposuit pariter et decretum.

Ego Jacobus Cesaris de Alarco publicus apostolica auctoritate notarius et
nunc notarius Reformationum et camere civitatis Tuderti pro Sanctissimum in Christo
patrem et dominum dominum Clementem divina providentia papam quintum specialiter
deputatus predictis omnibus et singulis dum sic ut premittitur agerentur et fierent
presens interfui rogatus scripsi publicavi et meum signum consuetum apposui
in testimonium premissorum.



296v

Reformatio pro ecclesia Sancti Fortunati 1429 294

Cos

177 In nomine domini amen. Anno domini ab eiusdem nativitate millesimo quatuorcentesimo vigesimo nono, indictione septima, tempore
sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Martini divina providentia pape quinti, Romanorum imperatore vacante per mortem
domini Karoli olim Romanorum imperatoris quarti, die vigesimo nono mensis Maij. Nobiles et egregii et potentes domini
Albertus Gregorii, Benedictus domini Thome, Nicolaus Petri Fravosii, Petrutius Iohannis Iacobi Grassi, Paulus
Antonii Petri, Lucarellus Antonii, Contolus Petri Georgii, Petrus Nicolai [illegible] et Iohannes Thome
magnifici domini priores populi et communis civitatis Tuderti residentes in secretario palatii eorum habitationis et residentie
in sufficienti numero ad collegium adunati, ut moris est, una cum eorum honorabili consilio et consiliariis oportunis pro negotiis
rei publice Tudertine utiliter pertractandis. Et advertentes quod quamplurimi cives homines et comitatus Tuderti et
undique alii in eorum ultimis voluntatibus legata et relicta ut plurima fecerunt ecclesie et fabrice gloriosissimi
confessoris Sancti Fortunati protectoris et defensoris huius civitatis Tuderti et presentis status, que ignorantur cum
rectoribus et canonicis dicte ecclesie et fabrice pro notis que huiusmodi voluntatum iustitia publica fecerunt minime fuerit
impetrata, que redundant dicte ecclesie et fabrice in maximum dampnum detrimentum preiudicium et iacturam et
cetera. Quapropter volentes prefati domini priores et dicti eorum consiliarii circa predicta et quibus predictorum utiliter providere, tum pro
satisfactione decedentium qui huiusmodi legata et relicta reliquerunt, tum etiam pro honore et utilitate dicte
ecclesie et fabrice antedicte, dato primo et misso ac celebrato partito in secreto scruptinio inter eos ad bussulas
et palluctas. Et obtento per palluctas viginti sex datas missas et repertas in bussula alba pro sic, nulla
in bussula rubea dicti non reperta in contrarium premissorum, ex omni eorum auctoritate, potestate, arbitrio et balia
eis gestis et actubus prestatuta ordinamenta, provisiones et decreta quecumque communis et populi dicte civitatis Tuderti
et omni meliori modo via iure et forma quibus magis et melius potuerunt, cum consensu auctoritate et voluntate
reverendi in Christo patris et domini domini Anthonii dei et apostolice sedis gratia episcopi et locumtenentis dicte civitatis et comitatus
Tuderti, providerunt, ordinaverunt, statuerunt, reformaverunt et decreverunt quod quilibet notarius civitatis et comitatus
Tuderti habitans in dicta civitate ut comitatu predictis qui fecerit ut rogatus fuerit de aliquo instrumento ultime voluntatis
ut de aliquo alio instrumento aliarum personarum et aliarum contractuum scripture publice ut privatis vigore cuius quibus
et vigore cuius aliquod legatum donationem ut relictum fecisset dicte ecclesie et fabrice prelibate
Sancti Fortunati teneatur et debeat huiusmodi notificare propalare et notum facere in scriptis vicario prefati reverendi domini
episcopi et locumtenentis et canonicis et rectoribus ecclesie et fabrice prefate pro tempore existentibus infra terminum trium mensium
a die notificationis bapnimenti et descriptionis in presenti volumine statuti presentis decreti sub pena et ad penam
viginti quinque librarum denariorum cortonensium cuilibet notario qui predicta non notificaverit infra dictum terminum unius mensis
post mortem talis testatoris ut relinquentis dicte ecclesie ut fabrice et post confectionem aliorum instrumentorum
infra dictum terminum unius mensis exceptis testis et ultimis voluntatibus supradictis, que manifestare et nota facere
debeat infra terminum predictum post mortem, ut supra dictum est, que pena XXV librarum camerarius et restituendi
effectualiter applicetur. Et predicta etiam locum habeant et intelligantur in filiis et filiabus notariorum et aliis quibuscumque
personis, qui penes se etiam habuissent ut haberent quecumque testa ut alias scripturas aliorum notariorum
defunctorum in quibus aliqua dictorum legatorum essent descripta ut appareressent relictorum ut specialiter
ecclesie et fabrice prelibate. Et quod de predictis et quolibet predictorum quilibet possit denumptiare et accusare
et teneatur eius nomen secretum et habeat accusans et denumptians medietatem dicte pene. Quibuscumque allegantibus
obstaculis ignorantiis et exceptionibus non obstantibus predictis cessantibus et remotis. Et quod quilibet capitaneus et alii
offitiales communis Tuderti tam presentes quam futuri teneantur et debeant ad petitionem dictorum rectorum et canonicorum qui nunc sunt et pro tempore erunt
ut aliorum ipsorum facere executiones reales et personales contra quoscumque non assignantes infra terminum unius mensis et contra
quoscumque non solventes relicta predicta et contra facientes supradictis ut aliquo predictorum. Et si dicti capitanei et alii offitiales
predicti negligentes fuerint in predictis ut aliquo predictorum cadant in penam viginti quinque librarum denariorum eorum de eorum
salario retinendam per camerarium Tuderti pro ipso communi tempore eorum sindicatus. Et predicta [illegible] omni
modo et cetera.

Et absente domino petro [illegible] eius collega legitima causa impedito

297

In nomine domini amen. Anno domini ab eiusdem nativitate millequatricentesimoquinquagesimonono indictione septima pontificatus
[illegible] dicti [illegible] [illegible] die vero vigesimonono mensis Junii [illegible] Reverendus pater [illegible]
[illegible] Arthe[illegible] [illegible] Florentinus [illegible] [illegible] magnifici domini priores [illegible] [illegible] [illegible] reformationes
[illegible] aliquo valente [illegible] allegare [illegible] imposuerunt et mandaverunt Mathentino [illegible]
Matheolo [illegible] preconibus et banditoribus [illegible] Civitatis [illegible] presentibus audientibus et intelligentibus
[illegible] ad pectorale [illegible] [illegible] in platea magna [illegible] et per alia loca publica
[illegible] dicte Civitatis [illegible] ubi [illegible] [illegible] fieri [illegible] solent et [illegible] publice [illegible]
alta voce sono tube premisso [illegible] reformationem et [illegible] [illegible] patefaciant
[illegible] [illegible] modo solito [illegible] [illegible] [illegible] et reformationis [illegible]

[illegible] dicti Mathentinus et Matheolus [illegible] [illegible] [illegible] retulerunt michi
[illegible] notario [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ad [illegible] pectorale et per alia loca [illegible] dicte Civitatis
[illegible] publice [illegible] et alta voce sono tube premisso [illegible] [illegible] diligenter [illegible] [illegible]
ut [illegible] in mandatis [illegible]

Et Ego Johannes [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et imperiali auctoritate
notarius [illegible] [illegible] [illegible] notarius reformationum et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] et [illegible] rogatus [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] signum [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible]

297v

De pena capientium columbos domesticos
vel torricanos. Rubrica

48 In nomine domini Amen. Anno domini Millesimo CCC° xxxvij° indictione [illegible] pontificatus sanctissimi
in Christo patris et domini domini [illegible] divina providentia pape [illegible] anno [illegible]
mensis Novembris die [illegible]. Magnifici et commendabiles domini [illegible] priores [illegible] et populi
Civitatis Tuden. collegialiter existentes in unum congregati et coadunati in [illegible]
palatio [illegible] [illegible] consilio opportuno [illegible] in parte [illegible]
[illegible] remedium in parte [illegible]. Volentes [illegible] [illegible]
statuti [illegible] et volentes statuerunt [illegible] [illegible] statuerunt et ordi-
naverunt quod nulla persona cuiuscumque conditionis et status existat audeat vel
presumat capere aliquem columbum domesticum vel torrisanum cum aliqua [illegible]
vel [illegible] vel ad laqueum vel aliquo quovis modo ad penam [illegible]
[illegible]. Facto prius et [illegible] [illegible] [illegible] ad bussulas et pallottas
more solito et [illegible] per [illegible] pallottis [illegible] et repertis in bussula alba
del sic non obstantibus quibusdam pallottis [illegible] repertis in bussula rubra del non
in contrarium [illegible]. [illegible] domini statuerunt [illegible] ordinaverunt et reformaverunt
quod nulla persona cuiuscumque conditionis et status existat audeat vel presumat facere
vel fieri facere aliqua [illegible] in Civitate vel comitatu [illegible] [illegible] ad capiendum
columbos domesticos vel torricanos de [illegible] vel de aliis [illegible] ad penam
decem librarum [illegible] turonensium. Et quilibet possit accusare [illegible]
et habeat quartam partem dicte pene et [illegible] [illegible] habeatur [illegible]. Et officiales [illegible]
[illegible] dictam [illegible] possit et debeat [illegible] punire [illegible] de facto
sine aliquo processu vel [illegible] in dicta pena et habeat medietatem dicte pene. Et
qua [illegible] [illegible] [illegible] officialis cum uno familiari vel cum uno
alio teste. Et si dicta [illegible] fuerit reperta in possessione alicuius [illegible]
[illegible] dicte possessionis teneatur [illegible] et manifestare [illegible] officiali [illegible]
[illegible] [illegible] fieret ad penam [illegible]. Et [illegible] si dicta [illegible] fuerit
reperta de [illegible] habeat et [illegible] ad capiendum columbos [illegible]
exceptione. Et hec fecerunt ex omni [illegible] arbitrio et balia [illegible] et omni
modo [illegible] et forma quibus melius potuerunt non obstantibus [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] ne hec pena in columbum [illegible]
Civitatis Tuden. in parte forma [illegible]. Et hec fecerunt de voluntate [illegible] reverendi
in Christo patris et domini domini Johannis de Thomarys de [illegible] [illegible] palatii [illegible]
Civitatis Tuden. et [illegible] [illegible] qui [illegible] [illegible] [illegible] partem et [illegible]

Acta fuit hec in Civitate Tuden. in palatio [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] priorum [illegible] palatio ab uno [illegible] [illegible] platea [illegible] [illegible] [illegible]
ab alio platea [illegible] Johannis [illegible] [illegible] et alia latera.

Die xiij octobris [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
ut nullus possit [illegible] [illegible] de [illegible] [illegible] [illegible]
et alta voce in locis publicis et consuetis Civitatis Tuden. [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] duos priores et [illegible] [illegible] de [illegible]
Capitulum Civitatis [illegible]

Ego Jacobus Tosinus de Xlar(?) publicus apostolica auctoritate notarius et nunc notarius reformationum
maiorum et comunis civitatis Tuderti pro Reverendissimo in Christo patre et domino domino Antonio divina
providentia episcopo gubernatore supradicto deputatus predictis omnibus et singulis interfui rogavique scripsi publicavi
et meum signum consuetum apposui in testimonium premissorum.

Quod quilibet habitans in comitatu Tuderti faciat custodiam secretam tam massarii quam serventes et alii quicumque. R(ubric)a

In dei nomine Amen. Anno dominice nativitatis Millesimo quadringentesimo vigesimo nono. Indictione
septima. Die decimooctavo mensis februarii. Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini Martini divina
providentia pape Quinti anno eius XII.

1429 Quoniam ut experientia docet, propter immunitates et exemptiones quibusdam comitatinis ambitiose
concessas, comitatus civitatis Tuderti insupportabiles iacturas patitur et iam diu passus est. Et fieri
nequit quin civitas substineat dampna et incomoditates que a comitatinis inferuntur. Et maxime hoc
evenit propter visitationes quorundam comitatinorum qui ut evitare possent personalia onera que alii sufferunt comi
tatinenses per ambitiones in magno numero serventes effecti sunt. Quarum de causa ceteri comitatini pauperes et debiles
supportant que ut sufficere nequeant, oportet ipsos a comitatu Tuderti migrare et sic comitatus
est quasi habitatoribus vacuus, quapropter agri inculti sunt. Et dampna que maleficia possessionibus inferuntur
cum ad secretas custodias serventes non teneantur minime puniuntur. Propter quod omnibus crescit audacia
delinquendi et alie infinite et intollerabiles oriuntur iacture, ut est plurimus civium querela relatu.
[illegible] Magnifici domini domini priores populi et consules civitatis Tuderti in eorum sacrestia ad collum residentes
una cum eorum secreto consilio opportuno in sufficienti numero collegialiter adunati pro factis et negotiis dicte
civitatis Tuderti utilite peragendis, habentes ad hec auctoritatem arbitrium et baliam generali consilio
civitatis Tuderti eisdem concessam et attributam die XIII presentis mensis. Et volentes commissionem
eis factam circa huiusmodi providere, dato primo misso et celebrato partito in secreto scruptinio
inter eos ad bussulas et pallottas, et obtento per pallottas [illegible] omnia datas et missas in bussula
alba pro sic, duabus aliis pallottis datis et missis et repertis in bussula rubea de non non obstantibus,
vigore dicte eorum auctoritatis eis concesse et attribute ut supra dictum est, et de consensu auctoritate et vo
luntate Reverendissimi in Christo patris et domini domini Antonii episcopi Montisflasconis pro sancta Romana
ecclesia et sanctissimo in Christo patre et domino nostro domino Martino divina providentia papa Quinto locumtenentis
civitatis et comitatus Tuderti eiusque comitatus fortie et districtus, Ordinaverunt, decreverunt
et statuerunt. Quod omnes et singuli comitatini tam massarii quam serventes habitantes in comitatu
Tuderti decetero teneantur et debeant facere custodias secretas in locis in quibus familiariter habitant
prout alii tenentur [illegible] massarii et qui comitativi [illegible] si serventes non essent. Ita quod ratione
[illegible] nullam [illegible] immunitatem vel exemptionem. Et ad predicta et teneatur
[illegible] [illegible] in aliquo castro villa comitatus Tuderti non obstantibus
quibuscumque [illegible] exemptionibus et si privilegium continuationem aliquo
[illegible] privilegiis [illegible] et [illegible] cum [illegible] concessa sunt locum
[illegible] habent. Cum [illegible] contrariis

298v

civitatis Tuderti qui familiariter habitant in comitatu: et illi qui habent immunitates de cennales ex forma statuti civitatis Tuderti puta quia forenses venerunt ad habitandum in comitatu Tuderti. vel alii qui ad comitatum Tuderti reversi forent. durante tempore dicte exemptionis in predictis includi nolumus. ymo eos suas immunitates illesas servamus. Addicientes quod castra et ville comitatus Tuderti teneantur facere debitas custodias secundum formam traditam a statutis communis Tuderti nulla immunitate obstante. sic iam dictum est.

Ordinamenta circa funera mortuorum et de pena contra facientium predicta.

Item. Quamvis et per statuta communis Tuderti super modis tenendis et observandis in funere cuiuslibet sit bene provisum et ordinatum. tamen propter quorumdam transgressorum impunitatem dictorum statutorum vilescit auctoritas. et illud quod salubriter pro utilitate ordinatum est. dum
140 non inspicitur: tendit in omnium detrimentum. et quod peius est. unius exemplo cetera ordinamenta vilescunt. quo nichil in civitate potest deterius evenire. cum ex impunitate improbi facile ad peiora prosileant. Quare ne decetero hec eveniant supradicti Magnifici domini. domini Priores populi et communis civitatis Tuderti. ad collegium residentes in secretario palatii consueto residentie ipsorum in numero sufficienti collegialiter adunati. una cum eorum consilio opportuno pro negotiis rei publice tudertine utiliter peragendis ut moris est. volentes circa huiusmodi providere. habentes ad ista potestatem arbitrium et baliam a consilio generali populi et communis civitatis Tuderti. die et mense predictis vigore prefate eorum auctoritatis. et de consensu auctoritate et voluntate Reverendissimi in Christo patris et domini. domini Antonii Episcopi Montisflasconis pro Sancta Romana ecclesia et sanctissimo in Christo patre et domino domino Martino divina providentia pape quinto. locumtenentis civitatis et comitatus Tuderti. Dato primo misso et celebrato partito in secreto scruptinio inter eos ad bussulas et pallottas. et demum obtento per pallottas vigintiunam datas et immissas et repertas in bussula alba pro sic. duabus aliis in bussula rubea del no repertis in contrarium premissorum. deliberaverunt. statuerunt. ordinaverunt. et decreverunt. Quod statuta et reformationes hactenus edite super modo tenendo in funere alicuius defuncti prout loquitur et iacet inviolabiliter observetur. Addicientes. Quod domini Priores populi et communis civitatis Tuderti nec aliquis offitialis cuiuscumque cuiuscumque auctoritatis existat: possit dare aliquam licentiam nec statuere decernere vel ordinare per aliqua licentia detur alicui persone. propter quam aliquo modo directe vel indirecte contra predicta statuta fiat. Sub pena viginti quinque librarum denariorum pro qualibet vice camere tudertine applicanda. absque aliquo processu exinde fiendo. Capitaneus vero aut aliquis offitialis forensis. non possit dare licentiam alicui persone per quam directe vel indirecte contra predicta quomodolibet fiat. Sub pena librarum centum pro quolibet contra faciente. et nichilominus dicta licentia sit ipso iure nulla et nullius roboris vel momenti. Et teneatur dominus Capitaneus mittere omnes eius offitiales ad funera cuiuslibet cuius dum funeralia fiunt. ad perscruptandum et videndum an per aliquem contra predicta ordinamenta fiat: et teneatur dominus Capitaneus. et quilibet alius offitialis forensis [illegible] exigere penas a facientibus contra predicta. vel aliquo predictorum. sub pena librarum vigintiquinque pro quolibet [illegible] vice quo in predictis vel predictorum aliquo fuerint negligentes. quia ipso facto incurrere [illegible] dominus Capitaneus et quilibet alius offitialis forensis. Fictores [illegible] capituli [illegible] omnium qui contra predicta quomodolibet fecerint. Ita quod tempore sindicatus ipsorum non possint [illegible] aliquam ingnorantiam adlegare. seu alicuius ipsorum excusationes allegare. [illegible] cuius civitatis Tuderti vel comitatinus vel habitatus in civitate [illegible]

299

cuiuscumque conditionis existat possit petere seu peti facere ab aliquo domino vel ab aliquo
offitiali aliquam licentiam per quam contra predicta ordinamenta vel aliquod predictorum directe vel
indirecte quomodolibet fiat. sub pena Quinquaginta librarum denariorum pro quolibet contrafaciente.
et qualibet vice. Et in dictam penam incidat propter solam petitionem licentie. etiam si dictam licentiam
non habuerit vel habuerit et ea usus fuerit. // Mulier vero que contra predicta ordinamenta
quomodolibet fecerit. in penis in dictis ordinamentis appositis ipso facto incurrat. Et si
talis Mulier maritum habet. maritus ad dictam penam pro muliere solvendam cogatur.
qua si solverit. ipso Jure de dote talis mulieris soluta dicatur. et de dicta dote in casu
restitutionis dotis. dicta pena per maritum vel eius heredes vel alia quacumque persona que dotem resti
tuere deberet. retineatur. non obstante aliqua cautela qua mulier talis vel eius
heredes pro dotibus repetendis haberet. // Si vero talis Mulier Maritum non habet. ad dictam
penam solvendam teneatur ex patre. Si vero patrem non haberet. ad dictam penam teneantur
fratres carnales talis mulieris. una cum dicta muliere habitantes. // Addicientes
quod nullus comitatinus vel habitans in comitatu Tudertino. tempore quo alicuius civis funeralia
fiunt. possit venire ad Civitatem Tudertinam ad talia funeralia. nec in dictis funeribus cla
mare vel plorare. vel alias lamentationes facere. sub pena librarum Quinquaginta. pro qualibet
vice si contra predicta quomodolibet fecerit. Et predicta non vendicent sibi locum in comitatinis
qui coniuncti essent tali defuncto seu defuncte usque in tertium gradum cognationis vel agnationis.
et usque in secundum gradum affinitatis. Nec etiam locum habeant in famulis qui famuli habi
tassent cum tali defuncto seu defuncta tempore mortis ipsius. // Si vero contingeret quod aliquis civis ex
civitate obiret. et corpus talis defuncti seu defuncte sepelliretur in aliqua ecclesia prope civitatem
Tudertinam. vel quod uxor vel alii consanguinei talis defuncti seu defuncte. qui extra civitatem obiissent. ad
Civitatem reverterentur. liceat cuilibet mulieri ire ad sotiandum consanguineas talis
defuncti seu defuncte. dum tamen per civitatem tudertinam nulli liceat exclamare vel fortiter plorare.
vel genas lacerare. aut se decapillare. vel manus ad invicem percutere. sub pena
librarum decem denariorum pro qualibet contrafaciente. // Extra civitatem vero. lamenta faciant prout
de ipsarum processerit voluntate. dum tamen ad dictum funus comitatini venire non possint
nisi prout superius dictum est. sub dicta pena librarum quinquaginta. Et contrafacientes contra predicta
ordinamenta. et etiam supradicta. quomodolibet possit Inquiri. procedi et cognosci absque aliqua
Juris vel statutorum sollepnitate per quemlibet offitialem Comunis Tudertini. omni tempore nulla
prescriptione obstante. et non obstante quod predicta commissa essent per duos menses ante principium
regiminis offitii talis offitialis cognoscentis. ~

De Compromissis et forma in eisdem servanda. Rubrica

In dei nomine Amen. Anno domini Nativitatis Millesimo quadringentesimo vigesimo
nono. Indictione septima. Pontificatus Sanctissimi in christo patris et domini domini Martini divina providentia
pape Quinti anno eius XII. die vero vigesimo quinto mensis februarii.

Animadvertentes. Magnifici domini. domini Priores populi Comunis Civitatis Tudertine.
una cum eorum secreto consilio oportuno. quod maxime. cum plerumque non nulli a
litibus discedere cupientes. in unum vel plures Arbitros seu arbitratores causas
compromittunt. ut eorum lites per eorum declaratione tollantur. et hominum excrescente
malitia. compromissa que ad finiendas lites inventa sunt. lites protrahuntur et
producuntur. nam compromissa facta in arbitros et arbitratores in quibus a partibus nullum
tempus prefixum est. secundum sententias quorundam magne auctoritatis sapientum non finiuntur

nec expirare in minori tempore triginta annorum. Et in civitate Tuderti non nulli arbitri et arbitratores, tum ex propria et innata malitia, tum ex pigritia et ignorantia, postquam in se compromissum receperunt, causam laudo terminare non volunt. Ex quo fit ut multi proprio iure priventur. Nam metu pene iuris ipsorum in iudicio prosequi nequeunt, et non nulli litigantium qui iniuste se noscunt aliena tenere, sub spe concordie causam compromittunt, deinde propposse conantur ut numquam causa terminetur. Et arbitros quibus possunt fraudibus ut non laudent inducunt, et sic compromissum diu tenent in suspenso. Et non nulli certos tergiversationibus et dolos causas faciunt in forenses compromitti, ut cogi nequeant per offitiales communis Tuderti super causa arbitrati. Ex quo lites pene inextingabiles fiunt, et plurimi suo iure fraudantur, et improbi sua improbitate lucrantur, quo nichil iniquius, nichil iniustius, nichil deterius potest evenire. Et ex hoc in hac civitate quamplurima inconvenientia et innumerabiles absurditates iam orte sunt, ut plurimorum civium relatione prefati magnifici domini didicerunt. Ideirco prefati magnifici domini priores una cum dicto eorum consilio ad collegium reside[n]tes in secretario palatii habitationis et residentie eorundem in sufficienti numero congregati, ut moris est, pro negotiis rei publice tudertine utiliter pertractandis, volentes circa huiusmodi salubriter providere, dato primo misso et celebrato partito in secreto scruptinio inter eos ad bussulas et palluctas, et demum obtento per palluctas vigintunam datas et immissas in bussula alba pro sic, una in bussula rubea del no, reperta non obstante. Et omni ipsorum arbitrio auctoritate et balia eis concessa et atributa per statuta ordinamenta et provisiones quascumque populi et communis civitatis Tuderti, et omni meliori modo via et iure quibus magis et melius potuerunt. Et de consensu auctoritate et voluntate Reverendissimi in Christo patris et domini domini Antonii episcopi Montisflasconis pro Sancta Romana Ecclesia et beatissimo in Christo patre et domino domino Martino divina providentia pape quinti locumtenentis civitatis et comitatus Tuderti, statuerunt, ordinaverunt, reformaverunt et decreverunt: Quod omnia et singula compromissa voluntaria in quibus dies a compromittentibus non est appositus, duret et durare intelligatur per tempus quattuor mensium a die quo arbitri seu arbitratores dictum compromissum acceptaverunt, quibus elapsis tale compromissum ipso iure expiret et expirasse intelligatur. Possint tamen compromittentes in compromisso illud tempus apponere quod eis videbitur et placebit, et per tempus a compromittentibus in compromisso appositum compromissum duret. Et et possint compromittentes compromissa prorogare semel et pluries et pro illo tempore quo eis videbitur prout de ipsorum voluntate processerit, dummodo prorogatio que fieret sine temporis specificatione ultra tempus quattuor mensium non duret, sed solum per quattuor menses facta intelligatur. Si quis autem in preteritum aliquod voluntarium fecerit compromissum in quo tempus appositum non sit, et ex dicto compromisso laudum non sit secutum, duret per quattuor menses a die quo presens ordinamentum fuit positum in volumine statutorum. Si vero nondum acceptaverint dictum compromissum, duret per quattuor menses postquam dictum compromissum acceptaverint, quibus elapsis si per arbitros seu arbitratores non fuit laudatum, ipso iure dictum compromissum expiret, et cuilibet partium possit sua iura exercere proinde ac si compromissum non foret. Et ut in preteritis compromissis minor possit esse dubietas et cause celerius expediantur, quilibet qui in preteritum aliquod compromissum fecerit vel in futurum fecerit, teneatur et debeat infra quindecim dies a die facti compromissi et a die quo presens ordinamentum positum fuit in volumine statutorum facere acceptare suum arbitrum vel arbitratorem, de qua acceptatione legiptime apparere debeat. Quod si non fecerit ipsum compromissum sit ipso iure nullum, et ex eo nullum ius seu obligatio oriatur. Et dicatur compromissum voluntarium illud quod celebratum fuit inter eos quod compromittendum [illegible]

Quod compromissa voluntaria in quibus non est tempus appositum duret per [quattuor] menses.

Possit compromissa prorogari.

De compromissis voluntariis in quibus non est appositum tempus.

Infra quindecim tempus debet arbiter compromissi acceptari.

Quod sit compromissum voluntarium.

Quod compromissum necessarium (margin)

non cogitur. Item in compromissis necessariis ad que facienda aliquis ex forma statuti compellitur, presens hoc locum non volumus. Addicientes quod si aliqui fecerint in preteritum vel in futurum facient, quod non sit per laudum firmitum aliquod compromissum voluntarium vel necessarium in aliquem forensem vel offitialem, si quidem talis forensis moram trahit et habitat in civitate Tuderti, tale compromissum valeat et duret quousque dictus forensis seu offitialis in dicta civitate moram traxerit, dummodo compromissum voluntarium factum sine tempore compromissione ultra tempus quattuor mensium non extendatur. Sed postquam dictus forensis vel offitialis a civitate Tuderti recesserit antequam laudatum fuerit, tale compromissum ipso iure expiret. Si vero talis forensis non habitaret nec moram traheret in civitate vel comitatu Tuderti, ita quod ad laudandum per offitiales communis Tuderti non possit cogi, tale compromissum ipso iure sit nullum, et ex eo nulla obligatio oriatur, non obstantibus quibuscumque renumptiationibus seu iuramento in dicto compromisso appositis. Et predicta locum habeant sive compromissum sit factum in solos forenses sive in cives et forenses. Ita quod non valeat compromissum quo forensis non habitans in civitate Tuderti in arbitrum seu arbitratorem eligitur. Et teneatur dominus Capitaneus et eius collaterales cogere arbitros electos in compromissis voluntariis ad petitionem cuiuslibet partis hec petentis post acceptationem dictorum arbitrorum seu arbitratorum infra tempus in compromisso appositum, et dicto compromisso durante quandocumque ab aliqua partium fuerit hoc petitum, sub pena librarum quinquaginta pro quolibet contra faciente. Et si dicti arbitri seu arbitratores non essent in concordia in laudando, eligatur tertius secundum formam statutorum communis civitatis Tuderti.

De compromissis fiendis in forensibus et eorum offitialibus (margin)

Quod compromissa facta in forensibus non habitantibus in civitate Tuderti nichil valeant (margin)

De pena Capitanei et collateralium non cogentium arbitros ad petitionem partis petentis (margin)

Ego Lucas ser Augustini de [illegible] imperiali auctoritate iudex ordinarius atque notarius publicus et nunc cancellarius et scriba reformationum consiliorum populi et communis civitatis Tuderti predictis omnibus et singulis dum sic agerentur interfui, eaque rogatus scribere scripsi et fideliter publicavi signumque meum apposui consuetum, per sanctissimum in Christo patrem et dominum dominum Martinum divina providentia papam quintum ad dictum offitium specialiter deputatus. Ideo ad fidem predictorum me subscripsi.

De salvaggina et pennatibus et animalibus silvestribus ex comitatu Tuderti non portandis et pena contra facientes

In Dei nomine amen. Anno Domini MCCCCXXIIII, indictione II, die XII mensis decembris, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini Martini divina providentia pape V anno septimo.

Magnifici domini domini priores populi et communis civitatis Tuderti existentes ad collegium in secretario palatii habitationis et residentie eorumdem in numero sufficienti ad invicem congregati ut moris est pro negotiis utilibus et necessariis rei publice Tudertine utiliter peragendis, matura et diligenti meditatione pensantes quanto cuilibet deceat circa utilitates conservationem et augumentum atque [illegible] et abundantiam civitatis eiusdem summa cum diligentia providere, ut non minus rei publice egentibus parare attentius, et eo maxime intellecto quod tuitio necessaria ... quorum plurimum consistunt et veniunt ad civitatem et comitatum Tuderti aquatilia ... silvestria et animalia silvestria portantur non sine magnis incomodis adeo inconsulte quod pene ... cives Tudertini maxime in eorum necessitatibus incomoda patiuntur, quibus ... volentes pro utilitate communis Tuderti et civium eiusdem circa predicta comode salubriter providere, de consensu expressa voluntate et auctoritate reverendissimi in Christo patris et domini domini Antonii episcopi ... sacrosancta Romana ecclesia ... ac sanctissimo atque beatissimo in Christo patre domino domino Martino divina providentia papa quinto ... pro ... nemine discrepante ... obtento per novem pallottas in bussula alba posite

Cadit ... ad hoc signum (margin)

1417 (margin)

Nota de ... (margin)

3005

285

Contra portantes ex comitatu feras silvestres.

immissas et captas. Deliberaverunt decreverunt et ordinaverunt quod per publicum preconem comunis Tuderti
nomine et mandato atque parte nobilium virorum ... honorabilium capitaneorum custodie civitatis et
comitatus Tuderti fiat et bapnium mittatur in terris comitatus Tuderti et in capite civitatis locis publicis
et consuetis publice palam et alta voce sono tube premisso notificetur et bapniatur. Quod nulla persona
civis Tudertinus et comitatinus et forensis et quilibet alterius cuiuscumque conditionis existat audeat
vel presumat directe vel indirecte tacite vel expresse sub aliquo quesito colore modo vel forma deferre
vel deferri facere per se vel alium aliquas aves silvestres vel animalia silvestria vel aves perdices
fagianos et aves ... silvestres lepores capreolos capos vel aliud genus silvestrium animalium
et avium extra comitatum Tuderti ad penam ... vigintiquinque ... pro qualibet et qualibet vice, et admissionem
dictorum animalium et avium predictorum et bestie super qua deferrentur. Et si per homines sine bestiis
deferrentur et apportarentur vel sine dicta ... formam ad penam librarum quinquaginta denariorum et admissionem
avium et animalium predictorum pro qualibet vice qua contrafieret. Et possit contra predictos sic delinquentes
procedi per quoslibet rectores et offitiales civitatis Tuderti per inventiones accusam et inquisitionem
et quilibet possit accusare delinquentes predictos et teneatur credentia. Quarum penarum medietas
sit camere Tudertine quarta pars accusatoris vel inventoris et alia quarta pars rectoris et offitialis
qui ipsas penas exegerit et denarios fecerit in camera predicta et predicta huiusmodi fecerit realiter executioni.
Et ut cunctis calliditatibus obvietur quod etiam nullus civis habitator et comitatinus vel forensis
in civitate Tuderti audeat vel presumat emere de dictis avibus perdicibus et salvagginis animalibus ad
petitionem alicuius forensis vel revenditoris et nomine alicuius aliquo modo vel causa directe vel in-
directe vel aliquo quesito colore cum presentia possit cognosci vel imaginari quod ad petitionem alicuius
emisset pro deferendo extra comitatum Tuderti et contra predictam formam ad penam librarum vigintiquinque denariorum
auferendam et applicandam modo et forma quibus supra. Et predicta fiant omni ... mandato dicti capitanei ... quilibet
precones comunis Tuderti in solidum ... secundum formam dicti decreti et deliberationis et statuti civitatis
Tuderti. Preterea ... non vendiderit ubi locum ... licentiam ...
... civitatis Tuderti ... apodixam hostendatur.

Nicolaus (?) Mattheucius publicus bapnitor et preco comunis Tuderti dicta die ... retulit michi Luce notario
... se ivisse ... et mandato ... capitanei custodie civitatis et
comitatus Tuderti bapnisse et promulgasse publice per vias alta voce sono tube premisso in ... locis publicis consuetis
civitatis Tuderti et ibidem notificasse ... ad literam continetur.

Ego Lucas ... Augustini ... publicus imperiali auctoritate iudex ordinarius atque notarius publicus et nunc ... capitaneorum ...
... civitatis Tuderti ... Martini ...
deputatus predictis omnibus interfui et ea rogatus scribere scripsi et ... officii ... publicavi.

S

In nomine domini amen. Anno domini ab eiusdem nativitate millesimo quatricentesimo trigesimo tertio, indictione undecima, tempore sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Eugenii divina providentia pape quarti et etiam tempore serenissimi principis et domini domini Sigismundi Romanorum imperatoris coronati, anno primo, die vero vigesimo mensis octobris. Magnifici et potentes viri domini priores populi civitatis Tuderti una cum eorum secreto consilio et secretario palatii eorum solite residentie collegialiter existentes pro utilitate totius rei publice Tudertine et pro negotiis dicti communis utiliter peragendis ad honorem statum et magnificentiam Sancte Romane Ecclesie et sanctissimi domini nostri pape, communis ac etiam civium et populi Tudertini, volentes certa decreta et reformationes facta [illegible] et maxime ea et eas que tendunt ad honorem, comodum et utilitatem dicti communis et singularum personarum, attendere et observare ac observari facere prout possunt, prout iustum et conveniens est eis. Et maxime decreta et reformationes facta et facta [illegible] circa immunitates et exemptiones concessas et concedendas in futurum certis civibus et comitatensibus

143

187 celebrato partito ac victo ut supra. Providerunt ordinaverunt et reformaverunt quod
si ipsi vicarii aut eorum aliquis non fecerint diligentiam infra terminum eis a dominis

modo via iure et forma quibus magis melius et efficacius facere potuerunt providerunt decreverunt deliberaverunt sanxerunt et ordinaverunt. Quod decreto in futurum unicuique civi incole et comitatino civitatis et comitatus Tuderti liceat et licitum sit pro sue libito voluntatis vindemiare et vindemiari facere vigesima die Septembris omni anno et non ante et sic successive libere et impune. Die vero vigesima eiusdem mensis et non ante liceat et licitum sit Gabelliariis emptoribus gabelle musti eorum capsettas ad portas Civitatis et loca consueta apponere et apponi facere. Qui vero aut contrarium facere attemptaverit penas in statutis contentas dicatur irremissibiliter incurrisse. Que quidem pena Camere Tudertine absque ulla remissione applicetur et applicanda sit. Statutis aliis ordinamentis decretis reformationibus aut aliis in contrarium non obstantibus quovismodo.

Confirmatio dicti decreti.

Magnificus vir Vitalianus de [illegible] de urbe Locumtenens Tuderti etc.
172 certioratus die xviij. Octobris dicti anni presentibus viris Angelo [illegible] et Christoforo Campolionis Johanne Symonis et Alberto Facani omnibus de numero Magnificorum dominorum priorum et a me Petro Cancellario dum esset in palatio sue residentie de dicto decreto vindemiarum facto ipsum tamquam iustum approbavit ac ratificavit et confirmavit suamque et sui officii interposuit auctoritatem et decretum mandavit illud pro lege atque statuto perpetuis temporibus observari. Et in volumine aliorum statutorum dicti Communis Tuderti apponi et firmiter inseri in contrarium non obstantibus quibuscumque.

Bannimentum quod non solventes datias etc. pro observatione libri specialis.

Dicta die.

Magnifici domini priores populi et Communis Tuderti existentes in sala superiori palatii sue solite residentie cupientes pro satisfactione Communis et sue rei publice comodo adimplere deliberationem heri in Consilio et cerna solenniter obtentam contra non solventes
173 datias etc. commiserunt imposuerunt ac mandaverunt Matheucio et Matheolo publicis preconibus et tubatoribus dicti Communis presentibus et intelligentibus. Quatenus sono tube premisso cum consensu mandato et voluntate Magnifici viri Vitaliani de [illegible] de urbe Locumtenentis et Capitanei Tuderti in locis publicis et consuetis dicte Civitatis ubi et in quibus banna et preconia fieri consueverunt bampniant notificent et preconizent Quod omnes et singuli Cives incole et habitantes in Civitate Tuderti qui non solvissent neque solverint datias et collectas impositas per Commune Tuderti a viginti diebus mensis [illegible] proxime preteriti citra in dierum [illegible] illas debeant solvisse et solvere infra terminum decem dierum proxime futurorum hac die computandorum et ut sequitur finiendorum. Alioquin elapso dicto termino si compertum fuerit integraliter non solvisse

quarumcumque eis in dictis datiis et collectis impositarum non audientur in civilibus vel criminalibus, nec in agendo vel defendendo. Neque habere possunt officium aliquod in Communi. Et si extracti fuerint vel electi electio locum non habebit. Nec exercere possunt officia quibus fuissent electi. Et si exercuerint incurrant penam L librarum contra predictos quolibet contrafaciente et qualibet vice. Que pena sibi de facto auferetur secundum formam ordinamentorum pacis Civitatis Tuderti. Et presens bannimentum similiter intelligatur pro datiis et collectis in futurum imponendis.

Dicta die

Relatio tubicini — Mattheuccius publicus et iuratus tubator ac preco Communis et populi Tuderti ex commissione sibi et Mattheolo eius socio facta per dominos priores iens ac rediens rettulit mihi Petro Cancellario dicti Communis etc. se predictum bannimentum contra non solventes datias fecisse et preconizasse in locis publicis et consuetis dicte civitatis et consensu Magnifici viri Vatiani Locumtenentis etc. et omnia alia executum cum socio suo mandasse que habuerant in mandatis.

Bannimentum pro futuris vindemiis

Die xv octobris MCCCCXVIII. Indictione xiii.

174 Magnifici domini priores populi et Communis Tuderti existentes in Secretario palatii sue solite residentie commiserunt imposuerunt et mandaverunt Mattheuccio et Mattheolo publicis tubatoribus et preconibus dicti Communis presentibus et intelligentibus quatenus in locis publicis et consuetis dicte Civitatis sono ut moris est tubarum premisso banniant preconizent et notificent ad intelligentiam omnium quod decreto et in futurum et pro futuris annis unusquisque Civis incola et Comitatinus Civitatis et Comitatus Tuderti libere et impune possit vindemiare et vindemias incohare annis singulis die vigesimo septembris et vigesimasecunda eiusdem mensis uvas et vinum novum intromittere quo die apsettis ad portas Civitatis apponentur. Et qui contrafecerit incurret penam in statutis contentam.

Dicta die

Relatio bannimenti — Mattheuccius publicus et iuratus banitor et preco populi et Communis Tuderti rettulit dictis dominis prioribus et mihi Petro Cancellario dictum preconium vindemiarum bannivisse et preconizasse et omnia alia fecisse prout habuit in mandatis.

Decretum de non dandis vexillis et cetera aliavi Capitaneo et cetera

174 In Nomine domini Amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCCXVIII. Indictione xiii. Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Martini divina providentia pape Quinti Anno xiii die vero xiii Novembris.

REGIMINI magnatuum corporum ve qui rebus publicis presunt hoc maxime convenire dignoscitur, ut ea fieri prohibeant que subditis molesta sint, et in malos possint exitus redundare. In cunctis autem sic operum licet ut de stati

Segue nel foglio (n. 78)

308 v

In Dei nomine amen. Supradictis millesimo indictione et pontificatu die vero decimoctavo mensis Januarii celebrato generali Consilio populi et comunis Civitatis Tuderti deliberatum fuit inter cetera solemniter quod domini Priores dicte Civitatis et eorum consilium atque consules artium dicte Civitatis ne granum extraheretur de civitate et comitatu Tuderti providerent et decernerent, et quod per eos decretum esset perinde haberetur quasi in dicto generali consilio esset decretum, unde per eos infra descriptum decretum et statutum editum est videlicet.

Die decimonono mensis Januarii. Convocati et coadunati in Secretario palatii solite residentie dominorum Priorum Consulares secreti consilii atque Consules artium Civitatis Tuderti et una cum magnificis dominis prioribus dicte Civitatis considerantes ut exequantur remissionem in eos factam a generali consilio hesterno die circa provisionem grani ne ex comitatu et districtu Tudertino extrahatur, Scientes nulla re facilius Civitates everti posse et statum mutari quam fame, ut scite Lucanus in Pharsalia scriptum est et omnis iam pueri loco usurpant: namque asserit urbes sola fames; emitur que metus
210 cum segne potentes vulgus alunt; nescit plebes ieiuna timere. Fama et refertur a natu maioribus memorantibus quod in alio anno iubilei tanta fuit annone caritas ut aliquis granum modium aureis quatuor venderet. Propterea predictorum ratione futura incomoda tollere intendentes, facto inter eos celebrato diligenti partito, ad lupinos albos et nigros ut moris est, et attento per triginta duos reddentes lupinos albos del sì unanimiter et concorditer ex omni eius auctoritate arbitrio et vigore dicte remissionis et ex forma statutorum et ordinamentorum comunis Tuderti, omnibusque meliori modo et forma quibus magis et melius potuerunt Statuerunt decreverunt et deliberaverunt quod nullus civis, comitatinus, vel habitator dicte Civitatis vel comitatus, nec quisque alius forensis possit extrahere de comitatu aut districtu Tudertino aliquod genus grani ad penam decem florenorum pro qualibet salma et qualibet vice. Cuius tertia pars sit accusatoris, altera tertia pars sit camere apostolice et alia tertia sit comunis convertenda pro utilitate dicti comunis et possit accusatio fieri infra unum mensem. Liceat tamen extrahere de Civitate et comitatu forensibus et comitatinis tudertinis usque ad duos congios grani pro eorum et eorum familie victu annuatim in dicto comitatu cum licentia dominorum Priorum dicte Civitatis. Et nullus similiter vendere possit de eius grano alicui forensi vel ricattarolo causa extrahendi sub dicta pena. Et ipse talis emptor incidat in penam dupli, ut supra convertendam. Nullus predicta extrahere possit granum forense emptum extra civitatem et comitatum Tuderti, nisi docuerit cum bulletta talis loci forensis ubi emerit ad penam fraudis. Habita vero predicta bulletta et soluta debita Gabella sine ulla pena possit extrahere de Civitate et comitatu predicto granum quod emerit foris emptum, id est extra civitatem et comitatum Tuderti. Et domini Priores dicte Civitatis non possint contra predicta vel aliquod predictorum alicui dare licentiam et obedire mandato vel mittimus rescripto alicuius superioris, sine deliberatione generalis consilii. Et si aliter factum esset non valeat, nec sit alicuius roboris vel momenti. Nemo aut predictis contravenire audeat sub dicta pena. Et conveniri debeat quicumque contra predicta impetraverit contra predictam formam generalis consilii aliquod bullettinum vel rescriptum aut gratiam a quocumque alio superiore quibuslibet in contrarium non obstantibus. Deliberantes hec omnia publice banniri et pro statuto decreto [illegible] in volumine statutorum dicti comunis.

Dicto die predicta omnia, de dominorum commissione fuerunt bannita Petro Leonis et Nicolao de Felicibus publicis tubatoribus dicti comunis modo et locis consuetis. Cum accepta commissione iverunt et redeuntes dictis dominis retulerunt se omnia fecisse et dixisse que in habuerunt in commissione et mandatis.

Ego Bartholomeus Notarius Cancellarius predictis [illegible] interfui [illegible] [illegible] scripsi et publicavi.

Quando magi[illegible] debet dotem

In nomine domini amen. Anno domini ab eiusdem nativitate millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto indictione quarta tempore sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini nostri domini Calisti divina providentia pape tertii die vero vigesima quarta mensis aprilis. Cum viri et uxoris societas et sacrum coniugale vinculum semper [illegible] et [illegible] cum per matrimonium fornicatio et omnis inmunditia tollitur, Ideo magnifici domini priores populi et comunis civitatis Tuderti considerantes [illegible] palatii solite eorum residentie iuxta [illegible] utilitati et honestati [illegible] domini [illegible] videlicet Dominus Honofrius de Actis, dominus Marcus [illegible] Gasparis de Oddis, [illegible] Augustinus [illegible] Iohannis Cardinus [illegible] [illegible] Simon [illegible] Apollonie, Polidorus Antonii, Antonius Salvati et Franciscus Desiderii [illegible] volentes remissionem generalis consilii in eos factam [illegible] mei Bartholomei [illegible] notarii sub die vigesima quarta mensis martii proxime preteriti [illegible] civitatis Tudertine [illegible] precipue [illegible] puellas et [illegible] et [illegible] non [illegible] et matrimonia retardari propter impositionem et inopiam dotium [illegible] [illegible] impedimenta [illegible] de medio tollere volentes, et operam dare quantum iuris est, ut matrimonia contrahi possent liberi [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] debite habeantur facto et celebrato inter eos solempni [illegible] partito ad lupinos albos et nigros ut moris est et obtento per eos [illegible] reddentes lupinos albos del sì unanimiter et concorditer nemine eorum discrepante [illegible] statuerunt [illegible] [illegible] et vigore remissionis dicti generalis consilii [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] dato nulla [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nisi [illegible] florenos [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] matrimonium [illegible] [illegible] et deinde pro residuo solvendo ad decem florenos pro quolibet anno et non ultra sive appareat instrumentum sive non cum iuramento et sine cum renuptiatione predictis statuti ut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ut alias prout [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quod tunc et eo casu [illegible] [illegible] [illegible] florenos [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] partem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] restitutionis possit cogi et conveniri nisi ad decem florenos pro quolibet anno [illegible] [illegible] dotibus dandis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

R

R

[illegible]

309v

In dei nomine Amen. Hoc est exemplum sive copia cuiusdam remissionis generalis Consilij Comunis et hominum Civitatis Tuderti. In Magnificos dominos priores populi et Comunis Civitatis eiusdem. Cum reformatione eorundem. Reperte in libro Cancellarie prefati Comunis sub rogatione spectabilis viri ser Bartholomei magistri pauli de Tuderto notarij et tunc cancellarij dicti Comunis Tuderti sub Annis domini Millesimo quatricentesimo quinquagesimo sexto tempore pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini nostri Calisti divina providentia pape Tertij Indictione quarta diebus et mense infrascripto.

Exemptio non solvendo Gabella Carnium p. o. p.

Die decimaseptima decembris Magnifici domini Priores populi et Comunis Civitatis Tuderti exequi volentes remissionem generalis Consilij dicti Comunis celebrati circa Gabellam Carnium non solvenda per Magnificos dominos Priores factam et celebrato inter eos sollemni partito et demum octo pro septem reddentes eorum lupinos albos del sì [illegible] Nigro restituto in contrarium dicto non [illegible] tunc absentibus legitimis causis impeditis. Omni eis auctoritate concessa secundum formam statutorum dicti Comunis Tuderti et vigore dicte remissionis omni quo meliori modo et forma quibus magis et melius potuerunt. Statuerunt Reformaverunt et deliberaverunt quod decetero Nullus Gabellarius seu Emptor Gabelle Carnium Comunis Tuderti aut ius habens in dicta Gabella et nullus offitialis dicti Comunis possit petere aut exigere Gabellas Carnium pro Carnibus quas emerent in futurum domini Priores pro se et familia dictorum dominorum. Sed omne et totum illud quod pro ipsa Gabella solvi deberet debeat defalcari ad penam quinquaginta florenorum. Quacumque usu seu Consuetudine in contrarium non obstante. Cum potius sit abusio quam [illegible] Consuetudo observatur.

Et Ego Polydorus Scarlatini Cristofori de [illegible] de Tuderto ex [illegible] et per sacri Imperii publicus apostolica auctoritate notarius et Iudex ordinarius et nunc Cancellarius et notarius reformationum Comunis Tuderti predictam remissionem et reformationem in dicto libro inveni et copiavi ac exemplavi Et de mandato dominorum priorum in hanc publicam formam redegi in volumine statutorum nil addito aut diminuto quod rei veritatem viciaret. Sub die prima Augusti Millesimo quatricentesimo septuagesimo septimo mense et pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini nostri Sixti divina providentia pape quarti In quorum fidem Signum nomenque meum Infra apposui Consueta.

Signum mei Polydori Cancellarij [illegible]

In dei nomine amen anno domini m° ... die xxi martii Indictionis decime. Magnificus
et generosus miles auratus d. Bernardinus de Cassia I. v. doc. civis ... domini d. L. imperatoris
divina clementia ducalium apostolicarum ... agentium presentis ... dignissimi civitatis
sue locumtenens pro honore et bono publico ... civitatis mandamus ... Ludovico cardoni
...
... habens ... creation ... publicis ...
comma ... notificationi dei decreti ... locis publicis ... sono tube premisso ...
...

<...>

IN DEI NOMINE AMEN. Inferius describentur nonnulla statuta ordinamenta provisiones et reformationes Communis et populi Civitatis Tuderti edita ac condita in dicto Communi sub rogatis mei Lelii de Castello notarii et Cancellarii infrascripti de presenti anno et aliis pluribus diebus et mensibus infrascriptis. Inprimis. Die xxii Iunii dicti anni.

De festo S. Antonii de Padua honorando:

Non potest inquit sermo divinus abscondi Civitas supra montem posita neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio sed super candelabrum ut luceat omnibus qui in domo sunt. hec itaque de sanctis viris divini verbi testimonia sunt quorum sanctitatem manifestari voluit et ad hominum notitia devenire. De quibus et per os sancti prophete dicitur. Sanctis qui in terra sunt eius mirificavit omnes volunta-

183 tes meas in eis. Mirificavit quidem ipse omnipotens deus voluntates suas in sanctis suis quos toto universo mundo innotuit. hodierna siquidem die magnifici domini priores populi et Communis Civitatis Tuderti in secretorio eorum palatii consueto convenientes una cum eorum secreto et oportuno consilio de rebus Communis et populi Tudertini loquturi et tractaturi interloquendum incidentes in sermone quemadmodum hec Tudertinus populus duabus iam vicibus ab hostium oppressione in die festo gloriosi confessoris beati Antonii de Padua liber evasit, quatenus nunc pacto magnificus Nicolaus Piccininus Tudertinum agrum populatum esset, et hoc tempore cum comes Franciscus Sforzia usque ad Tudertinos muros irrupisset. Que due liberationes eodem die revolutis annis huic devoto populo succedentes pro presenti dicti sancti confessoris suffragio evenerit. Sic itaque mirifice inspirati Supradicti magnifici domini priores et consiliarii volentes non immemores esse hanc rem per Tudertina tanti accepti beneficii dato iter et misso ac celebrato partito ad lupinos albos et nigros et ducto et optento per omnes numero xxxi dantes lupinos albos del sic nullis nigris del non in contrarium datis Providerunt Ordinaverunt et reformaverunt quod de cetero et in futurum festum beati Antonii de Padua ab omnibus et singulis hominibus et personis in Civitate et Comitatu Tuderti habitantibus ac permanentibus custodiatur. prout custodiuntur festa sanctorum apostolorum, sub pena et ad penam in statuto de festis apostolorum loquente contentam ut eadem sit conditio eius qui festum diem dicti gloriosi confessoris sic ut premictitur non celebraverit cum eo qui festa sanctorum apostolorum secundum formam statutorum Civitatis Tuderti non custodiverit. Volentes mandantes et statuentes quod per Commune Civitatis Tuderti de cetero annuatim in dicto festo in ecclesia sancti Fortunati et cappella dicti gloriosi confessoris presentetur et offeratur una tortitia sive unus cereus ponderis sex librarum cere de ordinamentis dicti Communis per generalem Camerarium Camere Tuderti persolvendum ad Laudem et gloriam omnipotentis dei et sancti confessoris sui beati Antonii de Padua fautoris et ampliatoris Communis et populi Civitatis Tuderti. Placet nobis tamen reservata facultate penas remittendi, et contra presens statutum dispensandi, et hec clausula semper intelligatur in sequentibus repetita capitulis. V. Episcopus Saonensis etc.

Contra ementes gabellas:

Die Nona mensis Octobris dicti anni Congregato et cohadunato generali consilio Communis et populi Civitatis Tuderti in secretorio palatii solite residentie dominorum priorum Civitatis Tuderti solempniter et in sufficienti numero de mandato ipsorum dominorum priorum ut est moris et in eo dicto ipsorum dominorum et eorum secreti consilii ordinamento facto proposita super detentione egregiorum virorum magnifici (?) Antonii et Egidii fortis emptorum gabelle mutui [illegible] prout et quemadmodum sub dicto die patet in libro reformationum dicti Communis manu mei Lilii notarii et Cancellarii infrascripti. Nobilis vir Baptistas Fromasii unus ex consilieriis in dicto generali consilio consistentibus surgens et arrepto arengario bene et fideliter pro Communi utilitate consulere, ascendensque consuetam arengheriam dixit et

intentione consulendi super dictis petitionibus et supplicationibus contentis in eis munorato pre-
ius auxilio divini numinis dixit et consuluit in et super intentionem egregiorum virorum Angeli
montis et Egidii Forte gabellariorum sive emptorum gabelle multis annis proxime preteritis
qui multotiens cives Tudertini fuerunt admoniti ut accurate et diligentius viderent
in huiusmodi gabellis quomodo se haberent: quod hactenus minime facere voluerunt: Qua-
propter ad evitandum scandala et ne cives Tudertini ullo umquam tempore incurrant in
dissensione distractionem litem etiam quoniam ut aliquid aut simile scandalum occasione huius-
modi gabellarum cum officialibus ecclesie et S. d. n. dixit consuluit et arengavit quod
de cetero nullus civis vel comitatinus Civitatis et Comitatus Tuderti possit nec
valeat emere ut emi facere aliquam gabellam quovis quesito colore a Camera
Tudertina sub pena et ad penam decem pro quolibet centinario totius pretii pro gabellam emet
qui vero pena committatur et committi debeat preparationem et accomunione virorum Civitatis
Tuderti de facto a contrafaciente exigenda: In cuius consilii sic reformatur reddita
per dictum Baptistam reformatione de mandato supradictorum dominorum dato misso et celebrato
partito ad lupinos albos et nigros secundum formam statutorum et ordinamentorum communis et populi
Civitatis Tuderti inter dictos dominos et consiliarios et positum in eum quod quicumque
vult et sibi placet dictum consilium supradicti Baptiste sic ut premittitur cum emptores
gabellarum redditum restituat lupinum album del sic et quicumque non vult et sibi
non placet restituat nigrum del non. Datisque lupinis et recollectis ut est moris
Compertum est dictum consilium supradicti Baptiste placere et teneri per centum undecim
consiliarios dantes eorum lupinos albos del sic decem nigris non obstantibus in contrarium
predictorum datis:
Et sic in dicto consilio premissum statutum ordinatum et reformatum fuit.

Vicariorum Ordinamenta

Die xxiiii Octobris predicti anni pontificatus et indictione premissorum. Magnifici ac honorabiles
viri Rotanus Angeli de Gorio, Bonaiustus Iacobi, et Bartholomeus Baptiste Lamberti tres
ex numero dominorum priorum, S Iohannes Nicolai Lelli, S Andreas Laurentii et Carolus
187 Carorii tres ex numero xv consiliariorum secreti consilii dictorum dominorum: Magnificus
miles dominus Andreas domini Francisci de Actis, Iacobus Iohannis Contis et Petrus Iannes Nadutii
de Tuderto tres ex numero decem super ampliandis et innovandis capitulis et ordinamentis bursarum
atque Civitatis Tuderti et capitibus vicariatibus ordinandis et componendis electi assumpti et
deputati per magnificos dominos priores eorum secretum consilium et decem antiquos et bailiviam
prout constat manu mei Iulii notarii et Cancellarii infrascripti sub die xiiii presentis mensis
Volentes commissionem et remissionem eis desuper factam totam cum equitate et utilitate
dicte civitatis possetenus exequi convenientes omnes unanimiter in secretariolum palatii re-
sidentie dictorum dominorum sito post secretarium magnum ipsorum dominorum ad mandatum
et requisitionem dictorum dominorum visis et intellectis dictis commissione et remissione
in eos factis et auctoritate eisdem per illas concessa: et allatis ibidem coram ipsis capitulis ipsorum vicariorum
factis in dicto consilio de anno domini ao MCCCCLo die xxviii mensis prout apparent in
forma scripti manu egregii viri S Bambalis domini Stefani de Tybure tunc cancellarii

311

augmentum et conservationem ipsarum rerum resilire videantur. Propterea magnifici domini Nicolaus
Ribelli, Conte Francisci Bizochi, Ser Grappasennus Grappucij, Ser Iacobus Nicholai Iacobelli, Ba-
ptista Angeli Fortis, Ser Antonius Nerij, Christoforus Clodij, Iohannes Varthuluccij, Melchion
Iohannis Bindaccij et Lucas Francisci Fortis, domini Priores populi et Comunis Tuderti una cum octo
Conservatoribus et eorum opportuno consilio collegialiter congregati in Secretario palatij sue solite
residentie pro sue rei publice negocijs utiliter et mature disponendis, visis diligenter
et consideratis consultationibus redditis per Consiliarios in Consilio generali solenniter celebrato
die duodecimo presentis, et remissione eisdem facta atque obtenta prout de omnibus his
constat manu mei Petri Lunensis Cancellarij, Rationibusque hinc inde pensatis, Et pre-
cipue quod gravia ac intolerabilia mala sequi possint interdum ex muneribus impensis
Officialibus, ut eorum spe vel ab Iure ad iniuriam nonnumquam convertant, vel non bene
meritis collata videantur, Remedio opportuno super hoc providere intendentes, facto dato
et immisso solenni ac diligenti partito inter eos ad lupinos albos et nigros ut moris est
in secreto scruptinio de mandato Circumspecti viri Melchionis Iohannis Prioris Prepositi
et demum obtento per omnes dantes ac reddentes ipsorum lupinos albos dal sic unanimiter
et concorditer nemine discordante Ex auctoritate arbitrio et balia sibi concessis et attributis
per statuta reformationes et decreta dicte Civitatis, et per supradictum consilium omnique alio
modo, via, Iure, et forma quibus magis melius et efficacius facere potuerunt, Providerunt
deliberaverunt reformaverunt ac decreverunt Quod deinceps nec ullo umquam tempore aliquo
quesito colore vel respectu det vel donet aut dari vel donari presumatur quovismodo per Comune
prefatum alicui Capitaneo Potestati Rectori, Locumtenenti simpliciter vel locumtenenti et
Capitaneo simul aut quibuscumque officialibus in Civitate Tuderti deputatis vel deputandis
cuiuscumque status dignitatis gradus vel preeminentie extiterint, vexillum aliquod aut Elmettum,
vel tallia, seu quodvis aliud munus pecunie vel res ultra salarium eis designatum, Salvo
et reservato si Cardinalis fuerit aut prelatus Quo casu tamen nichil donari possit, nisi prius
et ante in Consilio generali dicti populi et Comunis Tuderti deliberatum fuerit, et per quatuor ex
quinque congregatis solenniter obtentum. Et quicumque contrarium proposuerit tacite vel expresse
consuluerit vel aliter deberi fieri arrengaverit, ipso facto penam florenorum decem auri Camere Tudertine
applicandam dicatur incurrisse et incurrat. Ad quam etiam Cancellarius pro tempore existens
qui scripserit irremissibiliter teneatur. Domini vero Priores si in predictis aut aliquo predictorum
contra vel secus fecerint aut facere consenserint vel permiserint penam quinquaginta florenorum pro quolibet
non contradicente puniantur. Et nichilominus si aliter vel contra factum sit in premissis non valeat
nec teneat ipso iure Immo irritum sit et inane.

Decretum pro forensibus venire volentibus ad habitandum.

1476 Item facto et obtento eodem partito ut supra volentes dicti domini Priores Octo et eorum
Consilium pro posse ipsorum et quantum in eis est ut Civitas et Comitatus Tuderti
personarum incolatu repleantur cum propter pestes et pussas temporis cursores non sine gravi supinitatem
incommodo male habitentur et loca fere sint inculta statuerunt, ordinaverunt ac reformaverunt
Quod quicumque forensis artifex vel laborator qui numquam hactenus in Civitate et Comitatu predictis
moram famam traxisse dicetur, Et venire velit ad habitandum ac terras colendum vel alium
magisterium suum in eisdem faciendum, habeat et habere debeat, sibique concedatur per annos
viginti quinque a die concessionis computandos immunitas et exemptio Quod eximatur et

immunis sit ac exemptus esse intelligatur ab omnibus subsidiis datiis tertiariis aliisque omnibus et singulis gravaminibus Communis et Comitatus Tuderti qualitercumque imponendis realibus et personalibus ordinariis et extraordinariis seu mixtis, pontibus stratis et fontibus, in quibus cum omnibus communia sint solum teneatur exceptis.

Decretum pro Civibus et Comitativis redire volentibus.

Item simili partito facto et obtento ut supra. Prefati domini Priores, Octo et eorum Consilium, Calamitatibus Civium et Comitativorum suorum compatientes, statuerunt, ordinaverunt atque decreverunt, quod quicumque Civis vel Comitativus Tuderti, qui hactenus per tres annos ad minus personaliter recessit a Civitate et Comitatu prefatis non propter debita sed ob paupertatem aut quocumque alio modo necessario, dummodo in officiis non steterit, et redire cum sua familia cupiunt ad habitandum et commorandum in eisdem, habeant et habere intelligantur ut predictum est per annis quindecim a die reditus sui computandis, immunitatem et exemptionem predictam. Si vero propter debita recessit seque absentaverit ac redire ad habitandum cum sua familia desiderat, immunis sit et esse intelligatur atque immunitatem habeat modo et forma superius expressis decennalem tamen sine aliqua fideiussione vel cautela creditoribus prestanda. Nec possit in tribus annis post initium exemptionis habite nec ante post reditum, quovismodo gravari molestari vel aliquatenus compelli realiter aut personaliter ab ipsis creditoribus suis vel ab aliquo eorum nomine pretextu alicuius promissionis vel cuiuscumque instrumenti qualitercumque et sub quavis verborum forma confecti, quod non obstante dicta immunitate et mora posset coartari. Transacto dicto termino trium annorum quartam partem debiti ad quod de iure forent obligati, dare singulis annis tantummodo teneantur, donec dictum debitum duraverit. Nec in plus astringi possint. Hoc in predictis expresso ac declarato quod durante termino huiusmodi immunitatum prescriptores locum non habeant nec sibi vendicent facultatem. Addito etiam quod Cives et Comitativi absentati ut predicitur, ante concessionem immunitatum teneantur et debeant saltem per duos testes fidedignos de eorum absentia dominis Prioribus fidem facere. Et tam forenses quam ipsi solenni promissione iurare se deinceps continue in Civitate vel Comitatu familiariter habitare. Premissa autem locum non habeant in condemnatis occasione maleficiorum et rebellibus. Neque in his qui propter partialitatem recesserunt, et post ipsorum discessum dicta ex causa nundum sunt reversi. De quibus immunitatibus tam concessis post dominium Braccii quam in posterum concedendis decreverunt fieri mentionem in uno libro per se qui stet apud Cancellarium Communis ut appareant omnes habentes eas et pro quanto tempore et quomodo. Nec durantibus ipsis in datiis collectis et aliis gravaminibus que imponi contigerit quoquo modo describantur, et descripti cancellentur ut eorum temporibus inviolabiliter observentur. Predicta omnia fecerunt ac statuerunt ut supra in unoquoque decreto continetur, statutis aliquibus ordinamentis et aliis in contrarium editis seu facientibus vel disponentibus quibus quantum ad hec specialiter derogaverunt et si de eis fieri deberet mentio vel alia solennitas, non obstantibus quibuscumque. Mandantes omnibus et singulis officialibus dicte Civitatis presentibus et futuris quatenus ad penam quinquaginta librarum pro quolibet contrafacienti et Creditoribus ad penam amissionis debiti in quo dicerent sibi debitores obligatos predicta omnia observent et faciant observari. Quarum quidem penarum in suprascriptis tribus proxime decretis contentarum unum tertium Camere domini nostri

Die xxviiii Ianuarii 1431. Per me predictum Cancellarium fuit facta dicta abrasura cum [illegible] et cetera.

177

312

dupli extimationis dicti pignoris cuius pene due partes sint communis tudertis et tertia pars communi applicetur quibuscumque capitulis dicti hebreorum quolibet instituto contrariis nequaquam obstantibus
vt p[ri]us

Quia ut plurimus ambitiosi quidam officiales communis tuderti non tam sua merita metientes quam comoda, potius reformari student, quam ita vivere ut reformari mereantur: unde sic blanditiis suis residentes priores et meos quamplures ambiunt, ut litteras impetrent ad pontifices et superiores pro eorum reformatione: et quod bonum reipublice regimen: Cupientes prefati magnifici domini his rebus modum dare volentes, quo benemeriti ab immeritis discernantur. Visa remissione in eos facta per
207 generale consilium de qua patet manu mei Bart. Cancellarii sub die xvi mensis decembris proxime decursi, ex omni eis auctoritate gesta per statuta et ordinamenta dicti communis et vigore dicte remissionis per omnes nones reddentes lupinos de sic luca abramuty eorum collegis propter infirmitatem absente non obstante, deliberaverunt et decreverunt quod domini priores ut alii officiales dicti communis non debeant nec possint scribere aut scribi facere aliquas litteras in quibus fiat mentio de reforma alicuius officialis dicti communis nisi prius esset deliberatum in consilio generali, ad penam amissionis salarii eorum officii quicumque dicti sub pene maleficiorum quecumque: tunc iis communis pro tertia parte et communi tuderti pro duabus partibus quam penam totiens possit exigi quoties fuerit contrafactum. Et quod dicti domini priores sic contrafacientes procedi possit non obstante quod tempus unius anni esset elapsus, et non obstante quod ipsi et domini in eorum sindicatu essent absoluti. Excepti autem sint a dicta pena quicumque ex dictis dominis protestati fuerint dictas litteras non debere scribi aut qui probaverit se nihil scire et non consensisse ut dicte littere scriberentur. Attendentes autem consensu et deliberatione generalis consilii, ita fiat, ut intus fuit deliberatum et in ipsis litteris fiat mentio et de ipso consilio generali.

De reforma officialium non scribatur & de pena scribentium

Intellecta in suprascripta querela Leonardi antonii de Castro fratte et Nicolai eius fratris filiorum fortiati quibus a nonnullis loquacibus et querulis per iniuria impropera quod dicti Leonardus et Nicolaus quasi proditores fuerunt quod recte fuerunt tamquam zelatores status ecclesiastici et communis
208 tuderti, ut Castrum fratte a tirannide liberaret, et ad summum pontificem et suum rediret. Exequentes super hoc remissionem generalis consilii in eos factam super dicta re cum plena potestate decernendi ut dictis dominis visum fuit et placebit de qua sub die xvi decembris ut manu mei Cancellarii apparet fiat mentio, Ex omni eis auctoritate gesta vigore dicte remissionis et ex forma statutorum et ordinamentorum dicti communis per omnes ut supra reddentes lupinos albos deliberaverunt et decreverunt quod quicumque suppositus et obediens tribunali communis tuderti improperavit dictum factum per iniuria dicto Leonardo aut Nicolao aut suis et ipsorum fratribus filiis et familiaribus, ut eos aut ipsorum aliquem dicta re proditores vel proditorem appellavit, ipso facto pro qualibet vice incurrat et incurrisse intelligatur et puniatur in pena librarum decem denariorum. Si vero tales improperans vel iniurians non fuit suppositus dicto communi tuderti, vel licet esset quod fuit suppositus, non tamen fuit obediens dicto communi, Et cum dictus Nicolaus aut Leonardus aut aliquis eorum fratrum vel filius vel de familia per iniuria ulciscendo aliquid fecerit vel fecerit contra tales improperantes vel iniuriantes cum sanguinis effusione vel sine, quacumque sit maleficium contra eos aut ipsorum aliquem vel ipsorum bona per accusationem vel inquisitionem procedi non possit per aliquem officialem communis tuderti aliqua ratione vel causa, et si processum fuerit, pro nullo ex nunc et irrito habeantur. quibuscumque statutis et aliis in contrarium nequaquam obstantibus.

Intelligendo Leonardi et fratte et Nicolai

Sig[num] mei Bart.

Et Ego Bartolus angeli pauli de tuderto publicus utriusque auctoritate notarius et iudex ordinarius et nunc notarius reformationum et cancellarie communis tuderti predictis omnibus et singulis presens interfui rogatus scripsi et publicavi meo signo apposito consueto.

34

Multiplicatis universorum fere civium et comitativorum civitatis et comitatus Tuderti querelis propter salis
inopiam: Reverendissimus dominus Valerius episcopus Saonensis et Gubernator Tudertinus, pro satisfactione subiectorum
suo gubernio, et tollendis scandalis que ex huiusmodi carentia nasci possent, et pro
omni indemnitate huiusmodi decretum quod in forma est condidit [illegible] manu [illegible] eius
sigillo et cancellarii subscriptione.

Valerius episcopus Saonensis Civitatis et comitatus Tuderti eiusque fortie et districtus pro S. D. N.
Nicolao papa quinto et pro S. R. Ecclesia in spiritualibus et temporalibus Gubernator. Cum
equitatis et pietatis studio commoveamur eorum qui nostro subiecti sunt Regimini quantum
possumus damnis et dispendiis obviare: dignumque aliquid decernere possumus credimus.
Cuius detestabiles excessus eum cuiusmodi [illegible] constitutionis. Conquerentibus siquidem
Tudertinis universorum fere civium et comitativorum suorum saepenumero vocibus commoniti et compulsati
quod alteri salis tamen sextarios contaminatas fetidasque multas abierunt: alteri
sint penitus multas abierunt. Tertii vero qui opulis iam diu vescuntur insulsis
propter inopiam salis Civitati et Comitatui universo imminentem: Quas rem praeter
voluntatem et opinionem S. D. N. pape fore certe credimus et opinamur: Ea propter
sale necessitati eiusmodi providere, Decernimus instituimus ordinamus et concedimus
harum tenore quod cives et comitatini premissi possint et valeant, ipsisque liceat libere
secure et impune ad omnes et singulas terras Civitates castra et loca S. D. N.
pape et S. R. E. ire ad emendum salem quantumcumque voluerint tam pro usu ipsorum
suarumque familiarum, tamen si eis placuerit pro vendendo Civibus et comitatinis
premissis: illudque sal ut premittitur emptum ad Civitatem et Comitatum predictum
conducere, illo frui et ipsum pro congruenti vendere inter prefatos Cives
et comitatinos non obstantibus statutis constitutionibus decretis et reformationibus in contrarium
facientibus quibuscumque quibus ad presens derogamus. Mandantes presens decretum
ordinationem et concessionem per tubicines Tudertinos publice banniri et notificari
modis formis et locis quibus consueverint banniri ordinationes huiusmodi
[illegible] per Cancellarium Tudertinum in libris statutorum et reformationum
Civitatis Tuderti inscribi et applicari. In quorum fidem presentes fieri fecimus
et nostri Sigilli munimine roborari. Datum Tuderti in palatio nostre solite residentie
die [illegible] Januarii 1450.

Rufinus Cancell.

Dicto die Petrus Leonis et Nicolaus de Florentia publici Tubicines et banditores
comunis Tuderti recepta commissione et mandato a prefato R. D. Gubernatore
continentia in dicto decreto per loca publica consueta comunis Tuderti banniri et notificari: iverunt
et bandiverunt premisso tubarum sono voce alta in omnibus locis consuetis et redeuntes
retulerunt dicto domino Gubernatori presenti Cancellario scripto omnia singula
et premissa que eis sunt posita in mandatis.

Et Ego Bartholomeus Angeli Notarius et Cancellarius supra et infrascriptus presens decretum
ex mandato Reverendissimi D. Gubernatoris in hoc volumine Statutorum comunis Tuderti de verbo ad verbum
inscribi atque scripsi exemplans prout iacet in originali Et ad fidem me subscripsi
et solitum meum signum apposui consuetum.

p(ro) b(ann)o sale

209

17

313v

aplice pro quarto accusatori talis contrafacien. et pro alia quarta parte in acconcimin
palatior. dicti Cois. De quibus omnib. capitulis indextim. et dicti et eius anca tene
1 ant. expressam exemptus foret si dicto pene de suo salario tempore sui sindicatus
et generalem camerari indextim retinenda in contrarium quibuscumque tamen non obstan. — placet de advocatia et procuratione exceptis causis s. d. n. et camere eius et prelatorum et familiarum eorum et gabellarum. Item de forensibus placet set non de locis propter difficultatem, stet iuri suo si alias consuevit. Vo. Eps Saonen. /
Et predicta omnia et singula supradicti dominum fecerunt omnib. melioribus modo via
iure et forma quibus per eos magis eorum auctoritate et arbitrii officii potuit et potuerit
Non obstan. aliquibus statutis reformationibus decretis provisionibus et ordinamentis in contrarium
fortasse disponentibus. Quibus omnib. et eorum cuilibet eorum auctoritate et arbitrio derogaverunt
derogaveruntque et voluerunt et mandaverunt ac si de eisdem et eorum quolibet
specialis et expressa mentio facta foret.

Die xxj mensis decembris anno dni M° cccc° xLviij Ind. xj

R(everendissi)mus in xpo pater et dnus dnus V. dei et aplice sedis gra. epus Saonen.
Tudertus etc. pro s(anctissi)mo d. n. ppa. et sca romana ecclia in temporalib. et spiritualib. gubernator
suprascripta ordinamenta et librum presentem ut supra patet manu sua et auctoritate aplica
qua fungitur confirmavit addens ac expresse mandans quod de cetero nulla persona
cuiuscumque status aut conditionis preeminentie dignitatis officii vel potestatis
audeat vel videatur condere vel aut ea immutare aliqua statuta vel ordinamenta
non approbata et confirmata per romanum pontificem aut ab eorum legatis auctoritatem
saltem habentibus quod non tenderet contra aliquas iurisdictiones vestra civitatis epus. Vero ut
pontifices quod vero tenderet se quoque non specialiter et expresse ad hoc ut vim possint
voluerit esse quemadmodum sunt ordinamenta patrum contenta condemnata Tiberum cum aplice immediate
applicanda cui dictis diebus et eadem allegantibus publicis et commissiones officii
quo fungeretur a quo pro dicto munere sit emerita. Placet dummodo allegans
constanter et permanenter presenter. V. Epus Saonen.

Et ego Lilius quondam Bartholomei Ser Antonij de Archipresbyteris de Civitate Castelli de nostro Dni
Barnabe abbas apostolicus ac imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius et nunc notarius reformationum et communis
Cois et dicte Civitatis Tuderti predictis omnib. et singulis dum sic agerentur et fierent interfui eaque sic fieri vidi
et audivi rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium suprascriptorum, propterea manu propria
scripsi et publicavi signoque et nomine meis consuetis signavi.

yhs

In dei nomine amen. Infrascripte sunt quedam reformationes et decreta communis Tuderti sollenniter edita sub rogatione mei Bartoli notarii et cancellarii infrascripti millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Nicolai divina providentia pape quinti diebus et mensibus infrascriptis.

Die sexto mensis aprilis. Quoniam sepenumero evenit ut Gabellarii communis Tuderti callida suorum capitulorum et statutorum dicti communis interpretatione controversias suscitent, et avide exequantur contra reos excedendo modum et equitatem. Unde comitati Tudertine dampna resultant, cum hi qui se gravatos sentiunt in suis locis pro ipsorum indemnitate capiunt homines et bona tudertinorum, pariunt atque represalias ad quas tollendas publicam expendit pecuniam, prout nuper contigit cum fulginatibus, narniensibus et spoletanis. Ea propter magnifici domini priores populi et communis Civitatis Tuderti huiusmodi scandalis obviare volentes, ut concordia inter Cives comitanos et exteros enutriatur, et justitia cum equitate fruatur sine cavillatione et rigore iuris. Congregati et coadunati in secretario palatii eorum solite residentie in numero sufficienti cum eorum oportuno consilio, unanimiter et concorditer facto et misso inter eos sollenni et diligenti partito ad lupinos albos et nigros ut moris est, et demum obtento per viginti reddentes lupinos albos del sic, uno nigro reddito in contrarium non obstante, ex omni eis auctoritate concessa per statuta reformationes et decreta dicti communis, omnique meliori modo iure et forma quibus magis et melius fieri potest, deliberaverunt decreverunt et statuerunt. Et quotiensque contigerit aliquam controversiam contentionem et aliam lites seu questiones exoriri et vertari inter Gabellarios seu emptores gabellarum communis Tuderti seu communis et comitatus tudertine, et inter Cives aut comitativos dicti communis aut forenses ratione alicuius fraudis quam commississe diceretur, aut solutionis gabelle aut quacumque alia ratione vel causa qua aliquis ab ipsis Gabellariis aut ipsorum aliquo diceret se gravatum: Tunc ipso facto intelligatur commissa et committatur magnificis dominis prioribus dicte Civitatis qui pro tempore fuerint, et eorum secreto consilio, dummodo in numero dictorum aut consilii non sit aliquis ex gabellariis ad quos dicta causa pertineret, quo casu quicumque gabellarius esset, nec possit nec debeat in decidendo dictam causam intervenire aliquo modo, et quicquid per duas partes dictorum officiorum integrorum aut remanentium gabellariis exceptis, fuerit declaratum et sententiatum deliberatum atque obtentum absolvendo aut condemnando sit ratum et firmum et a partibus inviolabiliter observetur, sive de iure, sive de bono et equo, aut de facto fuerit iudicatum quibuscumque aliis statutis decretis et reformationibus capitulis conventionibus et consuetudinibus in contrarium nequaquam obstantibus quibus quo ad premissa tanquam per citius expressis expresse stud derogaverunt, decernentes quod nullus officialis sive baiulus dicti communis possit se ad instantiam et favorem aliquorum gabellariorum in talibus causis contra aliquem qui reus diceretur aut contra eius bona impedire aut executiones reales vel personales facere, nisi precedente dictorum dominorum et consilii deliberatione et secundum ipsam deliberationem, ad penam vigintiquinque florenorum cuilibet contrafacienti et qualibet vice auferendorum et fiendi et in ornatum platee magne communis Tuderti convertendorum. Et Gabellarii quos ab huiusmodi decreto et reformatione declinare contigerit et contravenire per annos vigintiquinque non possint habere nec exercere aliquod officium aut beneficium in communi, et pro ut habeantur ac si in libro speculi communis Tuderti descripti forent. Et sic adveniente in ipso tempore extractione alicuius ipsorum ad aliquod officium dicti communis, immediate eius nomen debeat lacerari. Declarantes hanc legem et statutum pro hiis intelligi gabellariis qui post hunc diem in posterum ement aliquam ex dictis gabellis. Mandantes presentem legem in perpetuum haberi et scribi in volumine aliorum statutorum dicti communis.

p(ro) immunitatib(us)

179 Advertentes preterea prefati magnifici domini et consiliarii eorum plures et condictas reformationes ut immunitates concesse et concedende inviolabiliter observentur pacem tamen produsse: Cum immunitatis continue molestari contingat astutia et aviditate Gabellariorum, qui simulatione iustitie exemptos ut non exemptos vexant, et solvere cogunt. Volentes providendo honore communis Tuderti unde dicte immunitates procedunt et manant, et pro servando exemptorum iure oportunum adhibere remedium, Confirmantes omnia decreta pro observandis immunitatibus edita hactenus, Celebrato partito sollenni ut supra et obtento per omnes vigintiunum reddentes lupinos albos decreverunt reformaverunt et statuerunt quod Nullus Gabellarius gabelle musti aut Gabelle grosse, aut alius quicumque officialis

Rx ad mr. 93

314.v

modo vagare nisi sit civis tudertinus et incola et in matricula artis notariorum dicte civitatis descriptus, ad penas pro quolibet Capitaneo, judice, defensore, officiali et notario contrafacienti in premissis vel aliquo premissorum et vice qualibet florenorum viginti quatuor unius applicandorum pro duabus partibus communi tudertino et pro tertia parte cuilibet accusatori, in quas penas contrafacientes incurrat et incurrisse intelligantur cum primum quicquam contrafecerit, non obstantibus legibus vel iure civili aut canonico et consuetudinibus et aliis in contrarium quibuscumque non obstantibus. Mandantes hec duo decreta apponi in volumine statutorum dicte Civitatis quo magis valeant ipso iure.

203 Die vigesimo octavo Novembris. Considerantes viri in secretario palatii solite residentie dominorum priorum populi magnificorum dominorum decem et consilium eximium congregatum, censentes iustitie congruere ut qui officia susceperit a communi tudertino illis finitis rationem reddat sue villicationis, ut boni de bono opere laudentur, et mali de suis erroribus corrigantur. Celebrato inter eos maturo et facto solempni et diligenti partito ad lupinos albos et nigros et demum obtento per omnes decem et novem ibidem congregatos reddentes lupinos albos de sic, nullo nigro in contrarium reperto, statuerunt, reformaverunt et decreverunt quod prepositi custodie Civitatis tudertine qui ad presens sunt et qui in futurum erunt ad dictam custodiam quomodolibet deputati et presidentes, et quod ceteri officiales dicti communis qui pecunias et res tractant, finito eorum officio reddant rationem plenam de omnibus et singulis per eos gestis et administratis, et stent ad sindicatum secundum formam statutorum dicti communis administrandi vel absolvendi secundum formam iuris et dictorum statutorum, dummodo tales sint eligendi ad ipsa officia antequam officium exerceant quod eis committitur et quod sint deputati, iurent in manibus dominorum priorum pro tempore residentium bene et sine fraude dictum officium exercere, remotis amore, timore, pretio et premio et omni humana gratia, et expleto officio sindicatum pati. — Quod sindicentur officiales communis.

Die ultimo mensis Novembris. Cum evenire sepe solet ut camerarii pecunie solvantur libros communis tudertini revidere sub mercedis dicti quibus magistratus pax adutentes ad publicam utilitatem consistunt in damno communis pecunie, cum vero libri supradicti inventi sint quatuor vel quinque revisores in palatio et honeste et mercede exposcere
204 laborem industria exigente. Ideo prefati magnifici domini et consilium prefato decreto providere statuerunt et reformaverunt ut revisores seu revisores quorumcumque librorum communis examinent et computent non possint habere nec recipere nisi ad rationem unius libre denariorum pro quolibet libro principali tam civitatis quam comitatus simul. Similiter et comitatus civitatis, ita quod pro quolibet tali comitatu non possit habere ultra solidos decem hoc addito quod si pro eorum essent libri vel comitatus librorum qui ad dictam rationem excederet summam quinque librarum denariorum de eo quod excederet, non possit fieri bullettum, sed dicto pretio omnes excessus computentur et si vero erunt revisores vel revisores aliorum librorum extraordinariorum fiat et premium secundum considerationem adequatam et respectum ad operationem premissorum. Et si aliter factum esset, non teneat nec valeat, et omnis pecunia preter dictam formam solluta repeti possit ab eo qui eam recepit per dominos priores Civitatis tudertine quamprimum eis venerit ad notitiam in contrarium non obstantibus quibuscumque. Hec autem fecerunt omni meliori modo et forma quibus magis et melius potuerunt per viginti unum reddentes lupinos albos de sic, uno nigro in contrarium reddito non obstante, ex omni eis auctoritate concessa per statuta et ordinamenta dicti communis.

ad car. 99

In dei nomine amen. Infrascripta decreta et statuta edita in comuni Lucerii sub anno domini nostri Yhesu Christi ab eius nativitate Millequatrocentesimoquinquagesimo. Indictione terciadecima pontificatus prefati sanctissimi domini nostri Nicolai pape quinti diebus et mensibus infrascriptis et primo Indie xviiij mensis decembris.

Priores populi et communis Civitatis Lucerii cum eorum opportuno consilio in solite residen[tie] secretario palatii Considerantes pro eorum officio circa iustitiae reipublicae regimen laudabiliter exercendo Cognoscentes non parvum esse defectum in statutis et reformationibus communis Lucerii ad deterrendum

Venefici. 204

scelestos et impios ut nihil contra veneficos caveat: cum iniquius sit et maiori digno supplicio hominem veneno interficere quam gladio, qui aliquem erepti se obesse dominio potest et quamquam multe sint defensiones. Quoniam venenum ipsum sepius in summa fraude et astutia et proditione propinari soleat, propter quod pauci aut nulli evadunt sibi ad eos irrepente veneno. Ideo huic tam crudeli et scelesto facinori obviare volentes, ne deinceps huius sceleris teterrimi Culpabiles transeant impuniti, sed meritas ipsi dent penas, et ceteris transeat in exemplum facto inter eos et misso sollempni partito ad lupinos albos et nigros, et obtento per decem et novem reddentes lupinos albos, ex omni eorum auctoritate concessa secundum formam statutorum et ordinis communis predicti Statuerunt et decreverunt quod quicumque propinavit aut pestiferum venenum dederit scienter et dolose et appensate, et animo interficiendi venenavit et venenare presumpserit aliquem alium consanguineo vel affini proximo vel extraneo, capitali supplicio puniatur, sive talis venenatus ad mortem tempestivo remedio evaserit, sive in mortuus fuit, Statuto posito sub Rubrica de his qui exposuerint et penis sibi distinctis in et quocumque alio statuto in contrarium non obstante. Quinymo liceat domino Capitaneo Lucerino et cuius Iudicibus aut vicesgerentibus reos huiusmodi sceleris committentes pro facti atrocitate atrocius punire eos per publicum Civitatis loca trahi faciendo, et si visum fuerit, distrahendo seu dilaniando aut quovis alio supplicio graviore afficiendo. Si vero non fuerit dolus nec venenum mortiferum, tunc sit in arbitrio domini Capitanei aut eius Iudicis ad quem spectare contingeret, tales delinquentes in pecunia punire prout ei videbitur fore iustum facti et persone qualitate pensata, ut supra in contrarium non obstantibus quibuscumque.

Die ultimo mensis decembris. Prefati Magnifici domini cum Judeorum feneratorum ymmo expresse hebreorum rapine obviare volentes qui pignera usuris erepta vendunt et exhibent contra omnem humanitatem ut pauperum sanguinem bibere videantur, cum ut plurimum pignera magni pretii vendant quod pro paucha pecunia receperint, nulla superrogantis pecunie facta restitutione his quorum dicta pignera primo fuerint. Visa remissione in eos eorum consilium facta per generale consilium de quo patet manu mei Bartolomei Cancellarii infrascripti sub die xxvj mensis octobris proxime preteriti, vigore dicte remissionis et ex omni eius auctoritate concessa per statuta et ordinamenta dicti communis, facto et misso partito cum eorum secreto consilio, et obtento per decem et otto reddentes lupinos albos, deliberaverunt reformaverunt et decreverunt quod nullus iudeus possit nec debeat vendere aut concedere extra civitatem Lucerii sive vendi aut exhiberi facere aliquas res sibi datas in pignus cum feneris sine expressa et sollempni licentia dominorum priorum dicte Civitatis, Cum domini priores ad eorum iudicum instantiam faciant vendi ipsa pignera que ipsi vendere vellet, et de iure vendi possent sono tube premisso et advocatis preconis in platea communis Lucerii, non tamen notando cuius sit pignus et debeant dari plus offerenti. Et super hoc debeant deputari per dictos dominos duo Cives Lucerini qui habeant notitias cuius sint aut fuerint illa pignera, et quid debeatur recte ipsi feneratori, et debeant accipere pretium dictorum pignerum et primo de dicto pretio satisfacere ipsi hebreo, quod super dicto pignere pecuniam mutuavit et quicquid fuit reliquum debeat restituere illi cuius primo fuit dictum pignus. Et pignera sic vendita possint postea exhiberi a civitate vel venire videlicet soluta primo debita gabella. Et aliter nec vendi nec exhiberi possint, nec licentia concessa valeat, et si cum contradixerit sit et habeat pro nulla. Et quicumque aliter exhibuerit aut vendiderit cadat qualibet vice in penam

Contra Iudeos pignora exhibentes vel vendentes. 206

315v

et reliqua duo tia Comunis Tuderti prout de penis maliorum qedit applicent.

Ego Petrus quondam Johannis de Putomorsis de Fiuzano Lunensis dyocesis publicus apostolica auctoritate notarius et nunc pro prefato domino nostro et romana ecclesia pro tempore et Comunis Tuderti Cancellarius ac notarius reformationum predictis decretis ordinamentis reformationibus approbationibus commissionibus laudimentorum relationibus atque omnibus aliis et singulis dum sic agerentur et fierent presens fui et rogatus scribere scripsi ac volumini ceterorum statutorum dicti comunis die decima nona suprascripti anni de mandato Magnificorum dominorum Priorum apposui In quorum omnium testimonium et fidem meum signum apposui consuetum.

Signum mei Petri  notarii et Cancellarii prenominati.

Dum ...

178

In nomine domini nostri Yhesu Christi amen. Anno ab eiusdem domini nativitate millesimo quatricentesimo trigesimo primo, indictione nona, tempore sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Eugenii divina providentia pape quarti, die sextodecimo mensis octobris.

Magnifici et potentes domini Marianus Petri, Jacobus Angeli Lupolelli, Cirfolaus Catalani, Paulus Benedicti, Ser Jacobus Mascianti, Peterus Johannes Narducii, Sensus Lanzenti, Janus Blaxioli, Jacobus Filippi, et Blaxius Johannis cives honorabiles tudertini domini priores populi et communis civitatis Tuderti in secretario palatii eorum residentie collegialiter existentes pro rebus tudertine reipublice utiliter ordinandis ac peragendis. Notitiam habentes quod Angelus alias Tosto et Nicolaus Angeli custodes carcerum communis Tuderti circa debita eorum custodie negligentes fuerunt et sunt, prout ex querela plurimum acceperunt quia nullus ipsorum moratur pro maiori parte temporis in domo dictorum carcerum ubi stare et morari debent, quapropter carcerati in ipsis carceribus famem et necessitates plurimas patiuntur. Volentes circa predicta remedium adhibere, dato facto et misso inter eos sollempni ac diligenti partito ad lupinos albos et nigros ut moris est, et demum obtento per omnes dantes et reddentes eorum lupinos albos del sic, unanimiter et concorditer ex omni eorum auctoritate arbitrio et balia eis concessis per statuta reformationes et decreta dicti communis, statuerunt deliberaverunt et decreverunt quod custodes predicti et alii qui pro tempore custodes erunt carcerum predictorum teneantur et debeant stare et morari in domibus dictorum carcerum continue, seu unus ex eis ad minus die noctuque ad hoc ut carcerati bene custodiantur et eorum necessitatibus provideatur, nec fame pereant, sintque parati includere et carcerari omnes illos quos offitiales dicti communis mandaverint in dictis carceribus mancipari. Et custodes ipsi qui in predictis contrafecerint puniantur qualibet vice in viginti soldis denariorum pro quolibet, auferendorum de facto per capitaneum vel per alium quemcumque offitialem dicti communis qui de predictis notitiam habuerit per ipsius inventionem seu cum dicti custodes vel alter ipsorum fuerit aut fuerint denuntiati vel accusati. Et quilibet offitialis communis Tuderti teneatur et debeat contra dictos custodes et utrumque ipsorum in predictis delinquentes de facto procedere et in dictis penis punire, in contrarium non obstantibus quibuscumque.

Et Ego Andreas graz Laurentii Andree de Tuderto publicus apostolica auctoritate notarius et nunc notarius reformationum et cancellarius communis Tuderti predictis omnibus et singulis dum sic ut premictitur agerentur interfui et ea rogatus scribere scripsi et publicavi, ac de mandato prefatorum magnificorum dominorum Priorum in presenti volumine statutorum dicti communis inserui et descripsi et ad fidem premissorum signum meum apposui consuetum.

Signum mei Andree notarii et cancellarii supradicti.

316v

De pena extrahentium granum

In nomine domini nostri yhesu christi amen. (103.

179 Hec est exemplum seu copia cuiusdam reformationis facte in consilio generali, et cuiusdam decreti facti per
dominos Priores populi et comunis civitatis tudertine registrati in libro reformationum decretorum et ordinamentorum dicti
comunis cuius reformationis facte tempore dictorum dominorum priorum tenor talis est videlicet.

Nomina dominorum priorum sunt hec videlicet.

Cecholus Iohannis manani
Petrus francisci mactheoli
Ser Andreas laurentij
Leonellus petri
Bartolaeus francisci Vrecluicij
Albertus Johannis benis
Angelus branche
Jeronimus puerelli
Pace Alcarelli
Domitius malatacte

In nomine domini nostri yhesu christi amen. Anno ab eiusdem domini nativitate millesimo quatricentesimo trigesimo
sexto. Inditione decima, tempore sanctissimi in christo patris et domini nostri, domini Eugenij divina providentia
pape quarti, die decimo mensis Januarij.

Convocato publico et generali consilio populi et comunis et consilium decem civitatis tudertine ad sonum
campane vocem que preconis secundum formam ordinamentorum dicti comunis de mandato magnificorum dominorum
priorum dicte civitatis, et Viri nobilis Nardi Jacobi de Salamonibus de Exculo honorandi capitanei dicte
civitatis ut moris est. Et ipso consilio congregato et adunato in secretario palatij solite residentie
prefatorum dominorum priorum vigore deliberationis facte sub die octavo presentis mensis Vir prudens Ser
Andreas laurentij unus dictorum dominorum priorum ex commissione sibi facta per viros magnificum Leonellum
petri priorem dictorum dominorum priorum surgens, premissa divini numinis invocatione devota facta per
prefatum priorem priorum proposuit in dicto consilio partes et propositas infrascriptas in hac forma videlicet. Nobiles et
circumspecti cives scire debetis quod pridem recepimus binas licteras a … domini thesaurarij in quibus re-
quisivit nos de impositione subsidij etc. Secundo vidimus occulata fide quod civitas nostra indiget
reparatione murorum etc. Tertio et ultimo videntes ut dixi prelia et gentes armorum undique consurgere
et multiplicare, propter que de levi varia committere mala possent et nunc granum recarum sit
timeatur quod ne penuria insurgat quam deus avertat. Quare circa hec consulere placeat quid
providentius existat ad hoc ut civitas tudertina opulenta sit grano nec artari possit pe-
nuria. Et nos curabimus dicta consilia ad effectum adducere nostro posse.

Xpoforus ser nicolai unus existens in dicto consilio surgens … ut moris est accedens ad locum
arengatorium consuetum adherens invocationi facte per dominum Priorem prefatum dixit et consuluit super prima
proposita etc. Ad secundam propositam dixit et consuluit etc. Ad tertiam propositam dixit et consuluit
quod pro habundantia conservanda in dicta civitate fiat decretum et statuatur ac reformetur quod nulla
persona civis comitativus sive forensis tuderti cuiuscumque status conditionis vel preeminentie existat
audeat vel presumat extrahere seu extrahi facere granum de civitate et comitatu tuderti et quod extrahentes
perdant bestias et salmas super quibus dictum granum deferrent que bestie inventum granum deferre
extra civitatem et comitatum tuderti et salme sint officialis et cuiuslibet alterius invenientis. Et
quilibet inventor dictum granum et bestias lucretur et ad eum pertineant et nichilominus quilibet
possit extrahentem capere et offendere in ere et persona absque aliqua pena vel banno quibuscumque in
contrarium non obstantibus quibus per presens consilium et decretum derogatum sit et esse intelligatur quo ad
premissa dumtaxat et etiam extrahentes predicti cadant in penam in statutis et ordinamentis dicti comunis contentis
Et capitaneus civitatis tuderti teneatur de predictis inquirere et repertos culpabiles in penis predictis
punire.

In cuius quidem consilij reformatione quamplures centum in dicto consilio consulentes ex deliberatione primo
habita inter prefatos magnificos dominos priores cum eorum consilio dato facto misso ac celebrato sol-
lemni et diligenti partito ad lupinos albos et nigros ut moris est super dicto et consilio reddito
per dictum xpoforum ser nicolai ad primam secundam et tertiam propositas factas in dicto consilio. Quod
cuicumque videtur et placet dictum et consilium dicti xpofori super dictis propositis reddat suum lupinum
album del sic, cui non contrarium videretur reddat nigrum del non. Datis demum et recollectis lupinis
placuit dictum et consilium super redditum per eundem xpoforum super predictis tribus propositis centum viginti
duobus in dicto consilio assistentibus dantibus et reddentibus eorum lupinos albos del sic et ita fuit
obtentum decretum ac sollempniter reformatum, triginta sex dantibus et reddentibus eorum lupinos
nigros del non et alijs quibuscumque statutis et ordinamentis disponentibus in contrarium nequaquam ob-
stantibus quibus quo ad premissa dumtaxat derogatum esse intelligatur.

Quod sindici comitatus debeant denumptiare extractores grani.

Die vndecimo mensis februarii

180 Magnifici et potentes domini domini priores populi et communis civitatis Tuderti in secretario palatii eorum solite residentie congregati collegialiter in numero. Advertentes quod opulentia civitatis et comitatus de grano et alio genere bladi optima est reipublice tudertine, qua opulentia permanente ipsius tudertine civitatis regimen detrimentum pati non potest. Volentes quod omni debita prudentia ac diligentia providere ne granum aut aliud bladum de comitatu tuderti extrahatur, dato misso ac celebrato inter eos sollempni et diligenti partito ad lupinos albos et nigros ut moris est. Et demum obtento per octo ex eis dantes ac reddentes eorum lupinos albos del sic non obstante uno nigro in contrarium reddito absente Alberto Johannis eorum collega legittima causa impedito. Ex auctoritate arbitrio potestate et balia eis concessis per statuta reformationes et decreta dicti communis hac lege sanctissima statuerunt ordinaverunt decreverunt et reformaverunt quod sindici castrorum et villarum ac locorum comitatus tuderti teneantur et debeant denumptiare referre et accusare quemlibet extractorem grani et alterius bladi de suo castro villa vel loco dicti comitatus extra comitatum et territorium dicti communis tuderti prout et sicut denumptiare referre et accusare tenentur per formam statutorum dicti communis alia maleficia que in dictis castris villis et locis dicti comitatus committuntur et fiunt. Sub pena et ad penam in dictis statutis et ordinamentis contentis pro quolibet sindico contrafaciente et qualibet vice. Et quod predicta publice per civitatem tuderti bandiantur et banditi faciat dominus capitaneus dicte civitatis in die fori et repertos culpabiles in predictis penis punire possit contrariis non obstantibus quibuscumque.

Contra impetrantes privilegia etc. et ipsis utentes. Reformatio.

181 In nomine domini nostri Jhesu Christi amen. Hoc est exemplum seu copia cuiusdam ordinamenti reformationis seu decreti facti per magnificos dominos priores populi et communis civitatis tuderti et alios presidum officiales dicti communis infrascriptos, quod ordinamentum reformatio vel decretum scriptum et adnotatum reperitur in libro reformationum dicti communis existente in cancellaria publica prefati communis, cuius quidem ordinamenti reformationis aut decreti cum eius intitulatione tenor hic est videlicet.

In nomine domini nostri Jhesu Christi amen. Anno ab eiusdem domini nativitate millesimo quadringentesimo tricesimo sexto indictione decima tempore sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Eugenii divina providentia pape quarti die tertiodecimo mensis februarii. Magnifici et potentes domini domini priores populi et communis civitatis tuderti una cum eorum consilio et laudabili officio viginti duorum civium electorum in secretario palatii solite residentie prefatorum dominorum et priorum ad negotia reipublice tudertine exequenda intendentes in numero congregati. Advertentes quod potestas dicti communis necessarium omnino existit et dato facto misso ac celebrato sollempni ac diligenti partito ad lupinos albos et nigros ut moris est inter eos et demum obtento per triginta quinque dantes ac reddentes eorum lupinos albos del sic non obstante uno nigro in contrarium reddito etc. Item dato facto misso ac celebrato sollempni et diligenti partito et obtento ut supra statuerunt ordinaverunt reformaverunt et decreverunt ad statum pacem et unionem civitatis tuderti et civium et comitativorum. Quod nulla persona civis comitativus vel forensis tuderti cuiuscumque status conditionis seu preeminentie existat, nec aliqua universitas castrorum villarum et locorum dicti comitatus tuderti audeat vel presumat in futurum et ex nunc in antea aliquo modo iure vel causa impetrare vel petere, seu impetrari vel peti facere per se vel alium aliquod privilegium immunitates exemptiones libertates franchitias seu reservationes de aliqua vel super aliqua re bonio vel iure dicti communis contra formam statutorum

317v

et ordinamentorum dicte civitatis per quod tollatur vel impediatur iurisdictio comunis Tuderti et suorum officialium sub pena quingentorum florenorum auri camere Tudertine applicandorum. Et si qua impetratio vel petitio facta esset preter et contra formam presentis decreti per aliquem civem, comitatinum seu forensem dicte civitatis de aliquo privilegio, immunitate, exemptione, libertate, franchisia seu rescripto, ipso privilegio, immunitate, exemptione, libertate, franchisia seu rescripto nemo possit vel aliquis uti possit aut gaudere quovismodo vel forma. Contrafaciens non in pena predicta puniatur et nichilominus non audiatur in civilibus vel criminalibus in aliqua curia dicti comunis coram aliquo rectore vel officiali dicte civitatis in agendo vel in defendendo. Et nulla persona de civitate vel comitatu Tuderti seu etiam forensis possit aut debeat pro predictis advocare vel procurare sub pena predicta.

Et ego Andreas condam Laurentii Andree de Tuderto regione Vallis et parrochie Sancti Quirici publicus apostolica auctoritate notarius et iudex ordinarius predicta omnia et singula de dicto libro reformationum dicti comunis sumpsi et prout in eo inveni ita hic fideliter et integraliter iterum descripsi et exemplavi et signum meum apposui consuetum in testimonium premissorum vigore mandati michi facti per magnificos dominos priores populi et comunis civitatis Tuderti sub sigillo dicti comunis, die quinto mensis martii millesimoquatercentesimotrigesimotertio, undecime indictionis.

In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo cccc xxxiii, indictione xi, tempore sanctissimi in Christo patris et domini domini Eugenii divina providentia pape quarti, die xii iulii.

Solebant in preteritum cives egregii Tudertini, quibus dulcis amor patrie erat, secundum antiquam et laudabilem consuetudinem sorte et fortuna et secundum merita ad offitium camerariatus dicte civitatis eligi. Nunc autem forenses et venales quibus alius amor est, vel ut proprius dicitur alia auri cupido constringit, parantes dictum offitium sub ovium vestimentis veniunt et sub ficto colore honestatis tamquam non amantes patriam, non contenti suo deputato et ordinato salario, plures extorsiones tam ad dampnum comunis Tudertini quam specialium personarum continue [illegible] gaudent. Quare magnifici domini priores populi et comunis civitatis Tuderti audientes [illegible] eorum [illegible] creat de fidelibus et legalibus [illegible] nostro [illegible] Tuderti [illegible] tam [illegible] succeimus quam utilitatis specialium personarum et ad utilitatem totius rei publice. Et refrenando cupiditatem hominum sacram auri famem habentium. Et ut pene formidine terreantur disponentes omnibus [illegible] salubri medicamine providere. Existentes una in antepositis [illegible] eorum consilio facto dato misso inter eos solempni et diligenti partito in secreto scrutinio ad lupinos albos et nigros obtento pro [illegible] xxii reddentes eorum lupinos albos del sic [illegible] in contrarium non obstantibus [illegible] ex omnibus eorum auctoritate potestate arbitrio et [illegible] eis [illegible] concessa et omni meliori modo via [illegible] et forma [illegible] magis [illegible] facere potuerunt statuerunt deliberaverunt ordinaverunt et [illegible] quod omnes et singuli camerarii cuiuscumque gradus vel conditionis existerent qui pro tempore fuerint ad cameram comunis Tuderti [illegible] esse debeant taciti et contenti eorum debito salario eis ordinato et deputato et non auferre ab aliquo aliquid [illegible]

282

Contra camerarium [illegible] [illegible] salario [illegible] libras [illegible] ij

solutis vel solvendis offitialibus vel aliis quibuscumque salariatis
dicti communis Tuderti ad penam decem florenorum pro quolibet floreno quod acceperit
ab inde infra, et solidorum xx pro quolibet bolonino. Et quilibet possit accusare et denumtiare
et teneatur in secreto. Et quilibet camerarius debeat in fine sui offitii fo-
ris de administratione sui offitii et de omnibus aliis ultra remissionem
[illegible] suorum librorum stare ad sindicatum x dierum. Et [illegible]
qui sindici eligi debeant per duos priores et sint simul cum defensore [illegible]
et [illegible] placeat dominis [illegible]. Addentes huic decreto quod nullus
iudex vel notarius civitatis Tuderti dicere possit vel alegare vel [illegible] pro
camerario contra cameram vel commune nisi [illegible] speciali [illegible] monstrat [illegible]
contra dictum camerarium ad penam xxv florenorum pro qualibet vice.

Ego Johannes de Berardellis [illegible] communis Tuderti predictis omnibus
[illegible] interfui et ea que rogatus scripsi et publicavi de mandato
[illegible] signum posui consuetum.

318v

Contra pizicarolo

In nomine domini Amen. Anno domini Millesimo quadringentesimo xxxiiii Indictione xii tempore Sanctissimi in christo patris et domini domini Eugenii divina providentia pape quarti die xvi mensis Iunii

Magnifici et potentes domini Iacobus Loffredi, Vistinus de monte castelli, dominus Paulus Corradeii, Pandulfus Teneruti, Petrus Simonis, Pierichanes Raynucoli, Antonius meneti Sotii, Antonius Andree al contento, Petrus Iacobucii de Viaplana et Mateus Polutii de porta fratta, omnes in unum collegialiter congregati in secretario palatii eorum solite residentie pro rebus rei publice utiliter peragendis et providendis. Quia sepe contigit multique in effrenes sepissime consueverunt, eorum sagacitatibus et cavillationibus, atque in regiis sue Artis onera nolle subire nec sue artis dispendiis necessariis velle contribuere, ac si nullatenus Artem exerceret. Sentientes nuperrime Aliquos expertis de Arte pizzicaroloum civitatis tudertine

c. 60 Renitentes et Recusantes solvere et contribuere expensis Ceri annuatim offerendi in festo Beati fortunati. Desiderantes dictis eorum malitiis et temeritatibus frenum et metam atque finale silentium imponere. Et dicte Arti Pizzicarolorum dicte civitatis tudertine legem et ordinem prescribere, Et eidem quantum potuerunt in hoc salubriter providere Ex omni eorum autoritate potestate Arbitrio et balia eis quomodolibet concessis et attributis per quacumque statuta ordinamenta et decreta dicte civitatis Et omni meliori modo via iure et forma quo et quibus magis et melius potuerunt et debuerunt Statuerunt ordinaverunt atque decreverunt et mandaverunt inviolabiliter observari Quod omnes et singuli qui dictam artem talem quale exercent vel futuris temporibus exercebunt in totum vel in partem, Teneantur et debeant solvere et contribuere omnibus et singulis impositis Ceri sancti fortunati, tam impositis quam imponendis per Consules dicte artis, et totum id et quicquid per dictos Consules dictum impositum et declaratum fuerit. Etiam si scripti non reperiantur seu reperiuntur in matricula dicte Artis pizzicarolorum. Et ad hoc intelligantur omnes Cives et Comitatenses Civitatis Tudertine. Et quilibet alia persona habitans in civitate vel comitatu tudertino dictam artem pizzicarolere exercentes ut supra dictum est scripti vel non scripti in dicta Matricula et dictam artem talem qualem et totum vel in parte exercentes Cuiuscumque status gradus vel conditionis existat. Vendentes etiam

- Oleum et Sal
- Tonninam
- Carnes salitas
- Sturiones et Alia salsumina
- Malorancia
- Camamapes Cincios et funes
- Vitrum laboratum
- Taleria sive scisoria
- Paropsides. Sulfarinos fusos et incicolos
- Perdices et alia volatilia cuiuscumque generis domestica et silvestra
- Burellas, et hamos, et alia ferramenta huiusmodi similia

Et mandaverunt istos tales sine aliqua exceptione aut contradictione quacumque solvere debere et contribuere ut supra dictum est. Etiam si cum tali misterio aliam Artem exerceret. Solvere teneantur et debeat atque contribuere dicto cereo sancti fortunati secundum quod impositum et declaratum fuit per Consules dicte Artis itaque in termino eis imposito solvisse videantur sine exceptione effectualiter omnem quantitatem eis impositam etc.

supradictos consules dicte Artis pizzicaiolorum debeant in dicti consules dicte artis quantitatem
solvendam per supradictos tales vinciarios distribuere et compescere cum discretione secundum
quod plus et minus dictam Artem exercent, ita quod in effectu solvat quantum in aliqua alia
arte solveret pro palio cereo. Super quibus, tandem facto dato misso et celebrato inter
eos solemni et diligenti partito ad lupinos albos et nigros ut moris est et demum optento
tempto pomes. Sic ut supra statutum ordinatum stabilitum atque firmatum fuit ac decretum
pariter et oppetitum aliquibus statutis ordinamentis reformationibus aut decretis in contrarium
dicentibus vel disponentibus quomodo modo non obstantibus. Et maxime non obstante statuto
posito in volumine statutorum dicti communis in quinta distinctione sub rubrica vii. Et sic voluerunt
et mandaverunt rogantes me Johannem notarium et cancellarium infrascriptum ut predicta omnia et singula
scripta in publicam formam inseram in presenti volumine statutorum Civitatis Tuderti.

Actum in civitate Tuderti in palatio Magnificorum dominorum Priorum in secretaria dicti palatii
cui palatio a primo latere est platea magna communis a secundo latere est platea sancti
Johannis a tertio latere sunt vie publice et alia latera.

Ego Johannes Berardelli de Berardellis de Tuderto publicus apostolica et imperiali auctoritate
notarius et iudex ordinarius nunc notarius reformationum et cancellarius communis Tuderti
predictis omnibus et singulis interfui ea que rogatus scripsi et publicavi manu propria Et de mandato
dictorum dominorum Priorum ea in presenti volumine statutorum inserui Et ad fidem premissorum
meum signum posui consuetum

Signum mei Johannis

Notarii et cancellarii suprascripti

319v

In nomine domini nostri yhesu xpi amen. Anno ab eiusdem domini nativitate millesimo quatricentesimo trigesimo sexto indictione decima tempore sanctissimi in xpo patris et domini nostri domini Eugenij divina providentia pape quarti die duodecimo mensis martij.

Magnifici domini domini priores populi et comunis civitatis tuderti una cum eorum consilio in numero sufficienti et commendabili viginti duorum civium et consulibus artium eiusdem civitatis in secretario palatij solite residentie dominorum dominorum priorum ad invicem congregati pro eorum officio laudabiliter exercendo. Cum civitas tudertina et eius comitatus multum inhabitata et inculte possessiones et predia manent propter guerras et orribiles ac amarissimas pestes que dudum in civitate et comitatu predictis extiterunt et sic habitatoribus diminuta exhausta et depopulata est. Volentes ac cupientes iuxta posse providere ad hoc ut ipsa civitas [illegible] ne dum suis civibus et comitatinis verum alienigenis habitatoribus repleantur. Dato misso ac celebrato inter eos solleni et diligenti partito ad lupinos albos et nigros ut moris est. Et tandem obtento per triginta dantes et reddentes eorum lupinos albos del sic nullo in contrarium unanimiter et concorditer ex omni eorum auctoritate arbitrio potestate et balia eis concessis et attributis per statuta reformationes et decreta dicti comunis et omni meliori modo via iure et forma quibus melius potuerunt statuerunt ordinaverunt reformaverunt et decreverunt.

Quod quicumque forensis vel advena in preteritum venisset et in futurum venerit ad habitandum familiariter
36 in civitate vel comitatu tuderti possint licite libere et secure in dicta civitate et eius comitatu stare morari et habitare non obstante quocumque debito ad quod esset alicui forensi obligatus. Nec possit quemquam in dicta civitate vel comitatu tuderti pro aliquo debito ad quod supradicti forenses essent quolibet obligati alicui forensi cuiuscumque conditionis existat etiam si esset obligatus vigore publici instrumenti vel sententie. Nec possint quemquam in supradicta civitate vel eius comitatu pro aliquo delicto per eos commisso in personam vel in rem cuiuscumque forensis. Et predicta voluerunt locum habere in delictis seu debitis vere in civitate et comitatu tuderti contractis vel commissis. Et habeat et habere debeat habuisse intelligantur tutum liberum et salvum conductum in dicta civitate et eius comitatu standi morandi et habitandi libere et secure omni prorsus impedimento reali et personali cessante. Nec non immunes et exempti sint et esse intelligantur cum eorum familiis vigore presentis decreti et ordinamenti ab omni onere reali et personali dicti comunis ordinario et extraordinario seu mixto imposito et imponendo pro tempore et termino viginti quinque annorum futurorum a die quo talis forensis ad dictam civitatem et eius comitatum veniet vel venisset ad habitandum ut dictum est. Quem quidem salvumconductum et immunitas seu exemptio etiam si opportunum fuerit et ad petitionem et requisitionem cuiuscumque forensis qui veniret seu venisset concedantur et concedi possint et debeant in scriptis per magnificos dominos priores dicte civitatis prout et sicut eisdem dominis prioribus videbitur et placebit. Et si quis salvusconductus exemptio vel immunitas hactenus concessus seu concessi fuerint per prefatos dominos priores alicui forensi qui in dicta civitate vel comitatu ad habitandum venisset debeant observari in qualibet parte sui. Mandantes omnibus et singulis officialibus civitatis predicte tam presentibus quam futuris et tam civibus quam forensibus quod predicta omnia et singula in presenti decreto contenta et omnem immunitatem et exemptionem ac salvumconductum concessum vel concedendum ut supra fertur observent et observare debeant ac facere ab aliis observari sub pena quinquaginta florenorum auri camere tudertine applicandorum in quibus debeat tempore eorum sindicatus per eorum syndicatores condempnari. Si contra fecerint iure canonico vel civili ac statutis ordinamentis reformationibus et decretis factis vel fiendis et maxime statuto de quarentena in contrarium disponentibus in aliquo non obstantibus.

Actum in civitate tuderti in secretario palatij solite residentie dominorum dominorum priorum posito in regione sancti silvestri et parochia sancti iohannis de platea iuxta plateam magnam dicti comunis et plateam sancti iohannis viam publicam et alia latera.

Ego Andreas quondam laurentij andree de tuderto regionis vallis et parochie sancti quirici publicus apostolica auctoritate notarius et iudex ordinarius predicta omnia et singula de libro reformationum comunis tuderti scripta [illegible] manu [illegible] et publicata manu ser egidij de balneoregio olim cancellarij dicti comunis [illegible] et cum eo invenio ita hic fideliter et integraliter exemplavi scripsi et in presenti volumine [illegible] vigore mandati [illegible] dominos priores civitatis tuderti.

277

pisces

In nomine dni nri yhu xpi amen. Anno ab eiusdem dni nativitate millesimoquatercentesimoquadragesimosecundo Indictione decima tpore sanctissimi in xpo patris et dni nri dni Eugenii divina prudentia pape quarti die octava mensis martii .

Magnifici dni priores populi et cois civitatis tuderti in eorum palatii residentie secretario congregati una cum ipsorum consilio in numero opportuno et officio vigintiduorum civium electorum habentes omnimodam maxime ad ista auctoritatem dato facto et misso inter eos sollempni partito ad lupinos albos et nigros ut moris est / et tandem obtento per viginti duos dantes ac reddentes eorum lupinos albos del sic nullo in contrarium decreverunt et ordinaverunt quod nulla persona possit vendere seu emere pisces nostratos in aliquo loco dicte civitatis vel comitatus nisi solum et duntaxat ad marcellum dicti cois / Nec ultra decem et octo denarios pro qualibet libra dictorum piscium ad pondus Contrafaciens vero in emendo vel vendendo pena quadraginta soldorum vice qualibet puniatur Et quilibet possit contrafacientem denuptiare et accusare et habeat quartam partem dicte pene et nomen eius teneatur secretum Et predicta capitaneus civitatis tuderti bandiri facere debeat publice per dictam civitatem et repertos culpabiles in penis predictis punire .

Ego Andreas condam laurentii Andree de tudertini regionis vallis et parrochie sancti quirici publicus apostolica auctoritate notarius et judex ordinarius predictum decretum scriptum manu mei in libro Reformationum dicti cois tempore ser egidii de balneo regis olim cancellarii dicti cois hic scripsi et asscripsi de verbo ad verbum ex deliberatione dnorum priorum populi et cois civitatis tuderti sub anno dni MCCCCXLII die XX mensis martii ut patet manu ser victorii de narnia cancellarii dicti cois etc.

In dei nomine amen. Anno ab eiusdem nativitate Millesimoquatercentesimoquinquagesimo Indictione quinta. Tempore Sanctissimi in xpo patris et dni nostri dni Nicolai divina providentia pape quinti die vero vigesimotertio mensis Septembris

278

[illegible]

pro Armaiuolis

[illegible]

Ego [illegible] nostri utriusque auctoritate notarius [illegible]
de quinta [illegible] Andree laur[illegible] [illegible] cancellarius dicti cois [illegible]
[illegible] fideliter [illegible] scripsi [illegible] nullo [illegible]
[illegible]

320v

Actum Tuderti in secretario palatii solite habitationis et residentie magnificorum dominorum priorum dicti comunis, quod palatium positum est in dicta civitate iuxta plateam comunis, plateam sancti Fabiani et alios fines, sub dictis anno millesimo et diebus supra.

Ego Johannes ser Angeli de Camerino publicus et imperiali auctoritate notarius et nunc notarius reformationum et cancellarius magnifice civitatis Tuderti suprascriptis omnibus sic scriptis et ordinatis interfui, rogatus scribere ea scripsi et publicavi signumque meum posui consuetum.

signum mei notarii dicti

Exequutum

In Dei nomine amen. Anno a beatissima nativitate Millesimo quatricentesimo quinquagesimo octavo, inditione VI, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Pii divina providentia pape secundi, die vero XXVIII mensis Augusti.

Magnifici domini priores populi et comunis civitatis Tuderti in eorum secreto consilio in secretario palatii collegialiter congregati, intellectis murmuribus civium et comitatinorum Tuderti aliorum querelis propter crebras et indiscretas executiones et exactiones iniustas que contra per officiales fiunt, pro quibus providere volentes ne aliquid fiat iniustum, et quod subsidia datie et collecte ac alie pecunie cum effectu solvantur, et officialium [illegible] et sine iniuria debitores, celebrato sollempni et diligenti partito ad lupinos albos et nigros ut moris est, et attento quod viginti reddentes lupinos albos del si, unanimiter et concorditer ex omni eius auctoritate concessa per statuta et reformationes comunis [illegible], omni quo meliori modo via et forma quibus melius fieri potest, statuerunt decreverunt et reformaverunt hanc legem perpetuo valituram, quod nullus officialis dicti comunis possit vel debeat pro aliquibus debitis camere vel comunis aut specialium personarum facere aliquam executionem in civitate vel comitatu Tuderti sine licentia dominorum priorum dicte civitatis obtenta sollempniter per sex partitis lupinorum albos del si ad minus, et in qua exprimantur omnia et singula de quibus executores facere debent in presentium rectis, et quod quoque quales libere dari qua in effectum solum faciet recipere possint et debeant dari [illegible] et non ultra [illegible] accipiendis aut pignoribus [illegible] fuerit decretum positum, volumus statuta manu ser Nicolai de [illegible] in suprascriptis et expressis forma statutis posita in pena distinctionis. Et si officialis vel alius aliquem gravare vellet pro eo de quo dictam licentiam non monstraret, liceat eo tempore pignus denegare, et si non gravare permittere impune sine tamen in culpa [illegible]. Et hec et locum habeant in executionibus promissis per conscriptum superiorum. Huiusmodi aut licentie non requirantur in debitis [illegible] a petitis et sententiatis coram in foro iudiciario, pro quibus solvit executor nihil accipere possit vel debeat ad penam pro quibus promissorum et quibus consueverint et [illegible], que in statutis dicti comunis continentur et reformatis. Preterea et nullus officialis possit recipere ultra quatuor bolonenos nisi [illegible] a creditore ad penam decem librarum. Et dicti executores locum non habeant die veneris, sabbati et dominica pro debitis camere et comunis et dominorum potestatis [illegible] contrarium sint liberi in civitate. Mandantes presens decretum [illegible] valere [illegible].

Ego Bartholomeus Angeli [illegible] de Tuderto publicus imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius et nunc notarius [illegible] reformationum [illegible] rogatus scripsi [illegible] et meo signo [illegible] publicavi.

321

b

Decretum p armagiolis

In nomine domini Amen. Anno dni millesimoquatricentesimosexagesimo quarto indictione duodecima tempore pontificatus Sanctissimi in xpo patris et dni nri dni Pauli divina providentia pape secundi die vero quinto mensis septembris

Magnifici dni priores ppli et Comunis Civitatis Tuderti in secretario solite residentie collegiate congregati ut rebus sue rei p. comode et opportune providerent: Volentes ut in civitate Tuderti armorum copia futura esset, et ut qui dicta arma tergerent vel denovo facerent possint ad debitum tempus pretium eorum industrie et laboris percipere: Misso inter eos partito ad lupinos albos et nigros de more et obtento legitime per octo ex eis reddentes eorum lupinos albos del sic nullo nigro in contrarium reperto Absentibus tamen S agto S Iacobi et Nicolao Laurentii de numero dnorum priorum legitima causa impeditis: Et omni auctoritate et arbitrio eis per statuta et reformationes Comunis Tuderti concessis et attributis: deliberaverunt, decreverunt, et ordinaverunt, quod omnes et singuli armagioli qui ad tergenda arma vel facienda venerint vel stabunt in civitate Tuderti possint et eis licitum sit arma ipsis ad tergendum data postquam illa terserint per unum mensem si patroni dictorum armorum infra dictum mensem illa non reluent et pretium laboris et industrie illis armagiolis non solverint, arma illa penes ebreos deponere pro quantitate quam recipere debeant pro industria et labore ipsorum impune et absque supervenientes incurrant patronis armorum: Hoc legitime deliberantes ac decernentes

Et ego Petrus Iacobi de Apolito publicus imperiali auctoritate notarius et nunc notarius reformationum ac vicecancellarius Magnifici Cois Tuderti predictis omnibus interfui et ea rogatus scribere scripsi et publicavi Signumque meum apposui consuetum in fidem et testimonium omnium premissorum



321

In nomine domini Amen. Anno domini MCCCCXXXIIII Indictione XII tempore Sanctissimi in Christo patris et domini domini Eugenii divina providentia pape quarti die XXVIII mensis Iunii.

Magnificus et Generosus miles et Comes dominus Iohannes de Uffreduciis de Firmo etc. Locumtenens Civitatis Civitatis Tuderti pro Illustrissimo et excelso domino domino Comite Francischo Sfortia vicecomite Codignole et Ariani Comite, Marchie Anconitane dignissimo Marchione ac Civitatis Tuderti et aliarum domino et armorum capitaneo etc. Existens in civitate Tuderti in palatio populi solite sue habitationis et residentie videlicet in sala anteriori dicti palatii versus plateam magnam Civitatis Tuderti. Viso audito et examinato diligenter dicto decreto et visis omnibus contenta que in qualibet parte sui videntur esse iusta ex omni eius auctoritate potestate arbitrio et baylia sibi quomodolibet concessis et attributis. Et omni meliori modo via iure et forma quibus [illegible] magis et melius facere potuit atque debuit dictum decretum suprascriptum tamquam iustum et iuxta, Approbavit, Emolologavit, et confirmavit. Mandans expresse ipsum pro statuto et lege iustissima perpetuis temporibus inviolabiliter observari ipsumque acceptari et insereri iussit in volumine statutorum. Et hoc presentibus domino Antenorre Tomassi domini Catalani et domino Mabrino Andree Cayadi Civibus Tudertinis in quorum presentia supradictus magnificus dominus locumtenens predictis sua interposuit auctoritatem atque decretum presente me notario infrascripto.

Ego Iohannes Berardellus de Berardellis de Eugubio publicus imperiali et apostolica auctoritatibus notarius et iudex ordinarius nunc notarius reformationum et cancellarius Communis Tuderti et magnificorum dominorum priorum. Predictis omnibus et singulis interfui eaque rogatus scripsi et publicavi meumque signum posui consuetum.

Signum mei Iohannis  notarii et cancellarii infrascripti etc.

In nomine domini amen. Anno domini M°CCCCXXXV die XXIIII Augusti XIII indictione [illegible] Christo patre [illegible] divina providentia pape [illegible] Magnifici potestates [illegible] Jacobi [illegible] [illegible] [illegible]
Johannes [illegible] Johannes [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Antonii Anglina [illegible] [illegible] Thomas
[illegible] aldrevantis [illegible] Angelus rosetti [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] cives [illegible] cives [illegible]
collegialiter congregati [illegible] palatio [illegible] [illegible] [illegible] rei publice [illegible] Considerantes
quod sepissime Comitatini [illegible] [illegible] [illegible] maxime [illegible] utilitatibus [illegible] aurei [illegible]
temerarie audent aliquo favore supplicare ut Cives efficiantur. Et quia [illegible] sunt in [illegible] se [illegible]
intuitu efficere [illegible] alia cives [illegible] tamquam [illegible] inter [illegible]. Quod siquidem [illegible] [illegible]
Civium [illegible] tediosum et exosum [illegible] [illegible] videtur. Volentes omnibus scandalis [illegible] [illegible]
ex predictis [illegible] possent emergi, quantum eis possibile est obviare habita [illegible] in hoc [illegible] deliberatione [illegible]
[illegible] celebrato solemni [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible] ut moris est et [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nullo [illegible] [illegible] reddito vel [illegible] [illegible]
61 [illegible] [illegible] Arbitrio [illegible] ex forma statutorum [illegible] atque decretorum [illegible] [illegible] quo [illegible] [illegible]
[illegible] meliori modo via iure et forma quo et quibus magis et melius fieri potuerunt et debuerunt [illegible]
statuerunt atque inviolabiliter decreverunt Quod nullus Comitatinus vel alius cuiuscumque status gradus vel [illegible]
existat audeat vel presumat supplicare nec possit effici civis nec umquam recipiatur [illegible] nisi [illegible] [illegible]
[illegible] quod est [illegible] Civitatis Et ultra hoc solvat [illegible] Et ante omnia Centum ducatos Venetos
Et si aliter vel alio modo fieret non valeat ipso iure. Addentes [illegible] decreto Quod nullus audeat vel presumat
nec possit dictam [illegible] vel [illegible] [illegible] aliter alio modo quam formam presentis decreti, Et [illegible] [illegible]
[illegible] Centum ducatos venetos, ad penam viginti quinque florenorum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
Et [illegible] [illegible] [illegible] palatii [illegible] utilitatibus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
Et teneantur dicti [illegible] priores [illegible] [illegible] [illegible] effectum. Aliquibus contrarietatibus [illegible]
statutis ordinamentis atque decretis in contrarium vel in oppositum tractantibus vel disponentibus [illegible]
modo non obstantibus nec aliis quibuscumque Rogantes me [illegible] notarium [illegible] [illegible]
Atque [illegible] [illegible] ut de [illegible] [illegible] faciam in presenti folio [illegible] [illegible] decretum [illegible]
[illegible] in presenti volumine statutorum Registrare

Ego Johannes de Berardellis de [illegible] publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] notarius reformationum [illegible] dominorum priorum et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
Et ea rogatus de mandato dictorum dominorum [illegible] publicavi meum [illegible] [illegible]

Contra laboratores forenses fugientes nulla roe laboritu reddita

In dei noie Amen. Anno dni Millo quatricentessimo trigesimo sexto xiiij^a ind
tpe sanctissimi i xpo pris dni dni Eugenij diuina prouidentia pape quarti die vi^a fan.

Conuocato et cohadunato consilio secreto Magnificorum dnorum priorum populi et com
Ciuitatis Tuderti ad sonum campane et requisitione famuli ut moris est coram magnificis dnis
pdictis collegialit aggregatis i secretario palatij eorum dnorum solite residentie ad utilit prouidendum
sup necessariis i(n)cumbentibus rei publice tudertine. In quo quidem consilio secreto dns prior priorum
222 pposuit i(n)frascriptas prepositas. sup quibus petijt reddi sanum et utile consilium pro dicta re
publica.

Et obmissis aliis prepositis sic sequitur

Tertio cum consueuerint forenses laboratores ciui et comitatinorum Ciuitatis Tuderti i(n) dapnum eorum
Ciuium et comitatinorum, non visa, nec reddita ratione i(n) salutato hospite fugam adripere. Ut cau
tius pdictis ciuibus ac comitatinis sit prouidere placeat

Sentatus Vir Anthonius Cicholini Unus exdictis consiliariis i(n) eo consilio oppotuno existentibus
dixit et consuluit sup tertia prepoita videlicet sup fuga quam p sepissime laboratores forenses Ciuium
et comitatinorum consequuntur. Ut ne aliquis laboratorum pdictorum i(n)iuste ac i(n)debite consequi valeat
28 nulla reddita roe administrationis laborerij, nec obtenta, aut petita aliquali licentia pntium
serie, ac vigore liceat omnibus Ciuibus et comitatinis dicte Ciuitatis Tuderti capere quoscumque
laboratores forenses i(n)debite, ac i(n)iuste, nulla reddita roe laborerij et administrationis
familiarit discedentes de dicta Ciuitate aut suo comitatu, eosdemque sic captos ad dnis pri
oribus consignare nec de hysdem aliquid distribuere preter voluntatem dictorum Magnificorum dnorum
priorum sub pena refectionis dapni et i(n)teresse eius ad quod dicti capti laboratores tene
rentur. Qui laboratores si recusauerint se capi aut se defenderint liceat volen
tibus eos capere eosdem offendere sine pena et banno aliquo quoquomodo i(n)ferendo p
officiales dicte Ciuitatis Tuderti. Teneantur aut dicti dni priores eo casu iustitiam
sumarie utrique ptium administrare

Misso aut sollepni et diligenti ptito sup dicta tertia pposita et contentis i(n) ea ad lupinos
albos et nigros i(n) hunc modum videlicet ut quicumque vult et sibi placet consilium redditum
p dictum anthonium consultorem sup dicta tertia prepoita et contentis i(n) ea mictat lupinum suum
album de sic. Volens uo contrarium mictat lupinum suum nigrum de no. datis et recolle
ctis dictis lupinis ut moris est, repti sunt decem et nouem lupini albi de sic, nullo
nigro repto de no. Et sic fuit dictum ptitum reformatum sup dicta tertia ppoita auc
ctoritate dictorum dnorum priorum et dicti consilii secreti etc.

Johanes Sfortia de actendolis Comes Cotignole etc. Confirmamus et approbamus supradictum
decretum factum contra laboratores forenses quibuscumque i(n) contrarium non obstantibus quibus
ex certa nra scientia expresse derogamus. datum i(n) Ciuitate Tuderti i(n) palatio nre residentie
die xxvj Januarij millio quatricentessio trigessio sexto.

Ut non possit aliquis exhibi aut adoffitium coīs pter formam decretorum recipi nec i(n) bussulari

Bartholomeus mattei dni sss

223 In dei noie Am. Anno dni millio quatricentessimo trigessio sexto xiiij^a ind tpe sanctissi
mi i xpo pris et dni dni Eugenij pape quarti diuina prouidentia, die vicessima secunda
53 mensis februarij

Conuocato / atq coadunato consilio secreto magnificorum dnorum populi et cois Ciuitatis Tuderti in secretario palatii eorum magnificorum dnorum solite habitationis et residentie coram eisdem .. dnis collegialiter aggregatis i dco secretario / ad sonum campane requisitionem tamen dcorum dnorum priorum / ut moris i dicta Ciuitate dudum extitit / In quoquidem consilio predicti Magnifici dni priores Una cum dco eorum consilio et dictum consilium Una cum dictis dnis ad conseruandam rectam Vite Viam / ac iustitie seriem. Cum dudum aliqui prioratus dce Ciuitatis consueuerint propria complacentia ducti aut amica / marsupea officialium i bussulatorum i mittere iam extractos de eisdem marsupeis officiales et id ante finitam i bussulationem contra omnem iustitiam / honestatemque. Inde et apud graues et iustos Viros sonare ne dum turpe / aut i honestum / Verum scelestissimum quod / ac nefarium Videtur / pluraque alia fugienda et reprobanda etenim comisisse circa eam rem / aut materiam. Igitur diligentia / aut fide quanta eorum animus Valet i tendentes ut tales etenes / aut expertes Viri / metu aliquo sub protectionem iustitie reducantur / ne ita ultro i scelera prolabantur / ordinauerunt et plene constituerunt Ut sequis cuiuscumque conditionis / aut status Videatur homo de dca Ciuitate / aut comitatu eiusdem / ut ea i ciuitate habitans siue de nro magnificorum dnorum priorum / siue eorum cancellarius et dicti cois / siue dnus cap ut aliquis eiusdem officialis / siue dnus defensor dce Ciuitatis / qui tunc concurrerent / aut aliquis consiliarius de secreto / aut speali consilio dce Ciuitatis audeat / aut quouismodo presumat ut attentet aliquem mittere i marsupeum / aut pissidem magnificorum dnorum priorum / siue nois camerarie dci cois / siue nois banci militum / siue consiliariorum consilii secreti ut i marsupeum siue pissidem spectantiatorum dcorum officiorum / In quibus marsupeis et pissidibus essent officiales dcorum officiorum i bussulati / quousque dca i bussulatio perdurauerit / aut aliquis i tus fuerit sub pena et ad penam viginti quinque ducatorum de facto exigendorum pro quolibet predictorum contra faciente / aut consentiente / cuius pena medietas medietas applicetur camere .. dni nri francisci fortie et cet. et alia cois populi dce Ciuitatis. nec non ordinauerunt / constituerunt et decreuerunt / quoscumque expedictos teneri ad eamdem penam / qui a dudum i bussulatis i dictis marsupeis ut bussulis aliquem detraherent ut assumerent preter et Ultra Viam iustitie ordinamentorum et statutorum dce Ciuitatis / atque ad eamdem penam teneantur presentes et consentientes dum predicta sic i iusta et i honesta agerentur / tractarenturque / aut extrahendo / aut i mittendo / adiungendoue ut quauis causa et motu permutando dicta officia / ut predictorum quodlibet contra presens decretum quousque prima i bussulatio / ordinationum finita non fuerit et perdurauerit sub dca pena exigenda de facto absque ulla remissione a quolibet contra presens decretum faciente / aut attentante. Misso autem sollepni et diligenti partito i ter dcos magnificos dnos priores et eorum consilium ad lupinos albos et nigros de predictis conseruandis obtentum et reformatum fuit per decem et sectem lupinos albos de sic / duobus nigris non obstantibus de non et sic fuit Victum et reformatum dictum partitum super predictis et predictorum quolibet / atque ordinauerunt sub dca pena ut nullus ad dca officia recipi possit / aut acceptari et cet. preter ordinamenta dce Ciuitatis et cet. nisi per sollepnem deliberationem consilii generalis dce Ciuitatis et cet. non aut contra ordinamenta specialiter fieri possit sub dca pena et cet.

Iohanes fortia de Attendolis comes Cotignole et cet. Confirmamus et approbamus supradictum decretum et contra facientes preter Viam iustitie et tenorem dicti decreti pena i dco decreto assecta puniantur datum Tuderti i palatio nre residentie die xiiii Martii millesimo quatricentesimo trigesimo sexto

Contra Carnifices permictentes Iudeos mactare Aratia et Iudeos Vinum Vendentes

Bartholomeus mandato . ss.

Nicolaus nota Aro. Anno dni millesimo quatricentesimo trigesimo sexto xiiii Indictione tempore sanctissimi in Xpo patris et dni dni Eugenii diuina prouidentia pape quarti die Vicesima nona mensis martii

323

Congregato simul et in unum consilio oportuno sive secreto magnificorum dominorum priorum com. et populi Civitatis Tuderti in secretario palatii eorum solite habitationis et residentie ad sonum campane et requisitionem tamen eorum dominorum ut moris est coram eisdem magnificis dominis in dicto secretario collegialiter stantibus propositum fuit de eorum dominorum mandato per me cancellarium infrascriptum quid videtur et placet utrum Iudei possint ut soliti sunt ut ne interimere animalia aut mactare ad carnificinam dicte Civitatis. Qui domini priores et eorum dictum consilium animadvertentes pariter una voce iniustum esse alteri agere quod ab alio recipitur. Hinc est quod Iudei minime distribuere aut assumere delectantur carnes cuius animalis mactati aut interempti pro Christiana religione et Christiani utro et indifferenter assumunt carnes animalium pro Iudea religione interemptorum ut eadem mensura eisdem metiatur et ut in hiis aliisque nostra religio eos emineat et eorum opera. Misso sollempni et diligenti partito per me cancellarium infrascriptum inter eos eorum dominorum mandato super predictis et infrascriptis et obtento partito per viginti unum lupinos albos de sic nullo nigro obstante de non deliberaverunt ordinaverunt eorum potestate et arbitrio et decreverunt Ut nullus carnifex sive becharius dicte Civitatis quocumque in loco existens possit aut audeat presentium serie permictere aut pati aliquem Ebreum quovis tempore interimere aut mactare sive necare aliquod genus animalium comestibilium nec aliquo modo tangere sub pena decem librarum de facto exigendarum a quolibet contra faciente cuius pene dimidium vendicetur camere dicti com. et aliud dimidium ei qui dictum contra facientem denumptiaverit et cuilibet liceat denumptiare et eius nomen teneatur secretum per officiales dicti com. Et si dicti Ebrei dicte Civitatis aut comorantes domibus eorum mactarent aliquod animal et residuum quod noluerint dicti carnifices venderent in eandem penam cadant ita ut nullo modo possint carnes mactatas aut factas per aliquos Ebreos vendere aut vendi facere dicti carnifices. Nec non ordinaverunt et decreverunt supradicti magnifici domini priores et eorum consilium ut dicti Ebrei tempore Recollectionis vinarum non possint nec debeant pedibus premere aut calcare uvas ut soliti sunt neque vinum vendere aut vendi facere alias tempore dicta in Civitate et suo comitatu sub dicta pena pro quolibet et qualibet vice contra faciente et similis pena sit Christianis qui permicterent dictas uvas pedibus premere et calcare. Mandantes michi cancellario dicto ut predicta volumini statutorum inungam ac apponam.

Iohanes Fortia de Attendolis Comes Cotignole etc. Confirmamus et approbamus supradictum decretum factum factum et ordinatum ac decretatum contra Iudeos. Mandantes omnibus et singulis officialibus Civitatis Tuderti quatenus dictum decretum observent et faciant inviolabiliter observari in contrarium non obstantibus quibuscumque. Datum Tuderti in palatio nostre residentie die secundo aprilis millesimo quatricentesimo trigesimo sexto

Contra Iudeos signum in pectore non portantes et Iudeas anelos ad aures

224 In dei nomine Amen. Anno domini millesimo quatricentesimo trigesimo sexto, xiiii indictione tempore Sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Eugenii divina providentia pape quarti die decima nona Iunii

Magnifici domini priores populi et com. Civitatis Tuderti videlicet Bartholomeus [illegible] Polellus Ser Francisci Ser Iohanes [illegible] Leonardus Petri Ser Mathiuus Bartholomei Baptista Alberti Galeocti [illegible] Franciscus Anthonii [illegible]

Comuni collegialit(er) stantes i(n) secretario palatii eor(um) solite residentie Una cu(m) consilio oportuno sine secreta et dicti(m) consilium Una cu(m) dictis d(omi)nis prioribus eodem i(n) secretario aggregatum ad sonu(m) campane ut moris est. Volentes executioni tradere remissione(m) i(n) eos d(omi)nos priores et dictu(m) corp(us) consiliu(m) sup(er) ordinatione et modo signi portandi p(er) Ebreos i(n) d(ic)ta Ciuitate et suo comitatu factam p(er) consiliu(m) g(e)n(er)ale ut plene patet libro reformationu(m) manu mei cancellarii i(n)frascripti sub die decimaoctaua Junii d(ic)ti anni. Suadente eti(am) canone (Varii) differente(m) p(er) turma(m) Ebreaz rebelle(m) ad necessaria et om(n)i ep(iscop)te p(er)ditio(n)i a sanctissima nostra Christiana religione, qua(m) i(n) xpo fideles procul dubio i(n)diderent i(n)stantiu(m) quantu(m) possunt et Christiane religionis fideles iusto ecclesiastico et seculari debeant attendere et diligent(er) p(ro)uidere. Ut Ebrei sua lege more bus bita apparibus signis et distinctionibus om(n)i(n)o indubie cognoscantu(r), ne cognita pro i(n)cognitis habeantu(r). quod eti(am) Veteri p(ri)mo discrimen n(ost)ra p(ro)ui(m) summo studio diuinitus et humanitus fugere scriptu(m) est, id certe et o(mn)es fugere om(n)es debent. Igitu(r) omni mo(do) via iure causa et forma, quibus melius fieri pot(est) et vigore d(i)c(t)e remissionis consilii g(e)n(er)alis ut sup(ra) die decimaoctaua mensis Junii plene patet libro reformationu(m) manu mei cancel(larii) i(n)f(rascript)i Constituerunt, sanctiuerunt et decreuerunt Ut mag(iste)r Emanuel, mag(iste)r Angelus et Salomon Ebrei habitantes i(n) Ciuitate Tuderti et quilibet alius Ebreus habitans ea i(n) Ciuitate uel suo comitatu aut i(n) futuru(m) habitaturus ab etate decenni sup(ra) recepta teneatur et debeant om(n)i(n)o ferre hinc i(n) posteru(m) p(er) Ciuitate(m) et co(mi)tatu(m) Tuderti Unu(m) signu(m) rotundu(m) i(n)frascripte magnitudinis et forme coloris ialdi i(n) pectore dextro sed ita et b(e)n(e) ut palam sit omnibus et ab omnibus clare Videatu(r). quod eti(am) signu(m) i(n)telligatu(r) i(n) masculis Ebreis sub pena quinquaginta librarum d(enariorum) de facto exigenda p(er) officiales d(i)c(t)i co(mun)is contra quemlibet d(i)c(t)or(um) Ebreor(um) et quolibet vice repertor(um) sine d(i)c(t)o signo et sine modis et formis p(re)dictis que pena applicata sit camere d(i)c(t)i co(mun)is ea consuetudine et distinctione quibus pene maleficior(um) distribuuntur et ut maius robur p(rese)ns decretu(m) teneat liceat cuilibet officialium d(i)c(t)i co(mun)is et ciuibus et comitatinis d(i)c(t)os Ebreos sine d(i)c(t)o signo repertos conducere ad cap(itaneum) d(i)c(t)i co(mun)is pro conductione aut captione qui ceperint et conduxerint lucrentu(r) medietatem d(i)c(t)e pene. Teneatur et et debeat sub d(ic)ta pena quicu(m)q(ue) Ebreus forensis qui Venerit ad d(ic)tam Ciuitatem et eius comitatum ultra duos dies quibus steterit i(n) d(ic)ta Ciuitate aut comitatu ferre dictu(m) signu(m) modis p(re)dictis et conditionibus. Femine aut(em) Ebree a decennibus sup(ra) receptis teneantu(r) et debeant i(n) posteru(m) ferre ad aures unu(m) aneliu(m) uel circulum siue circuliu(m) p(ro)missum more aliar(um) Ebrear(um) simile ferentiu(m) sub d(ic)ta pena et pro qualibet vice reperta sine dicto anelo aut circulo uel circlo. Semp(er) tamen expresso ut repertor aut i(n)uestigator modis p(re)dictis tam contra Ebreas habitantes q(uam) forenses et feminas p(ri)m(o) p(re)dictor(um) tenore lucretur medietatem d(i)c(t)e pene et alia medietas applicata sit ut sup(ra). decreuerunt et ut Urbanius i(n)uetris et moralius cu(m) dictis Ebreis Viuatur ut nullus audeat cuiuscu(m)q(ue) status aut conditionis quouismodo ut colore molestare dictos Ebreos uel aliquem ip(s)or(um) i(n) rebus et p(er)sonis sub pena statutor(um) d(i)c(t)i co(mun)is, teneatu(r) tamen p(ro)inde pater pro filio et frater pro fratre ad d(ic)tam penam. Misso inde sollemni et diligenti p(ar)tito p(er) me cancel(larium) i(n)frascriptum sup(er) p(re)dictis ad lupinos albos et nigros ut moris est i(n)ter dictos m(agnificos) d(omi)nos priores et corp(us) consiliu(m) dictu(m) fuit dictum p(ar)titu(m) Victu(m) et obtentu(m) p(er) decem et nouem lupinos albos de sic, nullo nigro reperto de no(n). ubi sic fuit reformatum et deliberatum

die xxi Junii

Supradicti d(omi)ni priores collegialit(er) existentes i(n) secretario palatii eor(um) solite residentie i(m)posuerunt et mandauerunt [illegible] et [illegible] publicis preconibus d(i)c(t)i co(mun)is p(rese)ntibus et i(n)telligentibus ut [illegible] conferant ad loca publica et consueta d(i)c(t)e Ciuitatis et ibidem alta uoce [illegible] tube p(er)misso bannizent et p(ro)mulgent o(mn)ia et singula i(n) d(i)c(t)o decreto contenta. Qui i(n)mediate [illegible] dicti factam remissionem [illegible] et redierunt referendo [illegible] i(n)frascripto dicta [illegible] ut habuerunt i(n) mandatis etc.

324v

In dei nomine Amen. Anno domini a nativitate eiusdem millesimo quatricentesimo tregesimo septimo
tempore sanctissimi in Christo patris et domini domini Eugenii divina providentia pape quarti die vii mensis
februarii

DE CIPPO COMUNIS QUOMODO APERIRI DEBEAT

Convocato consilio opportuno aut secreto magnificorum dominorum priorum comunis et populi Civitatis
Tuderti in secretario palatii solite habitationis et residentie eorum dominorum ad sonum campane et requisi-
tionem familiarium ut moris est numero sufficienti una cum dictis magnificis dominis prioribus
collegialiter stantibus dicto in secretario. Qui magnifici domini priores omnino intenti ad comodum
rei publice Tudertine eam rem publicam constitutionibus et decretis amplificare una cum dicto
eorum consilio secreto animadvertendo maxime ut undique amplificanda res publica sit igitur omni
226 modo via iure forma et causa quibus melius fieri potest et eorum omni potestate arbitrio et facultate
quovismodo concessis per statuta et ordinamenta dicti comunis ut omnes et singuli introitus extraordinarii Cippi
dicti comunis et omnes eius comunis introitus maiores comode ac recte distribui et ordinari possint sine
De ordine introitum cois fraude et deceptione aliqua ordinaverunt et omnino decreverunt ut Cippus dicti comunis extraordinariorum
non possit nec debeat aperiri sine presentia Camerarii notarii Camere et Cancellarii dicti comunis
atque non possit pecunia extrahi introitibus dicto comuni contingentibus alium aut recipi nomine comunis
sine presentia dictorum sub pena viginti quinque florenorum de facto exigenda a quibus contra ve-
nirent maxime ab hiis qui dicti Cippi claves detinent que pena distribuatur ad fabricatorem
murorum dicte Civitatis aut ad reparationem palatii magnificorum dominorum priorum. De quibus
introitibus Cippi et maiorum dictus Cancellarius teneatur et debeat scribere quantitates
in libro reformationum dicti comunis et nomina eorum apud quos dicti introitus nomine dicti comunis fuerint
deputati aut depositi nec possit aliquis officialis extraordinariorum assumere ratam sibi contin-
gentem vigore statutorum nisi quando fuerit dictus Cippus apertus sub dicta pena. Teneatur
tamen dictus officialis scribere omnes aliquid solventes in dicto Cippo et causas solutionis ut
videatur ex quibus eidem officiali pro rata contingat. Misso autem sollempni et diligenti partito
ad lupinos albos et nigros de partitu inter eos dominos priores et eorum dictum secretum Consilium
victum et obtentum fuit dictum partitum per viginti lupinos albos de sic nullo nigro reperto
de non. Et sic dicta fuerunt deliberata et reformata auctoritate dictorum magnificorum
dominorum priorum et dicti consilii.

DE CEREIS PORTANDIS PER PRIORES

Die xvii mensis maii dicti anni

Consilio secreto magnificorum dominorum priorum comunis et populi Civitatis Tuderti aggregato et
convocato ad sonum campane et requisitionem tamen ut moris est in secretario palatii solite habitationis
et residentie dictorum dominorum priorum mandato et commissione eorum coram eisdem magnificis dominis collegialiter existen-
tibus et simul ac pariter dicti magnifici domini priores cum dicto Consilio et dictum Consilium una cum
de cereis portandis p. p. cum eis magnificis dominis affecti dignitatem decus et ornatum magnifici officii prioratus augere
ideoque omni cura sublimare ut recte ac munifice in re publica Tudertina vivatur deliberaverunt
et decreverunt ut hinc in posterum ad maiorem splendidum et magnificentiam officii prioratus ut
domini priores dicte Civitatis teneantur et debeant omni hora qua ipsi aut ipsorum quilibet discederet
227 de eorum palatio noctis tempore ferri facere ante quemlibet eorum per Civitatem unum cereum
accensum ponderis trium librarum cere tum in se conferendo ad eum palatium tum et in redeundo
domum sub pena decem librarum denariorum pro qualibet vice et quolibet eorum qui sic non egerit de suo salario
retinenda per camerarium dicti comunis. Quam dictus camerarius retinere debeat in fine eorum
dominorum officii sub dicta pena et easdem decem libras solvere debeat pro evidenti opportunitate
reparationis aut actationis dicti eorum palatii non autem per aliam viam sub dicta pena. Misso
cum sollempni et diligenti partito ad lupinos albos et nigros super premissis mandato dictorum magnificorum
dominorum priorum per me cancellarium infrascriptum victum fuit et obtentum partitum per viginti duos
lupinos albos de sic nullo nigro reperto de non. Et sic auctoritate presentis aggregationis fuit
decretum et deliberatum.

In dei nomine Amen. Anno domini a nativitate eiusdem millesimo quatricentesimo trigesimo sexto xv. ind. tempore sanctissimi in Christo patris et domini domini Eugenii divina providentia pape quarti die xvi mensis Junii

De Honore p. dni Prioris pro Honore Prioris de crateribus mense d. p.

229

Consilio opportuno sive secreto aggregato in secretario palatii solite residentie magnificorum dominorum priorum populi et comunis Civitatis Tuderti ad sonum campane more solito et moris coram dictis magnificis dominis prioribus collegialiter existentibus dicto in secretario super opportunis rei publice tudertine. Cum magnifici domini priores et idem consilium simul ac pariter affecti et omni diligentia intenti ut magnificum officium prioratus omni ex parte et quantum animi ac eorum posse est amplificetur adornatum ac gloriam rei publice dicte Civitatis. Animadvertendo maxime quemdam inconsideratum morem diu detentum in quo quilibet novus dominus prior in prioratu quolibet consuevit solvere aut distribuere unum florenum ac ultra in epulas et cenas praeter modestum et ordinatum edulium que omni officio resecanda ymmo fugienda videntur potissime si ad tacitum et bene consideratum morem dictus florenus statuatur pro rei publice tudertine honore et gloria. Quamobrem ordinaverunt et decreverunt ut quilibet novus dominus prior in quolibet prioratu teneatur et debeat unum florenum deponere aut solvere depositario dicti comunis ordinato aut ordinando de suo salario prioratus primi mensis, quem florenum dictus depositarius ad requisitionem omnium dominorum priorum et per sollempnem bullectam debeat spendere evidenter pro crateribus, bacilibus sive baccilis et pelvibus ut pro omnibus suppellectilibus opportunis et necessariis mense dictorum magnificorum dominorum priorum ex argento conficiendis et non pro re alia sub pena dupli eius quod aliter solverit. Si autem dicti magnifici domini priores id recusaverint aut quovismodo non fecerint camerarius dicti comunis aut is qui eorum salarium solveret teneatur de eodem salario retinere dictum florenum et dicto depositario solvere ~~sub pena~~ sub pena vigintiquinque librarum pro eisdem rebus convertenda et similis pena intelligatur de dicto depositario ut vetusta consuetudo restringendarum epularum pro ad splendorem Civitatis proveniat. De quibus omnibus dominus capitaneus dicti comunis executionem faciat et facere debeat contra dictum camerarium et depositarium sub dicta pena vigintiquinque librarum. Misso autem sollempni et diligenti partito ad lupinos albos et nigros de predictis fuit dictum et obtentum per decem et septem lupinos albos de sic duobus nigris non obstantibus de non.

dicta die

Dicti magnifici domini priores et idem Consilium pro comuni comodo et utilitate publica eodem in secretario ordinaverunt et decreverunt ut de cetero nullus beccarius dicte Civitatis possit aut debeat quovismodo ~~em~~ emere aut emi facere ante vesperas aliquem castronum usque numerum trium castronorum die sabbati in dicta Civitate sub pena quinque librarum pro actatione palatii dictorum dominorum priorum de facto solvenda. Possit autem emere ab uno homine sive ab uno venditore simul et semel maiorem numerum eo super scripto. Misso eorum sollempni et diligenti partito ad lupinos albos et nigros de predictis fuit dictum partitum victum et obtentum per decem et novem lupinos albos de sic nullo nigro reperto de non. Et hoc intelligatur pro qualibet et qualibet vice et quolibet castrono etc.

Contra beccarios

229

Ego Johannes Ser Angeli de Camerino publicus et imperiali auctoritate notarius et nunc notarius reformationum et cancellarius magnifice Civitatis Tuderti supscriptis omnibus interfui rogatus scribere scripsi et publicavi signumque meum posui consuetum.

Signum mei notarii dicti

325

In dei nomine Amen. Anno domini ab nativitate eiusdem millesimo quatricentesimo trigesimo ottavo prima
inditione tempore sanctissimi in Christo patris et domini domini Eugenii divina providentia pape quarti die no-
vembris mensis februarii

Magnificis dominis prioribus populi et communis Civitatis Tudertinorum. Cecho Simonis, Francisco Simo-
nis, Pero Francisci Mactioli, Paulo Benedicti, Baptista Angeli, Alberto Petrutii, Jeronimo Francisci,
Christoforo Martinelli, Petro Coli Manitelli et Valente, ac eorum consiliariis secreti consilii collegia-
liter aggregatis in secretario palatii solite habitationis et residentie dictorum magnificorum dominorum priorum, quod
eum consilium convocatum et congregatum fuit ad sonum campane more solito ut moris est super re-
publice dicti communis gerendis et consulendis, fuit coram eis positum [illegible] priores predictos ut ex quo
in Civitate Tuderti [illegible] laborantur [illegible] providenti pro-
videre aliquid et ordinare pro bono et commodo dicti communis providendum. Itaque positum fuit per eosdem dominos
priores priorum ut cum magno more ammirati tollantur pignora pro dativis et oneribus dicti communis, que
negligentia retinentur perdunt, si placet provideatur. Qui magnifici domini priores una cum dictis con-
siliariis et dicti consiliarii una cum dictis magnificis dominis prioribus animadvertentes dictas duas partes
[illegible] bonorum et utile publicum dicti communis [illegible] considerare [illegible] ut quanto [illegible]
plurium [illegible] Civitate et suo districtu et comitatu [illegible] et [illegible] et maius decus et gloria
dici et reputari dicte Civitati potest [illegible] omni eorum potestate et facultate, quamobrem eis magnificis dominis prio-
ribus et consiliariis per statuta et ordinamenta dicti communis concessis et attributis et omni modo via iure, causa
et forma quibus melius fieri potest et debet, ordinaverunt et decreverunt et presenti lege municipali volu-
erunt ut in dicta Civitate et suo comitatu nullus possit nec quisquam debeat in publico, nomine vel modo
aut causa cudere et laborare aliquod [illegible]
centum librarum denariorum applicanda reparationi murorum dicti communis pro qualibet vice [illegible]
et pro quolibet contrafaciente et cuilibet liceat denuntiare et accusare omnes contra presens ordinamentum
facientes, et qui accusator habeat quartam partem dicte pene et quartam habeat officialis qui hos reperiet
delinquentes. Teneantur autem officiales omnes dicti communis procedere et investigare circa predicta in quibus
si negligentes fuerint cadant in eandem penam de eorum salario retinendam. Et predicta intelligantur tam
de civibus quam de forensibus et comitativis dictum degentibus contra hanc formam [illegible]
Misso autem sollempni et diligenti partito inter dictos magnificos dominos priores et dictos consiliarios ad lupinos
albos et nigros fuit obtentum et ottentum per decem et novem lupinos albos de sic, uno nigro reperto
non obstante. Mandantes omnibus officialibus dicti communis ut predicta observent et observari faciant
et michi cancellario infrascripto ut presens ordinamentum scribam et ponam in volumine statutorum dicti communis

Jacobus

Eodem stanti dicti magnifici domini priores et consiliarii secreti ut supra intenti ad commodum publicum
dicti communis circa dictam partem pignorum, ordinaverunt et constituerunt dictis auctoritate et facultate supra-
ut omnia et singula pignora ablata pro dativis et oneribus realibus dicti communis tam civibus quam forensibus
et comitativis ~~dicti communis~~ debeant publice in platea dicti communis diebus sabbati et festivis vendi et vendi
de pignoribus vendendis facere per massarium aut alium cui assignata essent pignora sub pena decem librarum denariorum pro qualibet
pignore non vendito post assignationem sibi pignorum factam, prius in de factu tribus banimentis infrascriptis
modis et formis, videlicet ut dictus massarius vel conservator pignorum teneatur et debeat assignatis sibi
pignoribus post unum elapsum mensem facere fieri tria banimenta infra otto dies diebus sabbati
et festivis de dictis pignoribus et plus offerenti vendere et dare et officiales vel alii exactores
dictorum pignorum teneantur sub dicta pena dicto massario aut alii conservatori assignare pignora
ablata infra tempus si fieri quod possibile sit assignasse, que pene applicate sint fabricatus et repara-
tioni murorum dicte Civitatis. Et dictus massarius aut alius conservator teneatur et debeat

290

pecunias quibus vendiderint ea pignora infra tres dies post venditionem solutionem
in datiis et oneribus communis, quorum ea pignora ablata fuerint pro satisfactione
debiti communis quibus pignora ablata sunt, sub dicta pena decem librarum pro quolibet
libra die quo fuerint in mora solvendi, elapsis hiis tribus diebus, applicata dicte
reparationi. Et sub eadem pena officiales dicti communis teneantur ~~facere~~ eius
pene facere executionem contra predicta facientes. Misso autem sollempni
et diligenti partito inter predictos ut moris est deprehensum fuit partitum dictum
obtentum per decem et septem lupinos albos dedit, tribus nigris non obstantibus
de non.

Actum Tuderti in palatio solite habitationis et residentie magnificorum dominorum
priorum supra scriptorum, quod palatium situm est in dicta civitate iuxta plateam communis,
plateam Sancti Iohannis et alios fines, sub millesimo die anno et mense dictis supra.

Ego Iohannes Ser Angeli de Camerino publicus et imperiali auctoritate notarius
et nunc notarius reformationum et cancellarius magnifice Civitatis Tuderti
supra scriptis omnibus sic gestis interfui, rogatus scribere scripsi et publicavi et
signum meum posui consuetum.

signum mei notarii dicti

3260



Contra fornachiarios

In dey noie Am . Ano dni millo quatricentesimo trigesimo sexto, xiiij Ind. tpe sanctissimi i xpo
prs et dni dni Eugenij divina providentia pape quarti . die vicesima prima mensis decebr

Consilio secreto magnificor dnor priorum populi et cois Civitatis Tuderti simul coraz dcis
21 magnificis dnis convocato et aggregato i secretario palatij dcor dnor solite residentie i nuo suf-
ficienti adsonuz campane et requisitionez tam ut moris est . Dcti magnifici dni priores una
cuz dco eor consilio et dictuz consiliuz cuz dictis dnis prioribus pariter audi(entes) ac itenti adpublicaz
et coez utilitatez Civitatis Tuderti circa defectuz paucitatis forme mattonuz sive laterum / tegu-
larum / coppor / planellar et quatrellor . quos artifices earum ipntiarum construunt ac plas-
mant / atque certis retroactis consueverunt tpoibus i conteptuz antique forme dcar rerum dce
Civitatis . Igitur ut forma circa pdicta / que patet i foribus palatij dnor prior . de qua i
statuta dci cois fit mentio plenius servetur ac clarius i teligatur dcar rerum forma / oi
modo / via / iure / causa et forma / quibus melius fieri pot / ordinaverunt / reformaverunt et
decreverunt Ut omes et singli artifices psentes et futuri Civitatis Tuderti / qui nunc construunt
aut faciunt ut i futuruz construent sive facient mattones sive latera / tegulas / coppos / pla-
nellas et quatrellos teneantur et debeant eosdez facere et construere tante forme / qui dequocti
et exequti oi opere traditi sine aliqua diminutione sint et esse debeant conformes et simile for-
me apposite porte palatij dnor prior dci cois et tantus sit quilibz mattonuz / tegularuz / coppor
quanta est dca forma apposita porte dcor magnificor dnor prior sub pena decez librar
pro quolibz contra faciente et qualibz vice et cuilibz liceat dictos artifices contra pdicta facientes
denumptiare et denumptiator habeat quartaz ptez dce pene . Misso aut sollepni et diligenti
ptito pme cancellariuz i frascriptuz mato dcor dnor ad lupinos albos et nigros i ter eos dnos
et eor consiliarios de predictis . Victuz et obtentuz fuit deuz ptituz p viginti duos lupinos albos
de sic / nullo nigro repto de no . Et sic fuit sup pdictis reformatuz dictuz ptituz etc.

Actuz in civitate Tuderti in secretario palatij solite habitationis et residentie magnificor dnor
prior populi et cois Civitatis Tuderti quod palatiuz positum est i dca Civitate iuxta plateaz cois
plateaz sancti Johanis / viaz cois et al fin . sub dictis ut sup anno millo / mensibus et diebus

Ego Andreas olim Laurentij Andree de Tuderto region Vallis et parochia sancti Quirici publicus
apostolica auctoritate notarius et iudex ordinarius et nunc notarius reformationum et vicecancellarius cois
Civitatis Tuderti pdictis omnibus et singlis dum sic ut pmictitur agerentur i terfui et ea ro-
gatus scribere de mato pfator dnor priorum scripsi et pbl publicavi signumque meum sup posui consuetum

Ego Johanes Ser Angeli publicus et imperiali auctoritate notarius de Civitate
Camerini et nunc notarius reformationum et cancellarius Magnifice Civitatis
Tuderti supradictis sic celebratis et decretis ut supra scriptis interfui et ro
gatus scribere scripsi et publicavi et signum meum posui consuetum
quia magnifici domini priores mandaverunt predicta omnia per me dictum cancellarium in presenti vo
lumine transcribi et statutis dicti comunis adiungi et apponi et sic confirmato ego.



Signum meum Johannis supscripti

Contra laboratores terrarum forensium

Hoc est exemplum sive copia cuiusdam decreti reperti in quodam quinterno reformatio
num comunis et populi Civitatis Tuderti manu Ser Andree Laurentii de Tuderto tunc
272 Vicecancellarii dicti comunis ob mei Johannis cancellarii infrascripti absentiam, cuius tenore et
continentia inferius adnotatur videlicet

In nomine domini nostri yhesu christi Amen. Anno ab eiusdem domini nativitate millesimo quatrecentesimo
trigesimo sexto. Indictione quartadecima tempore sanctissimi in christo patris et domini nostri domini Eugenii
divina providentia pape quarti die trigesima mensis Julii

Magnifici domini priores populi et comunis Tuderti in secretario palatii eorum solite reside
ntie convenientes in unum una cum eorum consilio in numero oportuno et sufficienti et
quibusdam aliis civibus tudertinis pro negotiis dicti comunis ordinandis, considerantes
quod dudum laboratores terrarum forensium in comitatu Tuderti portarent ad terratium omnis comunis annu
atim tenebantur, quod cum utilissimum sit ipsi comuni et reipublice comodum, id susitare et obser
vari facere volentes modo et ordine infrascripto, facto prius, dato, misso et celebrato inter
predictos omnes sollempni et diligenti partito ad lupinos albos et nigros ut moris est
et demum obtento per viginti duos ibidem existentes dantes et reddentes eorum lupinos albos
de sic, nullo nigro in contrarium. statuerunt et ordinaverunt decreverunt et providerunt quod
quilibet de Civitate et Comitatu Tuderti et quivis alius in dictis Civitate et comitatu Tuderti
habitans, qui laboraret aliquas terras et possessiones sitas in dicto comitatu et ex pertinentiis quocumque
modo sive et causa ad aliquem seu aliquos forenses non habitantes in dicta Civitate et comitatu
et cuiuscumque conditionis et preeminentie existant, Teneatur et debeat infra octo dies a die ha
initii dicti locandi vel conductionis talis laborerii computandos se coram dominis prioribus, qui
sunt et pro tempore erunt presentare et nomen ipsius laboratoris et quantitatem terrarum predi
ctarum et quod sint terre, quas laboraret specifice scribi facere per cancellarium comunis Tuderti

p dictos dnos priores deputandum i libro noviter conficiendo et solvere camrio p dictos dnos eligendo quolibz anno clementie augusti viginti soldos pro quolibz quatingo terrarum pdictarum positarum i comitatu Tuderti et quatraginta soldos pro quolibz quattigo dictarum terrarum sitarum extra comitatum Tuderti / quas laboraret / ut dictum est. Contra faciens non i predictis vel aliquo predictorum pena viginti quinque flor auri vice qualibz puniatur. Et q sindici castrorum et villarum / aut aliorum locorum comitatus Tuderti ubi dicti laboratores habitarent seu i quorum tenuta tenuta terre pdicte laborarent et site essent teneantur et debeant elapso termino dicti bannimenti sub dicta pena referre et denuptiare capitaneo Civitatis Tuderti dictos laboratores. Et cuilibz liceat contra facientes i predictis vel aliquo pdictorum denuptiare et accusare et habeat quartam ptem pene / que ex eius denuptiatione vel accusatione i coi pveniet et nomen eius teneatur secretum. Et q pecunie colligende a dictis laboratoribus et pene predicte distribuantur et convertantur in muritio et fortificatione murorum Civitatis Tuderti / Teneatur et debeat Capitaneus Civitatis Tuderti pmo mense sui regiminis pdicta bannire facere et reptos culpabiles condepnare et punire i penis predictis

De modo distribuendi onera in Comitatu

Dum a i sup inter comitatinos Tuderti varie sepissime oriuntur lites / dissentiones et controversie i assectatione onerum / Volentes predictis finem i ponere / facto misso et celebrato sollepni ptito iter pdictos et obtento / ut sup / Statuerunt et ordinaverunt et decreverunt / q dicti comitatini teneantur et debeant oia et singula ~~oia~~ onera ordinaria / et
2 extraordinaria seu mixta quecumque i posita et non dum exacta et et i ponenda / i ter se ad invicem dividere sortiri et assectare / ac distribuere pro ut et sicut pformam statutorum et ordinamentorum dicti cois sortiri / assectari et distribui debet terziaria vz. pro quarta pte iter lares et capita equabiliter ad plus / id est pro medietate dicte quarte capitibus et pro alia medietate dicte quarte laribus et pro reliquis tribus ptibus pro ere et bonis ad minus. Et qui contrafecerit i predictis i flor viginti quinque distribuendis et convertendis i muritio pdicto vice qualibz condepnetur coi Tuderti Et cuilibz liceat contrafacientes denuptiare et accusare et habeat quartam ptem pene / que ex eius denuptiatione vel accusatione i dicto coi pveniet et nomen eius teneatur secretum Et Capitaneus Civitatis Tuderti teneatur et debeat i predictis i quirere et contrafacientes i penis predictis punire.

Actum in civitate Tuderti i secretario palatii magnificorum dnorum priorum cois et populi Civitatis Tuderti / quod palatium positum est i dicta civitate iuxta plateam dicti cois plateam sancti Iohannis / viam cois et alios fines. Sub dicto millesimo / anno mense et die ut sup

Ego Johanes ser Angeli de Camerino publicus imperiali auctoritate notarius et nunc notarius reformationum et cancellarius magnifice Civitatis Tuderti dictum exemplum sive copiam prout in dicto quinterno inveni ita hic fideliter traduxi et examplavi nil addens vel minuens quod sensum mutet vel variet intellectum nisi forte punctum vel silabam per errorem et ideo exemplo sive copie predicto exemplaui signumque meum posui consuetum. Et cum magnifici domini priores mandaverunt michi Johanni predicto cancellario predicta in presenti volumine per me scribi et poni et presens volumen statutorum dicti communis volumini apponi et iungi et sic fideliter egi



Signum meum Johanis supscripti

In dei nomine Amen. Anno domini millesimo quatricentesimo trigesimo sectio (?) ... tempore sanctissimi in Christo patris et domini domini Eugenii divina providentia pape quarti die ... mensis Januarii

Magnifici domini priores populi et communis Civitatis Tuderti collegialiter aggregati in secretario palatii communis solite residentie ad comodum rei publice Tudertine mandaverunt michi cancellario infrascripto ut certa decreta supra scripta mei tempore ordinata apponere debeam volumini statutorum dicti communis, nec non commiserunt et imposuerunt Macturio et Marciolo publicis preconibus dicti communis presentibus et intelligentibus ut illico vadant ad loca publica et consueta dicte Civitatis ubi solitum est fieri bannimenta et ibidem alta voce sono tube premisso parte egregii legum doctoris domini Lodovici de Cotumis collateralis et nunc vicecapitanei spectabilis viri Angeli de Strociis de Florentia honorabilis capitanei dicti communis et parte et commissione communis dominorum banniant promulgent et narrent subentes dicant omnia et singula in dictis decretis contenta quorum tenor tunc inscriptis datus fuit dictis preconibus per me cancellarium infrascriptum et omnia alia dicant et faciant que tenentur et debent circa predicta et predictorum quolibet

Qui predicti publici precones immediate post dictam commissionem eis factam se ipsos personaliter contulerunt ad dicta loca publica et consueta ubi solitum est bannire et ibidem redeundo michi cancellario infrascripto retulerunt dixisse et fecisse ut potum (?) fuit in mandatis

Ego Johanes ser Angeli de Camerino publicus et imperiali auctoritate notarius et nunc notarius reformationum et cancellarius magnifice Civitatis Tuderti supradictis omnibus interfui rogatus scribere scripsi et publicavi signumque meum posui consuetum



Signum meum Johanis predicti

328v

Decreta contra exhentes grassiam

In nomine domini nostri yhesu xpi Amen. Infrascripte sunt quedam reformationes et decreta super facto grassie Repertis in libro reformationum Comunis et populi magnifice Civitatis Tuderti scriptis et publicatis manu ser Johannis ser Angeli de Camerino olim dicti Comunis cancellarii folio sexagessimoprimo, cum confirmatione domini ... In presenti volumine scriptis per me Jordanum domini Angeli de Camino notarium publicum et nunc notarium reformationum cancellarium dicti Comunis mandato et commissione m. d. priorum dicte Civitatis in forma de insertione huiusmodi. Sub annis domini millesimo quadringentesimo quadragessimo Indictione tertia tempore domini Eugenii pape quarti et die xv. Novembris Cuiusquidem reformationis confirmationis domini vero infrascriptus denotatur et est talis videlicet.

Johannesfortia de Attendolis comes Cotignole etc. Prudentibus magnificis dominis prioribus Civitatis Tuderti et quibuscumque eorum officialibus super extractione frumenti ordei spelte et quorumcumque leguminum et grassie de Civitate Tuderti et eius comitatu de quibus non aliter confidimus quam de nobis. Ut possit et valeant contra quoscumque portatores et exhentes dictum frumentum ordeum speltam alia legumina grassiam quam providere et inquirere et in huiusmodi dispositione ordinare facere et exhentes ipsos punire prout et quemadmodum vobis prudentibus et fidelitatibus videbitur et placebit et in his omnibus gerere et supplere vices nostras. tenore presentium facultatem potestatem arbitrium et bayliam quibus nos ipsi uti possemus damus concedimus et impartimur. Dantes etiam attribuentes eisdem libertatem et amplissimam potestatem multandi condepnandi et puniendi tam penaliter quam alio quovismodo quoscumque exhentes et portantes quecumque genera victualium. Mandantes omnibus et singulis officialibus Civitatis Tuderti quod in omnibus et singulis que circha premissa inspecerit et mandaverit prefati domini priores ipsis et cuilibet eorum pareant et efficaciter intendant sicut haberint gratiam nostram caram. Valituris his usque ad nostrum beneplacitum et mandatum. In quorum omnium fidem optimam has nostras licteras fieri fecimus et nostri sigilli iussimus impressione muniri. Datum in Castro Montanilly die xvj. decembris 1439

Bartolomeus etc.

Die xvj. decembris

Magnifici domini priores videlicet Baptista Francisci Antonii. Leonardus ser Antonii iusticie. Leonardus Angeli et petrutius ser Nicolaus ser Johannes Bartolomeus Cittolini Guidarellus Bartolini petruspaulus menentii. petrus Andrioli de burgonovo et paulus Johannis alias mantellino de ... existentes collegialiter adgregati in secretario palatii solite habitationis et residentie eorum dominorum volentes rei publice Tudertine omni fide ac solecitudine subvenire. qua cum nil stultius rem publicam dennet quam fides. ... et Auctoritatis eis per predictum bullettinum attributa et omni eorum arbitrio ordinaverunt ... mandaverunt ad commodum et fertilitatem dicte rei publice infrascripta decreta. Misso autem sollenni et diligenti partito inter eos et per me cancellarium infrascriptum mandato dominorum dominorum in hunc modum videlicet. Cui quicumque vult et sibi placet infrascripta decreta vigore dicti bullettini et eorum auctoritatis, mictat lupinum suum album del sic Volens vero contrarium nigrum del no. Datis igitur lupinis albis et nigris et repertis fuerunt novem lupini albi del sic nullo nigro lupino contrarium del no reperto videlicet.

In primis quod nullus homo aut persona cuiuscumque status aut conditionis tam civis quam comitatinus dicte Civitatis Tuderti audeat vel assumat vel possit vigore presentium et dicti bullettini tenore exhaurire vel exhi facere quomodolibet aliquod genus grani frumenti, ordei, spelte, leguminum aut grassie vel id quod ad victum spectaret de Civitate predicta et suo comitatu sub pena et ad penam totalis perditionis rei quam quis exheret et aliis insuper talis prohibita res deferret. Et ad penam xxv. florenorum de facto exigendorum contra hos exhentes et dicto modo fraudantes absque aliqua remissione quorum dictorum quam perditione rerum et aliarum tertia inventori et investigatori dictarum fraudum et dicta pena xxv. florenorum applicata et vendenda sit Camere Illustris d. n. Francisforthe etc. Intelligatur tamen fraus commissa et facta fore contra hoc decretum dummodo res extracta aut conducta sit extra portam dicte Civitatis aut extra possessionem alicuius castri dicti Comitatus dicte Civitatis.

Item quod vigore predictorum liceat omnibus officialibus Civitatis et comitatinis dicte Civitatis perquirere invenire ac predictos omnes exhentes aliquid predictorum et ab eis exigere tam penas quam addictas inventores prout mandatur

fi etiam ad penam addendam Camere applicandas. Et nichilominus possit et valeant in favorem punitionis dictorum frau-
dantium et exhentium quemcumque quoscumque homines qui de ipse locum staret ubi dicti exhentes reperti fuerint
qui tenuerint invicem vomiti aut incidentes facerint ibi livare sub pena dictorum xxv. floren. si vomiti et
dictum est non reverteant.

Item liceat cuique dicte Civitatis et comitatus denuptiare et accusare predictos exhentes coram officialibus dicte Civi-
tatis. cuius nomen secretum teneatur. qui accusator habeat dimidium dicte pene condepnationis alia non medietas
sit dicte Camere. et credatur iuramento dicti accusatoris cum uno teste.

Item expressum et declaratum fuit non posse procedi contra exhentes predictos qui fecerit bulletinum dicti illu. d. nostri
sanctissimi et suorum magnificorum factorum.

Item adveniente casu ut dicti exhentes reperti minime permicteret dictas penas exigere aut de facto se defen-
derent contra perquirentes et ceptores. Liceat ceptoribus et perquirentibus dictos fraudantes et exhentes sic
defendendo offendere manu et armis usque ad mortem inclusive et absque aliqua pena et banno aliquo
in hac persona.

Dicta die.

Supradicti dni priores in dicto secretario stantes extemplo post predicta imposuerunt Mathiutio suo socio publico
tubicini dicti Comunis quod per omnia loca publica dicte Civitatis alta voce tubicinaret ut moris est. Qui
tubicen retulit per omnia tubicinasse et dixisse locis publicis consuetis dicte Civitatis ut habetur in manda-
tis et redactis constituit per omnia tubicinasse et dixisse locis publicis consuetis dicte Civitatis ut habetur i man-

Et ego Jordanus olim dni Angeli Cole Antonii de Civitate Camerini imperiali auctoritate notarius
publicus et nunc notarius reformationum cancellarius consulum magnifice Civitatis Tuderti predictas
reformationes et decreta prout in dicto libro re formationum dni olim ser Johannis Marci inveni ita hic
fideliter bona fide et sine fraude mandato et commissione m. d. p. dni potestatis apposui et inscripsi preceptis
solito signo signavi ad fidem et robur cum ex mandatorum.

329v

Decreta pro observatione immunitatum

In nomine domini Amen. Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo Inductione tertia tempore Sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Eugenii divina providentia pape quarti et die ultima mensis Novembris.

Consilium generale et speciale Comunis et populi magnifice Civitatis Tudertine ad sonum campane vocemque preconis more solito et requisitione famulorum mandato et commissione dominorum dominorum priorum Comunis et populi Civitatis predicte Tudertine secundum formam statutorum et ordinum dicte Civitatis et vigore deliberationis facte in consilio secreto de quo patet manu mei notarii in generalio palatii solite habitationis et residentie magnifici domini potestatis more solito in sufficienti numero congregare et coadunare. In quo quidem consilio vir Nobilis et sensatus Tolomeus Ser Jacobi Tobaldutii unus de numero magnificorum dominorum priorum ex commissione sibi facta per Nobilem virum Johannem Francisci Oddi priorem priorum predictorum invocato solempniter divino auxilio et more est surgens pedes sic proposuit.

Obmissis aliis propositis in consilio predicto facta sic proposuit.

Quando ut notum sit vobis spectatissimi Cives hii magnifici domini priores sepe plurimas querimonias habuerunt et gabellarios multos et alios immunitates et exemptiones factas prestitas tam forensibus quam Civibus et comitatinis qui fuerint absentes vementibus seu redeuntibus ad habitandum per magnificum dominum potestatem predictum non observant ob quam causam qui veniunt ad habitandum recedunt et alii forenses timeant venire ad habitandum in preiudicium comunis. Quid igitur videtur dicto consilio providere stantiare deliberare et reformare super observatione immunitatum omnium factarum et preteritis tempore fiendarum quolibet per magnificum dominum potestatem dicti Comunis.

Super quibus omnibus et singulis et dependentibus et emergentibus ab eis Ser Tolomeus nomine omnium collegarum suorum petiit eis sanum et utile consilium exiberi per consiliarios supradictos.

Nobilis et sensatus vir Baptista Francisci Antonii unus ex dictis consiliariis in dicto consilio existens surgens pedes et corporali recepto iuramento de consulendo bona fide sine fraude vadens ad locum arengatorum consueti divini pro numinis implorato auxilio invocato dixit et arengando consuluit super omnibus dictis propositis quibus obmissis veniens ad dictam propositam. Et ad hoc ut civitas nostra et comitatus populo repleatur et quod forenses habiles ad habitandum alliciantur et qui iam venerunt libentius maneant. Et quod per hoc consilium omnes immunitates et exemptiones prestite tempore facte

247 usque in presentem diem et fiende in futurum quibuscumque forensibus venientibus vel qui venerunt ad habitandum seu Civibus et comitatinis qui recessi fuerint seu reveniunt ad habitandum per magnificum dominum potestatem comunis Civitatis predicte tam per statuta quam per reformationes factas vel que fient iuxta ut dicti comunis apparent seu que apparebunt secundum formam statutorum ordinum et decretorum dicti Comunis factorum et fiendorum ab omnibus officialibus dicti Comunis tam civibus quam comitatinis et gabellariis omnium multarum maganalis defectuum mercium et quibuscumque aliis factarum presentium et futurorum et officialibus forensibus et gratis ab omnibus Civibus et comitatinis et ab omnibus aliis inviolabiliter observari debeant et observentur prout et sicut in ipsis instrumentis immunitatum et per tempore continetur. Nec aliquis officialis Comunis Civis vel forensis presens et futurus nec aliquis alius officialis Castrorum seu gabellarius quicumque predictorum omnium multarum seu aliis futurorum presentium et futurorum nec quicumque alius civis vel comitatinus audeat vel presumat seu audeant vel presumant eos habentes immunitates seu eorum familias predictas et futuras quovismodo aut quesito colore gravare inquietare nec molestare realiter nec personaliter nec eis quolibet tempore remissionis multi pro penis aliquid accipere sub pena et ad penam vigintiquinque florenorum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice de facto huiusmodi inquietatione et molestatione per capitaneum dicte Civitatis et eius curiam auferenda et solvenda fiet absque aliqua remissione et exceptione. Que pena applicata sit et esse debeat et de presenti et futuris debeat ad pretium magnificorum dominorum priorum presentium et futurorum pro reparatione murorum dicte Civitatis Tudertine aut pendenti actatione et reparatione palatii magnifici domini potestatis prout eis videbitur et placebit. Et Capitaneus dicti comunis presens et futurus et eius Judices milites et offitiales teneantur et debeant vinculo iuramenti et ad penam L. florenorum solvendorum per eos tempore syndicatus ad petitionem cuiuscumque habentis immunitatem predictam seu eius familie presentis et future defendi habita ex hoc querela contrafacientes punire et tenere predictam omnia et singula contenta et distinguenda

- incidat ad solvendum de facto penam predictam ut supra dispensandam absque aliqua remissione et exceptione omni postposita. Quibuscumque statutis decretis reformationibus et aliis omnibus in contrarium non obstantibus quibus omnibus in premissis consilium intelligatur penitus derogatum.

Providus et sensatus vir Nicolaus Blondi Marchelle de Tuderto, alius ex dictis consiliariis in dicto consilio existens surgens pedes et vadens ad locum arengatorum consuetum, habito prius corporali iuramento de consulendo bona fide et sine fraude dimissis remotis amore odio et timore, addendo dicto consultationi dicti Baptiste consultoris predicti ut supra patet dixit et arengando consuluit super dicta propositione et contentis in ea. Et ad hoc ut immunitates omnes observentur ut supra et forenses et alii volentes venire et redire ad habitandum in dicta Civitate et eius comitatu habilius alliciantur. Quod fiat unus novus liber in quo describantur et apponantur omnes immunitates et nomina ipsorum habentium immunitates cum tempore ipsarum immunitatum. Ad hoc ut sciatur qui sunt immunes et per quanto tempore et quod elapso tempore immunitatum cogi possint ad solvendum et alia faciendum ad que tenentur secundum formam statutorum Comunis Tuderti. Et quod nullus civis officialis seu gabellarius dicti Comunis et assessorum eius nec aliquis alius audeat habentes immunitates usque in presentem diem aut quos habebunt pro futuro tempore sive forenses sint sive cives et comitatenses qui venerunt vel venerint ad habitandum vel consimiliter eos inquietare vel molestare aliquo modo seu quesito colore ut supra, et de contrario fecerit ad habitandum vel consimiliter [illegible] vel eorum familias et descendentes. Qui molestans si forensis officialis fuerit aut comitatinus [illegible] ut supra ad solvendum dicta pena XXV. floren., in eo forma et sicut supra est consultum per dictum Baptistam. Si vero civis fuerit dictus molestans et inquietans predictus quamvis solutis gabella [illegible] dictos habentes immunitates predictos et eorum descendentes tam preteritos quam pro futuro cogatur ut supra de facto ad penas ad solvendum dictam penam XXV. floren. ut supra a familia per dictum Capitaneum presentem et eius successores teneantur et debeant ad querela dictorum habentium querendi. Et nichilominus m. d. priores presentes et futuri teneantur et debeant [illegible] dictos cives molestantes vel alterum immunitates seu alterius ipsorum et eorum tamquam ipsorum familie et descendentibus [illegible] ipsorum facere describere et apponi in libro speculi dicti Comunis unde non possit [illegible] ammoveri neque cassari donec talis sic descriptus non portabit apodissam [illegible] collectoris de solutione dictorum XXV. floren. dispensandorum ut supra. Alias si cancellarius sic descriptum appareret incidat ipse in dictam penam. Et dum talis sic descriptus non possit nec debeat habere aliquod officium nec beneficium in communi donec fuerit et erit ibidem descriptus. Et quod ad hoc ut predicta omnia observentur apponantur et describantur in volumine statutorum dicti Comunis [illegible] plenam obtineant predicta roboris firmitatem.

Iam reformatum Comunis quidem consilii quamvis multi alii consuluerint super dictis propositis et contentis in eis tamen ex deliberatione et obtentis prius habita inter dictos m. d. priores et eorum consilium secretum, misso celebrato sollempni et diligenti partito ad lupinos albos et nigros ut moris est et decretorum forma postulat et requirit super dictis propositis et contentis in eis, obtentum deliberatum et reformatum fuit prius inter eos. Et super omnibus dictis propositis et contentis in eis mictantur dicta et consultationes predicti Baptiste Francisci Antonii ... propositis supra in dicto consilio factis et contentis in eis. Cum additione facta per Nicolaum Blondi Marchelle alium consultorem predictum prout describitur et patet in omnibus et per omnia. Et sic de super quinta propositione de observatione immunitatum prout supra ... mandato misso sollempni et diligenti partito ad lupinos albos et nigros ut moris est ipsorum m. d. priorum ... fuit deliberatum obtentum et reformatum dicta consultatio dicti Baptiste cum additione predicti Nicolai Blondi super dicta quinta propositione et contentis in ea prout supra plenius continetur ... per centum viginti ... in dicto consilio generali. Non obstantibus quindecim consiliariis dantibus et reddentibus eorum lupinum album del sic. Et sic fuit obtentum deliberatum et reformatum et reddentibus eorum lupinum nigrum del no.

Acta fuerunt hec in Civitate predicta Tuderti in secreto palatii solite habitationis et residentie m. d. priorum positi in dicta Civitate iuxta plateam magnam, plateam Sancti Johannis, viam publicam et alia fines.

Et ego Jordanus quondam domini Angeli Cole Antonii de Civitate Cameriniimperiali auctoritate notarius publicus et nunc notarius reformationum cancellarius et scriba magnifice Civitatis Tuderti predictis omnibus et singulis interfui et ea rogatus scribere in dictam Cancellariam consilii scripsi et publicavi meoque solito signo signavi ad fidem et robur omnium premissorum.

3706

28

Sup(er) grascia no(n) ex(t)hrenda

C. 17

In dei Nomine Amen. Anno domini Millo cccc xli. Indictione quarta Tempore d(omi)ni Eugenij diuina pro
uidentia pape quarti. Et die xxiij. m(en)s(is) feb(ruarii) Januarij. Actum Jn palatio palatij solite residentie
m. d. priorum Ciuitatis Tudertj (et) positi In d(ic)ta Ciuitate Juxta plateam magnam plateam Sancti Johis
via publicam et alios fines (et)c.

Magnifici et potentes domini, vz. d(omi)nus Andreas de Atthis / Nicodemus de Tiranadijs Andreas
Mathei Mamilly / Leonellus petri Cobutij Andreas Tintbutij Gherghesij Melchio(r) Johannis Aurifex
Antonius Eusdasij Nicolai / Tomas Andree Nicolaus Nannis Masioli Bartolomeus Masioli de
Burgonouo d(omi)ni priores Com(mun)is et populi Ciuitatis (et) p(re)fate Tudertj. Jn vnu(m) i(n)de generalis collegiate con-
gregati et choadunati p(ro) rebus rei publice Tudertin(e) vtiliter p(er)tractandis et potissime circha ea que ad h(a)
bundantia victualium et ad victum populi p(er)tinent et spectant. Audita relatione facta p(er) Spectabilem
48 Virum Nicodemum p(re)fatum parte Illu(stris) d. n. sub litteris credentialibus cuius p(ro)ut plene patet in libro refor
mationum dicti Com(mun)is man(u) mei i(n)frascripti cancel(larii). Et remissione facta eis sup(er) prouisione statuendi (et) reformandi declarandi
sup(er) factis victualie (et) grascie no(n) ex(t)hrende quoquomodo vel i(ngeni)o vel aliquo quesito colore ex Ciuitate et co-
mitatum Tudertinum p(ro)ut (con)sonu(m) intentionis est p(re)fati Illu(stris) d. n. (et) com(mun)is Tudertj. Volentes q(uod) ea sibi
remissa debite executioni mandare. Ac sup(er) his vtili p(ro)uid(enti)a p(ro)spicere Com(mun)is Tudertj (et) Illu(stris) d. p(re)fati. Misso
solleni et deligenti partito inter eos ad lupinos albos et nigros vt moris est et obtento p(er) omnes
ipsos decem dantes (et) reddentes eorum lupinum album del sic nullo nigro lupino In(ve)ntum dict(o) neq(ue)
reddito del no(n). Ex omni eorum potestate arbitrio (et) bailia data et attributa eis quolib(et) p(er) formam statutorum
et ordinum ac decretorum dicti Com(mun)is. Et vigore remissionis facte eis p(er) Illu(strem) d. p(re)fatum sup(er) premissis
et i(n)frascriptis sub relatione dicti Nicodemj vt patet man(u) mei cancel(larii) i(n)frascripti. Anectentes statuta vetera i(n) volu-
mine p(rese)nti (con)stitut(orum) inserta. sub s(e)c(un)da distinctione Incipientia ad Rubricam clxxxxviij et vt se-
quitur finientia tractantia quoquomodo de grascia (et) victualia seu bladum (et) legum no(n) ex(t)hrend(um) ex Comitatu (et)
Ciuitate tudertina forte et ex voluntate ac iure (et) bene (com)posita. statuerunt deliberauerunt decreuerunt et reforma-
uerunt q(uod) hinc In antea et et infrascriptis inuentis vsq(ue) nunc et p(ro)positum i(n)memorid(um) obs(er)uentur et obseruari
debeant in omnibus et singulis capitulis statutis et rubricis p(ro)ut Insertis facienda Inde(m) statutis sub penis
modis et (con)dit(ionibus) in eis (con)tentis Jn omnibus et p(er) omnia. Ipsa statuta vetera de quibus s(upra) p(re)mi(ttitu)r sit in(te)g(ra) absq(ue) aliqua
except(ione) (et) cancellat(ione). Que statuta Incipiunt Ad dictam Rubricam et t(er)minant (con)sonem h(abe)nt Ad Rubricam ccxxx.
Addentes tam his omnibus statutis de decretantes Et pene imposite delinquentibus (con)t(ra) delinquentes i(n) ipsis statutis
seu ipsorum altero tam i(n) p(re)t(e)ritis q(uam) i(n) p(rese)ntibus (con)tentis veniat applicande applicari debeant (et) sint de gabel
Camere Tudertin(e) p(ro) dimidia parte (et) p(ro)ut (con)fessia Illu(stris) d. n. p(ro)ut (con)sonu(m) venit applicandi (et) soluentur alie pene
Malleorum dicti Com(mun)is (et) delinquentium quoquomodo sup(er) ipsis. Ita q(uod) ad hoc vt nulla questio oriatur inter
gabellarios (et) Com(mun)e p(er) dictorum occasione. et ad hoc vt victualie sub eorum bullettis no(n) trahantur p(er) gabellarios ipsos
gabellarios (et) Com(mun)e. p(er) dictorum occasione. et ad hoc vt victualie sub eorum. Fraudantes In huiusmodi grascia p(ro)hibet eorum
tam p(rese)ntes q(uam) futuros ex hijs nulla pena (con)t(ra) delinquentes (et) fraudantes. ex hijs ratio (et) p(ro) futuro tempore repertis erunt
possit quoquomodo vel causa. Ab hijs qui tam p(re)terito deliquissent q(uam) et p(ro) futuro tempore reperti erunt.
Volentes et de statuentes decretantes et dicta statuta addentes Et ad hoc vt fraudantes et (con)t(ra)hentes
grasciam ab huiusmodi fraudibus se abstineant finaliter. Et in penis p(re)d(ic)tis statutis (con)p(re)hens(i) teneantur (et)
ad soluendum cognatum filius p(ro) patre / pater p(ro) filio / frater p(ro) fratre delinquentium / dummodo sint simul familiarit(er)
et in vna domo habitent et morentur. Mandantes ab omnibus Jnm(m) offi(cialibus) dicti Com(mun)is p(re)dicta Jnuiolabil(ite)r
obseruari tam p(rese)ntibus q(uam) futuris absq(ue) diminutione aliqua vt plenius in ipsis statutis (con)tinetur (et)c.

Et Ego Jordanus olim d(omi)ni Angeli Cole Antonij de Ciuitate Camerini Jmperiali auct(oritat)e notarius publicus
Et nunc notarius reformationum Com(mun)is (et) supra Magnificorum Ciuitatis Tudertj. p(re)dictis omnibus et singulis p(re)
fui et ea rogatus scribere scripsi et in p(rese)nti volumine statutorum Inserui de mandato. M. d. p(re)fatorum
et publicauj meo q(ue) solito signo signaui ad fidem et robur omnium p(re)missorum.

In nomine domini amen. Anno domini millesimo quadrigentesimo quadragesimo primo, indictione quarta, tempore sanctissimi in Christo patris
et domini domini Eugenii divina providentia pape quarti, die vero duodecimo mensis Novembris.

Magnifici domini, videlicet Johannes de [illegible] Antonii Cechi [illegible], Nicolaus [illegible], ser Petruspaulus [illegible] Benvenuti, Bartholomeus
Badutii faber, Franciscus Grilli sutor, [illegible] Christofori [illegible], Lucas del Castriano macellarius, Archangelus
Johannis de Vieplane et Bartholomeus Petrecche de Burgo Novo, commendabiles domini priores populi et communis prestantissime civitatis
Tuderti, solum tamen absente ser Azario Fortunati eorum collega legitime [illegible] impedito, una cum secreto consilio ad sonum campane ut moris
est, facta ipsorum congregatione insimul in numero sufficienti, [illegible] residentes in secretario palatii eorum solite residentie, ut moris
est. Premeditantes omnia necessaria et opportuna dicto communi, et potissimum ea que ad comodum et decus dicte
civitatis pertinent, pro eorum posse utiliter ordinare, advertentes quod in foro animalium et bestiarum dicte civitatis
et ubi animalia tam civium quam forensium tempore fori et nundinarum convenerunt et solite vendi, multa labes, in-
munditie, cementa, terraplenum, lapides, terrenum et alia turpia per nonnullos homines et personas dicte civitatis
et in ea comorantes et habitantes proiciuntur et deferuntur, adeo quod dictum forum impediunt et [illegible], ideo quod
volentes prefati magnifici domini priores et consiliarii super his in futurum pro eorum posse et ut tum [illegible] est debite
providere, facto, dato, misso ac celebrato sollempni et diligenti partito inter eos ad lupinos albos et nigros, ut moris
est, et demum obtento per omnes viginti unum unanimiter et concorditer dantes ac reddentes ipsorum lupinos albos
del sic, nemine reddente nigrum lupinum in signum del no, ex omni eorum auctoritate, potestate, arbitrio et balia eis
quomodolibet a statutis, decretis et reformationibus dicti communis concessis et attributis, et omni modo, via, iure et forma quibus
magis et melius ac validius facere potuerunt, statuerunt, decreverunt et reformaverunt quod de cetero et ab hac
die in antea nulla persona de civitate vel comitatu Tuderti, civis, comitatinus, incola seu habitator civitatis predicte
vel forensis cuiuscumque status et conditionis existat, audeat vel presumat quovis modo aliquo quesito colore vel causa ponere,
deferre aut proicere, vel poni, deferri aut proici facere per se vel alium, labem, terraplenum, cementa, lapides, terrenum,
inmunditiem vel aliquam aliam rem putrefactam in supradicto foro bestiarum et animalium dicti communis sub pena et ad penam
decem florenorum pro quolibet et qualibet vice qua contrafactum extiterit [illegible] et de facto exigendorum a quolibet
contrafaciente, in predictis vel aliquo predictorum. Exceptis macellariis dicte civitatis et bu[illegible] ipsius, qui possint et
eis ipsum liceat in supradicto foro deferre et proicere, et deferri et proici facere, solummodo interamina, viscera seu
interiora bobum, castratorum et aliarum bestiarum et animalium quas ipsi macellarii necaverint et inde detulerint
seu necare et interficere contingerit ad eorum becharias pro carnibus vendendis ad minutum pro victu et usu
singulorum hominum et personarum dicte civitatis et comitatus et in ea habitantium seu comorantium. Et quod notarius domini
capitanei dicte civitatis ad extraordinaria deputatus et quilibet alius officialis dicti communis tam presentes quam futuri teneantur,
possint et debeant contra huiusmodi delinquentes procedere, inquirere et rimari, et repertos culpabiles seu culpabilem
in predictis vel aliquo predictorum in penis supra expressis punire et condempnare debeat. Et si dictus officialis ad extraordinaria deputatus
in predictis negligens fuerit seu quoquomodo remissus obmiserit, incidat in eadem penam qua contrafaciens in predictis vel aliquo predictorum,
et debeat condempnari in qua pena tempore sui sindicatus per sindicum ad ipsum sindicandum deputatum debeat irremissibiliter
condempnari et de suo salario detineri. Volentes et statuentes etiam quod nullus de novo magnificorum dominorum priorum
neque ipsum officium dominorum priorum, priores vel priorum consilium una cum ipsis possit, valeat vel debeat alicui de predictis
licentiam quoquomodo concedere vel contra presens ordinamentum facere vel venire vel ipsum statutum et ordinamentum aliquo quesito colore vel causa
suspendere seu derogare absque sollempni deliberatione consilii generalis communis et populi dicte civitatis. Et quicumque officium
prioratus seu aliquis ipsorum dominorum priorum dum contrafecerit in predictis seu licentiam alicui de predictis dederit, incidant in penam
quinquaginta florenorum de facto exigendorum de eorum salario tempore eorum sindicatus, et nihilominus si aliter priores
dicti priores et consilium contrafactum fuerit, talis [illegible] non valeat nec teneat ipso iure, immo irritum sit et inane.
[illegible] quidem penarum tam contrafacientium et officialium quam dominorum priorum in supradicto statuto decreto seu reformatione
contentarum [illegible] ad cameram illustrissimi domini nostri [illegible] et duo tertia ad commune Tuderti, prout de penis
maleficiorum [illegible] applicandis. Possint tamen prefati priores domini [illegible] auctoritate [illegible] consilii licentiam concedere ser
Petropaulo de [illegible] cive et habitatori dicte civitatis Tuderti, qui ad presens de novo hedificare, construere et hedificari
facit domos de casalenis per ipsum et ser [illegible] eius fratrem emptis ab heredibus ser [illegible] et [illegible] alius
[illegible] iurisdictionem [illegible] deferre [illegible] seu deferri et proici facere terraplenum, cementa, terrenum et lapides que vel
quas dederint casalenis predictis hedificationi et constructioni domorum predictorum exierit vel exibi et removeri fecerit
et dictum terraplenum, cementa, terrenum et lapides deferre, proicere et proici facere in quodam casaleno existente
[illegible] dicti fori ubi [illegible] fuit [illegible] et ex [illegible] ipsius casaleni et non alibi, dummodo dictum
forum in aliquo non ledat, impediat seu [illegible] etc.

Item eisdem modo, partito obtento ut supra, premeditantes prefati domini priores et consiliarii decus ipsorum civitatis
[illegible] plateas [illegible] civitatis manu teneantur et [illegible] ne [illegible] putrefactiones et fode
[illegible] in futurum [illegible] providere intendentes, statuerunt

331v

Porci die sabati non teneantur in platea sancti Johannis

Ordinaverunt atque decreverunt quod de [illegible] et ab hac die in antea nulla persona cuiusque conditionis
existat tam civis comitatinus civitatis Tuderti seu habitator civitatis predicte quam forensis audeat vel presumat
in die sabati qua in dicta civitate fit forum vel aliis diebus tenere porcum porcam porcos vel porcas in
platea sancti Johannis de dicta civitate contigua palatio habitationis et residentie prioratus dominorum priorum cum ipsis vel ipsum — in margine: non teneantur porci in platea sancti Johannis
vendendi nec alio ullo modo vel causa. Et si quis dictos porcos vel porcas in dicta platea contra formam predictam
tenuerit seu predictis vel aliquo predictorum contrafecerit puniatur in decem libris denariorum pro quolibet porco seu porca et
qualibet vice applicandarum pro tertia parte ad cameram [illegible] et pro duabus partibus addictum communi
Tuderti [illegible] maliori gravedine et impedienti decreto supra proximo expresso est. Et quod sindici
offitiales dominorum capitaneorum dicte civitatis ad extraordinaria deputatus et ceteri offitiales dicti communis presentes et
futuri teneantur possint et debeant in predictis et contra delinquentes procedere et rimari et repertos culpabiles
in predictis vel aliquo predictorum punire et condempnare in penis supradictis consuetudinibus ymo corruptelis
et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Et predictas exceptuantes comitatinos comitatus
Tuderti et alios deferentes puellas seu porchectas una vel plures ad vendendum in dicta civitate et ipsas
cum vendendis tenuerit in dicta platea sancti Johannis in sacchulis sive cistis in quo casu dicti deferentes dictas
porchectas et ipsas in dicta platea tenerent ad penam aliquam minime teneri. Voluerunt quod omnia et
singula supradicta voce preconia et cum sono tubarum banniri et publicari per dictam civitatem divulgari. Voluerunt ad hoc
ut de predictis nemo ignorantiam valeat allegare rogantes me [illegible] Victorium cancellarium [illegible] ad
observationem [illegible] directorum [illegible] predictis mentionem in libro meo reformationum facere et voluminis statutorum
dicti communis firmiter aggiarem et apponerem.

Die xiiij mensis novembris

Magnifici et commendabiles domini domini priores populi et communis civitatis Tuderti in eorum [illegible] palatio eorum solite habitationis
et residentie collegialiter congregati pro eorum offitio laudabiliter exercendo et eorum [illegible] ordinationibus [illegible]
circa utilia et necessaria et opportuna dicti communis maturo [illegible] ratiocinio habito inter eos et obtento [illegible] ipsorum novem
denariorum et reddentium eorum lupinum album [illegible] nullo nigro lupino reddito [illegible] [illegible]
fortunati eorum collegii commiserunt imposuerunt et mandaverunt Martuctio et Martiolo publicis tubicinis dicti communis
presentibus audientibus et intelligentibus quod ex parte magnificorum dominorum priorum predictorum [illegible] vadant et in locis publicis
et consuetis dicte civitatis banniant et proconizent quod ab hac die in antea nulla persona de civitate sive comitatu Tuderti
civis comitatinus incola seu habitator civitatis predicte sive forensis cuiuscumque status et conditionis existat audeat
vel presumat deferre aut poni deferri aut poni facere per se vel per alium aliquam labem terraplenum lapides et
cemento in mundicie nec aliquam aliam rem putrefacta in foro bestiarum predicti communis ad penam [illegible] florenorum de facto exigendorum
a quolibet contrafaciente et qualibet vice exceptis macellariis dicte civitatis et buccheriis [illegible] qui possint
eis liceat in [illegible] in dicto foro in [illegible] viscera seu interiora bobum castratorum et aliarum bestiarum
quas ipsi macellarii necaverint seu interficerint contigerit pro carnibus vendendis administratione [illegible] aliud [illegible]
[illegible].

Item [illegible] et fecerunt banniri et proconizari quod nulla persona cuiuscumque conditionis existat tam civis comitatinus seu habitator
civitatis Tuderti quam forensis de [illegible] et ab hac die in antea audeat vel presumat in die sabati qua in dicta civitate fit forum
vel aliis diebus tenere porcum porcam porcos vel porcas in platea sancti Johannis de dicta civitate cum ipsis vel ipsam vendendi
nec alio ullo modo vel causa. Et si quis dictos porcos vel porcas contra formam predictam tenuerit sub pena et ad penam decem librarum denariorum
pro quolibet porco seu porca et qualibet vice exceptis comitatinis comitatus Tuderti et aliis deferentes puellas seu porchectas
una vel plures ad vendendum in dicta civitate et ipsas cum vendendis tenuerit in dicta platea sancti Johannis in sacchulis
sive cistis. Et omnia alia dicerent facerent et banniarent etc.

Dicta die xiiij novembris

Qui Martuctius et Martiolus tubicinatores predicti statim [illegible] supradicta [illegible] dominis prioribus civitatis et retulerunt
[illegible] dominis prioribus et mihi cancellario infrascripto se fecisse et supradicta bannimenta fecisse publice [illegible]
alta voce sono tubarum premisso et in locis publicis et consuetis dicte civitatis ubi similia bannimenta solent et similia
[illegible] et fecisse [illegible] supra [illegible] dominis prioribus [illegible] et [illegible] etc.

Acta fuerunt hec omnia in civitate Tuderti in [illegible] palatii solite habitationis et residentie magnificorum dominorum priorum [illegible] civitatis
[illegible] palatium positum est in civitate Tuderti [illegible] et [illegible] sancti Johannis [illegible] platea [illegible] platea magna dicti communis
platea sancti Johannis [illegible] publica et alia [illegible].

Et ego Victorius [illegible] domini [illegible] de [illegible] civis [illegible] publicus imperiali auctoritate notarius et nunc notarius reformationum
et cancellarius communis et populi [illegible] civitatis Tuderti supradictis omnibus et singulis interfui et ea rogatus [illegible]
scripsi et publicavi signumque meum apposui et in presenti volumine inserui vigore mandati [illegible] etc.

P(ro) pallio donando p(er) capitaneos Civitatis tud(erti)
Maioris Ecclesie tudertine.

In nomine d(omi)ni am(en). Hec est exemplum sive copia cuiusdam Reformationis sive decreti scripti in libro Reformationum Co(mun)is tuderti existente in cancellaria dicti Comunis prout patet manu s(er) Jordani d(omi)ni Ang(e)li de Cam(erino) olim et nunc Cancellarii dicti Comunis sub intitulatione et publicatione ipsius libri cuius tenor talis est v(idelicet).

Jannarius . a . 1441

In dei nomine am(en). Hic est liber sive quaternus in se continens Reformationes, Electiones, deliberationes, provisiones, ordinamenta, Reformamenta, statuta, commissiones, mandata et alias quamplures varias et diversas scripturas ad officium cancellariatus Co(mun)is Mag(nifi)ce Civitatis tud(erti) spectantes et pertinentes factus editus et compositus t(em)p(o)re Illustris et potentissimi d(omi)ni n(ost)ri d(omi)ni Francisci Sfortie Vicecomitis Cotignole et Ariani Comitis Marchie Ancone Marchionis, S(anctissi)mi d(omi)ni n(ost)ri p(a)p(e) Sancteque Romane Ecc(lesi)e Confalonerii, Ac potentissime lige Capitanei generalis, dicte Civitatis Tud(erti) d(omi)ni etc. Et scriptus et publicatus per me Jordanum d(omi)ni Ang(e)li de Camereno Not(arium) publicum Et nunc Not(arium) Reformationum et cancellarium pro dicto Ill(ustri) d(omi)no n(ost)ro dicte Civitatis Tuderti sub annis d(omi)ni Millesimo quadringentesimo quadragesimo primo Indictione quarta T(em)p(o)re Sanctissimi in Christo patris et d(omi)ni n(ost)ri d(omi)ni Eugenii divina providentia p(a)p(e) quarti diebus et mensibus istis.

Die xv mensis Febr(uarii).

In nomine d(omi)ni am(en). Consilium generale et publicum de speciale populi et Co(mun)is Civitatis tuderti ad sonum campane et sonumque tubette et vocem preconis heri pro hodie banditum ac adregatum firmum d(omi)ni p(otestatis) secundum formam statutorum et ordinamentorum Co(mun)is prefati Et vigore deliberationis super facte in consilio M. d. p. prout super plene patet manu mei ipsius cancell(arii). Magnifici et potentes d(omi)ni d(omi)ni priores prefati in secretario palatii solite habitationis et residentie ut moris est fecerunt in sufficienti numero congregare et choadunare. In quo quidem consilio facta divini numinis invocatione sollepni per tomam Andree priorem priorum et de eius mandato cum consensu aliorum collegarum eius surgens pedes Leonellus petri Coburii Alter ex numero M. d. p. sic in ipso consilio infrascriptas proposuit / et primo etc. obmissis aliis propositis in dicto consilio factis.

Cum sit decus et iustum esset ut ad honorem et cultum dei et potissime beatissime matris Christi n(ost)re advocate Marie sub cuius sanctissimo nomine et vocabulo constructa est ecc(lesi)a Ep(iscop)alis Tudertina et in qua principale festum colitur de mense martii si videtur et placet ipsi consilio quod ibidem pallium in dicto festo de mense martii offeratur sumptibus capitaneorum et de denariis solvendis per eos t(em)p(o)re introytus eorum officii seu regimine Civitatis tuderti.

Super quibus omnibus et singulis prefatus M. d. Leonellus proponens de voluntate d(omi)ni prioris priorum et Collegarum eius petiit per consiliarios supradictis eidem utile consilium exiberi et dari Et etiam super dependentibus et emergentibus ab eis et de eis.

Pro pallio donando per capitaneos maiori ecclesie Tudertine

1442

De capitaneis novis

Providus et sensatus vir paulus aurifex Alter ex consiliariis in dicto consilio consistens surgens pedes et accepto corporali iuramento de consulendo bona fide et sine fraude surgens pedes et vadens ad locum arengatorium consuetum ibidem et dei nomine sollepniter invocato / obmissis aliis propositis prout in ipso libro apparet dixit et aringando consuluit super dicta proposita continente ad pallium offerendum Ecc(lesi)e ep(iscop)ali sive Chatedrali per d(omi)nos capitaneos populi futuros Habito respectu ad salarium percipiendum per ipsos d(omi)nos capitaneos et ad pinguedinem officii optimi. Et etiam attento quod in cunctis optimis Civitatibus per ipsorum rectores in eorum introytu consuetus est sacris principalibus et cathedralibus Ecc(lesi)is in decore et utile ipsorum etc. aliquid offerre. Quod de cetero quilibet capitaneus sive rector veniens ad officium capitaneatus dicte Civitatis tuderti ante quam ad ministeria recipiat quoquomodo teneatur et debeat solvere et numerare cum effectu camerarius qui pro t(em)p(o)re fuerit ecc(lesi)e chathedralis prefatos florenos quinque auri Et sic etiam si reformari contingerit quod quilibet in principio officii cuiuslibet semestris solvere teneantur cum predicto quinque alios florenos auri Ita quod quilibet semestre solvere teneantur quinque florenos auri. Alter sind solverit manualiter aut camerarium predictum semestre solvere teneantur quinque florenos auri Ad ministeria neque ad ipsum minime ad conrdem non fecerit de dictis quinque florenis auri quolibet semestri Admittitur neque ad ipsum minime admittantur. Et si recusare forte vellet solutionem predictam in principio eorum officii cuiuslibet semestris et cum non solverit aut concordes esset cum camerario predicto Condempnetur per ad rationatores et sindicatores ipsorum t(em)p(o)re sindicatus in viginti quinque flor(enis) per Reconcime pallii M. d. p. ... Et ad solutionem dictorum quinque flor(enorum) ... officio dicte Ecc(lesi)e ep(iscop)alis et ... camerario condempnetur et penitus constringatur quod quidem decem florenos auri anno quolibet perpetuo futuro t(em)p(o)re solvendos per capitaneos predictos converti debeat per d(omi)nos priores qui pro t(em)p(o)re erunt de mense martii in uno pallio sirici de surcato et pulcro et decenti valoris Et offeratur per ipsos d(omi)nos priores et capitaneum qui pro t(em)p(o)re erit Ecc(lesi)e sancte Marie

332

28

Capitulus seu Ecclesie cathedralis tudertine infra missarum sollempnia in festo sancte marie de mense martii videlicet Annuntiationis anno quolibet et imperpetuum duraturo ad honorem et reverentiam beatissime dei genitricis et ad honorem et decorem dicte ecclesie quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus etc.

Celebrato quoque etiam de misso more prescripto sollempni ac diligenti partito ad lupinos albos et nigros ut moris est et supra proxime patet super scripta proposita et contentis in ea de pallio offerendo Capitulo Ecclesie per Capitaneos dicte Civitatis secundum dictum et consilium redditum per dictum paulum consulentem prefatum ut supra patet manu mei notarii cancellarii fuit obtemptum celebratum et reformatum per omnes ventiquattuordecim consiliarios predictos dantes et redentes eorum lupinum album del sic nullo nigro lupino in contrarium dato neque reddito del no

Et ego Iordanus quondam domini angeli Cole actonis de Civitate camerini Imperiali auctoritate notarius publicus et nunc cancellarius et Notarius Reformationum magnifici comunis tuderti predictis omnibus et singulis presens fui et ea rogatus scribere scripsi et publicavi meoque solito signo signavi ad fidem et robur omnium premissorum

Et ego Ugolinus quondam ser Iohannis Cole de Offecdurys (?) de tuderto Romana et papali auctoritate publicus Imperiali auctoritate Notarius et Iudex ordinarius omnia suprascripta fatie et ista supra descripta de originali libro reformationum manu dicti ser Iordani olim et tunc cancellarii dicte Civitatis ex deliberatione et mandato M. d. p. dicte Civitatis ex vigore dicta deliberationis per manum ser Victorii de narnia ad presens cancellarii dicte Civitatis scripsi et copiavi fideliter et sine fraude nil addens vel minuens nisi forte silba vel punctus scriptura forte per errorem fuit et sic scriptum inveni in supradicto libro scripto dicti ser Iordani et ad fidem predictorum me subscripsi signumque meum hic apposui consuetum



mey Ugolini Signum

Ihs xps

In nomine domini Amen. Hoc est exemplum sive copia cuiusdam decreti et ordinamenti reperti in quodam libro Reformationum Comunis Civitatis existentis in Cancellaria dicti Comunis scripte manu ser Victorii quondam domini Angeli de Orto civis Narnien olim Cancellarii dicti Comunis cum intitulatione et publicatione dicti libri cuiusquidem tenor talis est videlicet

In nomine domini Amen. Hic est liber sive quaternus in se continens Reformationes / Electiones / decreta / deliberationes / provisiones / ordinamenta / Bandimenta / iuramenta / Commissiones / Mandata et alias quamplures varias et diversas scripturas ad offitium Cancellarie Comunis Civitatis Tuderti spectantes et pertinentes. Factus editus compositus et copilatus tempore dominii Illustris et Excellentissimi principis et domini domini Francisci Sfortie Vicecomitis Cotignole et Ariani Comitis Marchie Anconitane Marchionis Sanctissimi domini nostri pape / sedisque Romane ecclesie dignissimi Confalonerii atque Illustris d. lige Capitanei generalis Et scriptus et publicatus per me Victorium quondam domini Angeli de Orto civem Narnien notarium publicum. Et nunc notarium et Cancellarium Reformationum Comunis dicte Civitatis. Sub Anno domini Millesimo cccc°xlj° Indictione quarta tempore Sanctissimi in Christo patris et domini Eugenii divina providentia pape quarti die et mense infrascriptis.

In nomine domini nostri Yhesu Christi Amen ab eiusdem domini nativitate Millesimo quatricentesimo xxxxij° Indictione quinta tempore Sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Eugenii divina providentia pape quarti etc.

Die xviiij mensis Martii

Laudabiles Magnifici domini priores populi et Comunis Civitatis Tuderti prefati collegialiter congregati in secretario palatii eorum solite habitationis et residentie una cum eorum secreto consilio in sufficienti numero ad sonum Campane et requisitione famulorum ipsorum dominorum priorum convocato et cohadunato ibidem ut moris est plurimum cupientes continuo providere que ad rei publice Tudertine comodum omnino redundat. Facto dato et emisso ac celebrato per eos inter eos sollenni et diligenti partito ad lupinos albos et nigros ut moris est in absentia Petri Francisci Antonii et ser Gasparis ser Tohnio sotiorum et collegarum dictorum dominorum priorum legitima de causa impeditorum etc.

2 43 Item eodem modo predicto Consilio celebrato partito et obtento per decem septem ex eis dantes et reddentes eorum lupinos albos dicto sic non obstantibus tribus nigris lupinis dicto non redditis in contrarium deliberaverunt ordinaverunt statuerunt et decreverunt quod cuilibet civi dicte Civitatis Tuderti liceat et licitum sit ab ista die in antea retinere et retineri facere suis laboratoribus Crapas cuiuscumque quantitatis eis et cuilibet eorum civium placuerit extra senatas dicte Civitatis Tuderti, libere et impune et sine aliqua pena quibuscumque in contrarium disponentibus seu facientibus non obstantibus. Providentes in casu predicto quod presens decretum in volumine statutorum dicte Civitatis scribere et apponere debeatur ut pro firma et valida lege municipali in futurum observetur

Retinendi capras extra senatas

Et Ego Victorius quondam domini Angeli de Orto civis Narnien publicus imperiali auctoritate notarius et nunc notarius et cancellarius Reformationum Comunis et populi prestantissime Civitatis Tuderti predictis omnibus et singulis in presenti libro contentis dum sic agerent et fierent presens fui et rogatus scribere scripsi publicavi et una cum testium et fide mei signum apposui

Et Ego Antonius quondam ser hectoris Lucie de Staccoli de Tuderto Regionis sancti Silvestri parochie sancti Iohannis de platea publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius iudex ordinarius et nunc notarius Reformationum et etiam Cancellarius Comunis dicte Civitatis Tuderti suprascripta omnia et singula dicto libro Reformationum manu ... ser Victorii predicti olim cancellarii dicti Comunis scripta prout in eo inveni ita hic fideliter et legaliter exemplavi nil addito vel minuto quod sensum mutet vel variet intellectum ut sillaba ... fuerit quod verum et in hanc publicam formam redegi de mandato commissione et deliberatione facta per Magnificos dominos dominos priores populi et Comunis Civitatis Tuderti. Millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto Indictione nona die quinta decima mensis Octobris

Signumque meum ... consuetum apposui

333v

In nomine dni Amen. Anno dni ab eius Nativitate millesimo quatringentesimo vigesimo septimo quintadecima indictione. Tempore Sanctissimi in christo pris et dni dni Eugenii divina providentia pp quarti die vigesima quarta Martij.

Publico et generali consilio comunis et populi civitatis Tuderti heri pro hodie Bandito p publicos precones dicti cois Comissione et mandato mag. dnorum priorum dicti cois Convocato et aggregato in secretario palatii eorum solite residentie ad sonum campane ut moris est in civitate est in nro sufficienti. In quo eorum consilio generali. Comissione Magnifici dni prioris priorum Unus ex eis magnificis dnis prioribus proposuit infrascriptas duas propositas et contenta in eis et proponende monuit ut qd eis consilii generalis consiliariis et civibus in eo existentibus videtur et placet super his consulere. Cum id bene rectoque pro dicto coi fuerit per eos consultum executioni tradetur. Viz.

Secundo ex quo fornachiarii nolunt plasmare aut construere Mattones tegulas ad instar forme antique dicti cois et alia opa ad eos spectantia. Unde et cos et cives non parum incomodum patiuntur placet consulere quid pagend etc.

Nota de fornachiarios

244 Spectabilis vir omniumque experientia comprobatus dnus Petrus Corradi de Tuderto Unus ex consiliariis in dicto consilio generali existentibus assumpto corporali iuramento de recte ac bene consulendo pro dicta republica tudertina ad delationem mei cancellarii infrascripti ascendit in locum consultorium et aratorium positum in dicto secretario et ibidem adhibito rerum omnium pris nomine dixit et consuluit super secunda proposita et contentis in ea viz. De fornachiariis. Ut omnes fornachiarii dicte civitatis et habitantes teneantur et debeant plasmare et construere Mattones tegulas planellas et quatrellos ut consuetum iam diu extitit et dare et vendere quodlibet mille Mattones pro quatuordecim libris denariorum cuique emere volenti. Et tegulas et alia dicta opa vendant et vendere teneantur rate secundum dictum pretium sub pena viginti quinque librarum pro quolibet et qualibet vice pro reparatione murorum civitatis tuderti distribuendarum. Quibuscumque statutis et decretis in contrarium non obstantibus. Quibus expresse sit expresse derogatum vigore presentis consilii. Cum hac conditione semper declarata ut dicti Mattones tegule quatrelli et planelle portantur et porti debeant per dictos fornachiarios venditores pro dicto pretio ad domum emptorum sub eadem pena etc.

De tegulariis et mattonariis

Pro qualibet pro millario mattonum 14 libr

In reformatione eiusdem consilii generalis. Misso solenni et diligenti partito per me cancellarium infrascriptum ad lupinos albos et nigros mandato magnificorum dominorum priorum prefatorum inter dictos generalis consilii consiliarios in hunc modum videlicet. Ut quicumque vult et sibi placet consilium reditum per spectabilem militem dominum Petrum ut supra consultorem super dicta proposita de fornachiariis mittat lupinum suum album del sic volens vero contrarium mittat lupinum suum nigrum del non. Datis igitur et recollectis lupinis predictis per famulum ut moris est Reperti fuerunt centum vigintiquinque lupini albi del sic rediti et in bussula missi. Octo nigris non obstantibus repertis et reditis del non. Et sic fuit dictum partitum super dicta secunda proposita victum et ottentum ac deliberatum auctoritate presentis consilii generalis dicti comunis.

Ego Johannes Ser Angeli de Camereno publicus imperiali auctoritate notarius et nunc notarius reformationum et cancellarius Magnifice civitatis Tuderti suprascriptis omnibus et singulis interfui et ea rogatus scribere et registrare scripsi registravi et publicavi signumque meum posui consuetum.

Et ego Benedictus Petri de Rasis de Amelia publicus auctoritate imperiali notarius et nunc notarius reformationum et cancellarius prefate Amplissime urbis. Supradicta omnia et singula de libro reformationum dicti Ser Johannis olim cancellarii dicti comunis sumpsi et prout me invenisse ita fideliter et integraliter exemplavi nil addens vel minuens nisi forte per errorem et in hanc publicam formam redegi. Ex solenni ad lupinos albos et nigros magnificorum dominorum priorum dicte civitatis deliberatione. Millesimo quatringentesimo quatragesimo tertio indictione sexta die vero vigesima septima mensis Maii. Et in fidem premissorum signum meum apposui consuetum.

Signum mei

Benedicti not. et canc. prefati.

In nomine domini Amen. Anno salutifere nativitatis domini nostri Jhesu Christi Millesimo Quatricentesimo Trigesimo
octavo Indictione prima. Tempore Sanctissimi in Christo patris et domini domini Eugenii divina providentia pape quarti
die vigesimo septimo mensis Junii

Magnifici domini videlicet Jacobus Caroli. Honofrius Branchati. Tercutius petri. Ser Grappasenus Ser
Grappuccialis. Angelus Ser Macthei. Albertus honofrii. Baptista petrepauli. Antonius Grilli
Blaxius Johannis. et Angelus Andrielli. Priores populi et Comunis Civitatis Tuderti in eorum Secre-
tario adunati et congregati. Volentes opportunitatibus Civium Civitatis Tuderti et comitatuum
ipsius Civitatis et aliis quibuscumque in dicta Civitate et Comitatu degentibus salubriter providere
que quidem necessitates ut plerumque insurgunt ut aliquotiens dicti tales Cives Comitatini et forenses
pecunias manuales non habent unde possint eorum opportunitatibus subvenire quas sub mutuo ad eorum
libitum non reperiunt nisi ab hebreis in dicta Civitate morantibus. Qui quidem Ebrei omnino
omnibus christicolis excusi aliquotiens dicta in Civitate non reperiunt que ad ipsorum usum fuerint opportuna
et maxime carnes quas etiam cum ipsorum numis ad emendum non invenerunt non obstante quod per
capitula dicti Comunis huiusmodi fuit facta provisio que quidem capitula aliqui nostri Cives licet indebite nisi
sunt impugnare quia de re tam per dictos Ebreos quod Cives plerumque aures tamen nostre quod pressorum vocorum
extiterunt vehementer inflate. Unde visis et auditis querelis ut dictis per dictos Ebreos factis
videlicet per Salamonem Consigli de Urbio Magistrum Angelum magistri Neasy de Vercellia et magistrum
274 Manuelem magistri Sabbati de Interamne. Dicentes sibi eorum capitula non servari et ipsa in Civitate
non posse morari nisi salubriter provideat ut carnes emere possint Auditis civibus coram
eis de hac materia Loquentibus Visis Capitulis dictorum hebreorum eis per dictum Comune concessis videlicet
quoddam Capitulo disponente quod Carnifices et becharii Civitatis Tuderti debeant vendere
dictis hebreis carnes ad eorum requisitionem cum debitis solutis secundum consuetudinem et formam matri-
cule macellatiorum sub pena viginti soldorum denariorum cortonensium cuicumque contrafacienti et qualibet vice de quo
Capitulo constat in libro reformationum comunis dicte Civitatis manu Ser Jacobi Nutii de Camerino olim
Cancellarii comunis prefati sub annis domini Millesimo ccccxx die quarto mensis Novembris. Visa dicti Capituli
confirmatione facta per dominos priores tunc temporis in dicta Civitate presidentibus ante Consilii generalis
super hac materia celebrati quod apparet manu Ser Johannis de Berardellis de Eugubio tunc Comunis dicte
Civitatis Cancellarii sub Annis domini Millesimo ccccxxxvi et die vigesimo secundo mensis Aprilis Emologata
per Magnificum et potentem dominum Comitem Franciscum Sfortiam et dominum dicte Civitatis sub dicto Anno
et die vigesimo septimo dicti mensis manu Ser Francisci Chiry Cancellarii dicti domini et mensis quodam in
dictis Ebreis facto petitum et dominum manu Ser Alexandri eius Cancellarii disponente confirmata Capitula
dictis hebreis concessa debere servari et signato 1438 die vigesimo quinto Februarii visa quedam
alia reformatione super hac materia inita et facta sub Annis domini 1436 et die vigesimo nono Martii
manu Ser Johannis Ser Angeli de Camerino cancellarii dicti comunis dictantes quod Ebrei non possint aliquod
animal acceptare vel mactare aliquod genus animalium comestibilium sub pena in dicta reformatione contenta
Et omnibus visis que per dictos dominos priores videnda et consideranda fuerunt. Et in dicto Collegio cum eorum
secreto consilio et pluribus aliis dicte Civitatis Civibus facto dato et inmisso sollenniter ac diligenter
partito inter eos ad Lupinos albos et nigros ut moris est in secreto scruttinio et demum obtento per
omnes dantes ac recipientes ipsorum Lupinos albos del sic unanimiter et concorditer nemine dis-
crepante, providerunt, deliberaverunt, reformaverunt, ac decreverunt quod omnes et Singuli
becharii dicte Civitatis et Comitatus Tuderti non teneantur nec debeant vendere vel vendi facere
carnes alicui hebreo nisi modo inferius annotato videlicet quod mactato occiso seu scruptato castrone
seu alia bestia ad petitionem dictorum hebreorum sit alicui eorum de licentia tamen consulum dicte Artis et de-
beant vendere dictum Castratum dicti Macellarii dictis hebreis vel partem ipsius. Et possint recipere
[illegible] per dictis carnibus sic venditis a dictis hebreis ultra id quod accipiunt a christianis unum denarium pro qualibet
libra secundum quod consuetum hacterius fuit fieri per dictos hebreos secundum Matriculam dictorum macellariorum
Et predicta decreverunt et statuerunt omni modo via iure et forma quibus magis et melius potuerunt
et preceperunt inviolabiliter per dictos becharios observari non obstantibus dictis decretis sicut premissum
est factis et quibuscumque aliis facientibus in contrarium quibus in hac parte specialiter derogaverunt Mandantes
in notario et Cancellario officio ut dictum decretum in volumine statutorum patrie [illegible]

Actum fuit hoc in Civitate Tuderti in Secretario palatii solite residentie dominorum Priorum predictorum quod palatium positum est Tuderti in Regione sancti Silvestri et parochia sancti Iohannis de platea iuxta plateam magnam dicti comunis iuxta plateam sancti Iohannis via publica et alia latera.

Et Ego Antonius quondam ser Hectoris Luce de Stancollis de Tuderto Regionis sancti Silvestri et parochie sancti Iohannis de platea publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius sub ordinatione et nunc notarius Reformationum et Cancellarius substitutus comunis Tuderti predictis omnibus et singulis interfui et ea Rogatus scribere scripsi et publicavi signumque meum apposui consuetum Et de mandato dominorum priorum in presenti volumine Statutorum dicti Comunis inserui in fidem omnium premissorum.

Signum mei Antonii notarii et Cancellarii suprascripti.

In nomine domini Amen. Anno Salutifere nativitatis domini nostri Ihesu Christi Millesimo Quatricentesimo quadragesimo octavo indictione prima. Tempore Sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Eugenii divina providentia pape quarti die vero vigesimo quinto mensis Augusti

Magnifici et potentes viri videlicet Nicolaus Baldassarris. Almonte Bartolomei. Stephanus Angeli Ceccolini. Ser Iacobus Nicolai. Christoforus Campoleonis. Raynaldus fortis. Achilles Antonii. Geronimus fovenelli. Liberatus Iohannis. Antonius Sal-

44 vatelli. domini priores populi et Comunis Civitatis Tuderti una cum eorum opportuno consilio existentes in Secretario palatii eorum solite residentie collegialiter congregati. pro et super rei publice negotiis Tudertinis utiliter pertractandis // Advertentes et intelligentes quod inter Cives Tudertinos et Comitatinos eiusdem Civitatis. differentie lites et discordie super facto Muritii actorumque et reparationis Murorum Castrorum locorum et villarum dicti Comitatus sepenumero oriuntur. Et quod Comitatini predicti qui semper maliciis vigilant conantur inquantum possunt Cives Tudertinos in dicto Muritio actorum .... et reparatione ultra debitum rationis aggravare. Sed digna res est quod qui maiora

335v

comoda sentiunt et cotidie recipiunt maiora subeat onera et patiatur. Et maxime qui dicta
Comitatini dicta Castra Loca et villas familiariter incolunt et inhabitant cum bonis
rebus et animalibus eorum. Volentes itaque prouidere et obuiare quantum possunt ne discordie
differentie et lites inter dictos Ciues et Comitatiuos oriantur et contingat in posterum
super Murorum actorcimin et reparationibus dictorum Castrorum locorum et villarum. Et Ciues
vltra debitum non grauentur quibus ut occurratur hac lege prouisum est. Facto itaque
misso et celebrato sollemni et diligenti partito ad lupinos albos et nigros ut moris
est inter eos. Et demum obtento per decem et septem dantes et reddentes eorum lupinos
albos del sic tribus nigris in contrarium repertis non obstantibus. Prouiderunt Reformauerunt
et decreuerunt quod omnes et singuli homines et persone Ciuitatis Tuderti in Murorum
reparationibus et actorcimin que in futurum fierent et fieri deberent in Castris
locis et villis dicti Comitatus Tuderti teneantur et debeant contribuere onerarum
Massariis hominibus et personis dictorum Castrorum locorum et villarum solum ad salaria
et Mercedes Magistrorum Muratorum pro rata eos et cuilibet ipsorum Ciuium contingenti
secundum impositionem fiendam dictis Ciuibus et cuilibet ipsorum secundum formam Statutorum et
Ordinamentorum dicte Ciuitatis loquentium de affectatione et impositione fienda super
Murorum actorcimin et reparationibus dictorum Castrorum locorum et villarum et non aliter vel alio
modo dicta impositio fieri possit. Et ad hoc intelligantur debere contribuere dictis Mu-
rorum actorcimin et reparationibus fiendis omnes Ciues qui habent possessiones in aliquo tenimento
dictorum Castrorum locorum et villarum ac etiam domos in eisdem. Ad alias non expensas
vero factiones onera et grauamina occurrentes opportunas et necessarias et
occurrentia opportuna et necessaria in dictis Murorum actorcimin et reparationibus in futurum
fiendis dicti Ciues minime contribuere teneantur nec debeant. Mandantes mihi
notario et Cancellario ut dictum decretum inuolumine Statutorum ponam et inungam

Actum Tuderti in Secretorio palatii solite residentie dominorum priorum predictorum quod
palatium positum est Tuderti in Region sancti Siluestri et parrochia sancti Johannis de platea iuxta
plateam magnam dicti Communis iuxta plateam sancti Johannis coram predictis et alia licet

Et Ego Antonius quondam ser Hectoris Lure de Stancollis de Tuderto Regione
sancti Siluestri et parrochia sancti Johannis de platea publicus Apostolica et Imperiali auctoritate notarius
iudexque ordinarius et nunc notarius Reformationum et Cancellarius Substitutus Communis Tuderti
predictis omnibus et singulis interfui et ea rogatus scribere scripsi et publicaui. Signumque
nominis mei apposui consuetum

Signum mei Antonii notarii et Cancellarii substituti

In dei nomine amen. Anno domini ab incarnatione eiusdem Mccccolxi die penultima mensis martii, tempore s[anctissi]mi in Christo patris et domini nostri
domini Pii divina providentia pape secundi, pontificatus eiusdem anno secundo.

Magnifici domini priores populi et communis civitatis Tuderti, videlicet Ser Marinus Masii, Tomas Mariani
Marinus Venerani, Ieronimus magistri Iohannis, Rosatus Lodovici, Garieth Pauli, Franciscus Petri
Angelus Salvatelli de Burgo et Polidorus Angeli de via Plana, absente tamen Bernardino Simonis eorum
collega iuste occupato, in secretario palatii eorum solite residentie in unum sedentes pro factis rei publice
Tudertine et eius subditorum iuste et laudabiliter peragendis, ut eis et eorum officio incumbit, cum pro
parte universitatis et hominum ville Floris comitatus Tuderti coram eis esset humiliter expositum et suppli-
catum ut universitatem et villam predictam ab honere denumptiationum maleficiorum et dapnorum datorum
liberaret in hiis locis in quibus homines dicte ville non obversantur nec laborant, cum iam ex forma statuti
dicti communis villa olim Sancti Valentini cum eius tenimento sit ut proximior post eius demolitionem adiuncta
ville Floris, et se prendat usque ad flumen Naye. Cognoscentes prefati domini priores facilius maleficia et dapnorum
datores denumptiari et cavsari posse per eos qui possessiones habent et colunt et ibi obversantur, quam per eos longe
absunt et raro vel numquam in eisdem locis inveniuntur, unde quam iustitiam res transeunt impunitae et innocentes
plectuntur. Ideo huic incommodo et iniustitiis salubriter providere volentes, facto inter eos partito et
sollempniter obtempto per novem ex eis reddentes lupinos albos, dempto Bernardino Simonis eorum collega legi-
time absente, nemine obstante, unanimiter et concorditer, ex omni auctoritate eis concessa per statuta, reformationes et decreta dicti communis
omnibus melioribus modo et forma quibus melius efficacius fieri potest, statuerunt et decreverunt et hac lege perpetuo valitura
reformaverunt, quod de inceps homines et universitas dicte ville Floris non teneantur nec cogi possint ad pre-
missa nisi pro maleficiis et dapnis que fieri contingeret in dicta villa aut eius principali tenimento, quam se
quentem et quam esse declaraverunt usque ad montem Sancti Valentini et usque ad palatium quod vocatur el palazo
de Manicello et usque ad fossatum Arnate; extra vero dictos fines nullatenus teneantur. Statutis disponen-
tibus de locis et tenimentis desertis applicandis proximiori loco et de dapnis datis in tenimento alicuius loci quam restrin[gunt]
illarum et aliis statutis, reformationibus et decretis sub quacumque rubrica et quomodocumque in contrarium disponentibus
nequaquam obstantibus, quibus quo ad hoc ad premissa effectum per scientiam derogaverunt, mandantes capi-
taneis, defensoribus et aliis officialibus maleficiorum et dapnorum datorum presentibus et futuris predicta inviolabiliter observare
ad penam que in dictis statutis continetur. Non tamen derogantes penis dictorum statutorum si aliqui de dicta villa
aut maleficium committere aut dapnum dare contigerit. Deliberantes presens decretum inscribi et insseri in volumine
statutorum penes eorum cancellarium et notarium reformationum infrascriptum.

Actum Tuderti in secretario palatii residentie dictorum priorum predictorum, quod palatium positum est Tuderti in regione
Sancti Silvestri et parrochia Sancti Iohannis de platea iuxta plateam magnam dicti communis, plateam Sancti Io[hannis], viam publicam et alia [...]

Et ego Franciscus Luce civitatis Castelli publicus imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius et nunc notarius
reformationum et cancellarius communis Tuderti premissis omnibus et singulis interfui et rogatus scribere scripsi et publicavi
et de mandato dictorum dominorum priorum premissa in presenti volumine annotavi et signumque meum in fide premissorum
in margine apposui consuetum.

Nos Nicolaus [...] de [...] [...] doc[tor] [...] Tuderti vice gubernator [...] omnibus et singulis
[...] omnia et singula confirmamus et approbamus nostram auctoritatem interponentes
[...] quibuscumque. Datum Tuderti in palatio nostre solite residentie die [...]
aprilis 1461.

Et ego Lucas [...] Marinus de [...] publicus imperiali
auctoritate notarius et iudex ordinarius et nunc vice cancellarius dicti domini vice gubernatoris
[...] omnibus et singulis interfui [...] scribere scripsi et publicavi signumque meum
[...] apposui.

IHS XPS (23) 84

Nno[m]i[n]e domini Amen . Anno Salutifere natiuitatis d[omi]ni n[ost]ri yhu xpi Mill[esim]o Quatricentesimo quadragesimo tertio ind[ictione] sexta . T[em]p[o]re pontificatus S[anctissi]mi i[n] xpo patris et d[omi]ni n[ost]ri d[omi]ni Eugenij diuina prouidentia p[a]p[e] quarti die vigesimo quarto m[ensi]s Nouembr[is]

Consilio g[e]n[er]ali et publico p[o]p[u]li et Co[mun]is ho[min]um et Consulum Artium Ciuitatis Eugubii ad sonum campane vocemque p[re]conis s[ecundu]m formam Ordinamentorum dicti Co[mun]is ad requisitionem familiarium d[omi]norum Priorum demandato dictorum d[omi]norum Priorum dicte Ciuitatis et viri Spectabilis Antonij de Normisinis de Seza hon[orabilis] Capitanei Ciuitatis ut moris est congregato in secretario palatij ipsorum d[omi]norum Priorum dicte Ciuitatis ut moris est congregato ... deliberatione dicti consilij dicti Magnifici d[omi]ni Priores dixit parte mei fr[atr]is Benedicti Cancellarij dicti Co[mun]is. Vir Circumspectus frater Benedictus Mattenij de volun- tate licentia et commissione sibi facta p[er] Nicolutium Bartoli priore dictorum d[omi]norum Priorum surgens premissa diuini numinis inuocatione proposuit et propositas fecit isstas v[idelicet]

Egregij Ciues recepimus quandam l[itte]ram etc.

Secundo Catalutii etc.

Tertio q[uod] magr[o] Joh[anni] etc.

Quarto prout scitis est decretum q[uod] illi q[ui] s[un]t descripti in libro Speculi dicte Ciuitatis soluat pro eorum cassatura unum bol pro quolibet, et ita consuetum est usque modo q[uo]d grauamen nobis videtur q[uod] sit magnum, et si vobis videret defalcare et diminuere ad minore solutionem sup[er] hoc placeat consulere et prout vobis videbitur p[er] nos executioni mandabitur

Tomas Gordiani vnus ex consiliarijs in dicto consilio existentibus surgens iurans more solito, et accedens ad Arengheriam dixit et consuluit sup[er] prima proposita etc.

Quantum recipere debeat Canc[ellarius] p[ro] cassatura libri Speculi

Ad quartam propositam dixit et consuluit v[idelicet] sup[er] facto defalcationis vnius bol pro cassatura de libro Speculi cuilibet ibidem descripto dix[it] p[ro]p[ter]ea omni q[ui] ... getur omni ordinamento et decreto v[idelicet] q[uod] illa proposita possit fieri in consilio g[e]n[er]ali nisi prius deliberatum fuit p[er] d[omi]nos Priores et eorum consilium ad minus p[er] dieta ante itaque dicto statuto no[n] obstante sup[er] hoc possit p[rese]ns consilium p[ro]videre et deliberare sup[er] dicta proposita, et dix[it] et consuluit, q[uod] ex nunc in antea Cancellarius no[n] possit recipere et h[abe]re pro qualibet cassatura de libro Speculi ... Speculo ordinatio datiuarum q[ui] a Speculo custodie nisi solum duodecim denarios ... et p[ro] qualibet vice qua dictus talis in dicto libro descriptus voluerit se cassari et q[uod] plus Cancellarius accipere no[n] possit

Quod Cancellarius no[n] possit ... nisi duodecim den[arios] ... de libro speculi

337

In reformatione cuiusquidem consilij licet plures essent consultores in dicto consilio ex deliberatione prius habita inter ipsos dominos priores cum eorum consilio. Facto dato misso ac celebrato sollemni et diligenti partito inter eos ad lupinos albos et nigros ut moris est super dicto consilio reddito per eundem Tomassium ad quartam propositam factam in dicto consilio sive tenuta. Quod cuicumque placet et videbitur dictum consilium dicti Tomassii super dicta ~~prima~~ proposita reddat suum lupinum album del sic, cui vero contrarium videretur reddat nigrum del non, datis denique et recollectis lupinis placuit dictum consilium super redditum per eundem Tomassium super quarta proposita [illegible] in dicto consilio assistentibus dantibus et reddentibus eorum lupinos albos del sic nullo nigro in contrarium reddito et ita fuit obtentum decretum et reformatum

dictum super fideicassatione de septorum in Libro Speculi.

... ultra octo bolon. p. q. libet immunitate ... [illegible]

Die ultimo Novembris de mane

Magnifici domini domini Priores populi et Comunis Civitatis Tuderti congregati ut moris est in Secretario palatij eorum solite residentie pro rei publice rebus utiliter peragendis. Considerantes quod pluxima lucra et comoda Cancellario Comunis Tuderti eveniunt

248 ultra salarium ordinarium non sine incomodo et damno Civium Tudertinorum ac etiam Comitatinorum dicte Civitatis, et etiam forensium. Id circo volentes in partem dicta extraordinaria lucra deprimere et diminuere ad omnium predictorum comoditatem facto dato misso ac celebrato sollemni et diligenti partito ad lupinos albos et nigros ut moris est inter eos. Et tandem obtento per omnes dantes ac reddentes eorum lupinos albos del sic nullo nigro del non in contrarium repto. Ex omni eorum auctoritate arbitrio et balia eis concessis et attributis per statuta Reformationes et decreta dicti Comunis, et omni meliori modo via iure et forma quibus melius potuerunt, deliberaverunt decreverunt Reformaverunt et Ordinaverunt quod deinceps et in antea Cancellarius Comunis Tuderti pro qualibet immunitate que concederetur sive Civi sive Comitatino sive forensi non possit recipere nec habere ultra octo bolonenos. Et simile pro qualibet Sergetaria non possit recipere etiam ultra octo bol. Et de bullectis familiarium dominorum Priorum filiis et Civium Tudertinorum et aliis non possit nec debeat aliquid recipere. Nec etiam possit petere dominis prioribus Candelas et si contrafecerit in aliquo ex predictis vice qualibet incurrat in penam viginti quinque librarum denariorum.

Et ego Antonius quondam ser Hectoris Luce de Stancoli de Tuderto Regionis Sancti Silvestri et parochie Sancti Iohannis de platea publicus Apostolica et Imperiali auctoritate notarius fidem facio quia confectioni supradictorum decretorum interfui et cum dicta decreta in presenti volumine conscripta non essent hic descripsi et subscripsi mandato dominorum Priorum dicte Civitatis sub Anno domini Millesimo Quatricentesimo quadragesimo [illegible] indictione sexta die vigesimo primo mensis decembris prout patet manu ser Crespoldi [illegible] de Brognis Cancellarij dicti Comunis.

337v

In nomine dni Amen. Anno dni ab eius incarnatione nativitate millesimo qua
dringentesimo quadragesimo ~~quarto~~ tertio indictione sexta tempore Sanctissimi
patris et dni nri dni Eugenii divina providentia pp quarti pontificatus
eiusdem anno terciodecimo die vero vigesima prima mensis Julii

Quod compromissa infra duos menses terminent

45 Quoniam lites et questiones que quotidie vertuntur inter consanguineos
et affines, et inter eos et cum eis qui sunt principium affinitatis et consan
guinitatis, plerumque ad peiora prorumpunt et facinora et excessus commit
tuntur. Ideo Magnifici et prestantissimi dni priores populi et consules civitatis
Tuderti Collegiati in eorum solito secretario cum eorum consiliariis ad sonum cam
pane et reclusione temporum insufficienti modo pro negotiis dicti cons
ilii et offitio exercendis congregati et coadunati, facto inter eos sano et
venerabili colloquio et deinde dato et misso inter eos ad lupinos albos et
nigros secreto et diligenti partito et demum obtento per lupinos albos dantes ac
reddentes eorum lupinos albos del sic, nullo nigro in contrarium obstante. Ex omni
eorum auctoritate arbitrio et balia et omni meliori modo via iure et forma
quibus magis et melius fieri potuit et debuit de iure et secundum formam statutorum
et ordinamentorum dicte civitatis Tuderti. Volentes ut talibus litibus et questionibus
finis imponatur statuerunt providerunt et ordinaverunt. Quod postquam compro
missum acceptatum fuit arbitri et arbitratores teneantur et debeant
compromissa ipsa infra duos menses a die eorum acceptationis terminasse agen
do et procedendo secundum et per formam statuti Tuderti promissum sic. Quod si
non fecerint non intelligatur preterea compromissum expiratum esse.
Sed potius Capitaneus Tuderti eiusque iudices et curiam, et penes ut eos
ore eorum in offitio residerent, dicti arbitri et arbitratores in palatio vel
alio loco congruo constringantur et detineantur, nulla oppositione ob
stante, nec de predicto palatio vel loco recedere possint aliquo tempore nec
de die nec de nocte donec lites et questiones predicte fuerint per eos decise
et terminate cum effectu, pena si in predictis contra fecerint dictis arbi
tris et arbitratoribus et cuilibet eorum librarum centum denariorum pro quolibet ipsorum.
In eadem pena incurrat et incurrisse intelligatur capitaneus
vel alius offitialis qui eis vel alicui eorum recedendo licentiam concederet que
pene sine aliqua declaratione vel sententia per camerarios et actuarios communis
civitatis predictis partibus convertantur. Et si fortasse per aliquam partem in compro
mittentium discussio fore de dictis detentis, ipsi detenti in palatio vel alio
loco predicto non invenirentur, in pena predicta, ut supra, per solvenda in libro
speculi describantur, et describi faciat dictus Capitaneus et offitialis predictus, ad re
quisitione cuiuslibet postulantis de dictis compromittentibus. Quod si dictus Cap
vel eius offitialis non fecerit in eadem pena centum librarum ipso facto
et ipso iure sine declaratione incurrisse intelligatur. Per camerarium

338

ut erarium tudertinum & suo salario retinenda quarum penarum predictarum tertia pars
sit camere tudertine alie non due partes in dictis reparationibus convertantur que
omnia etiam vendicent sibi locum in tertio arbitro & arbitratore qui
acceptaretur sive eligeretur et a die acceptationis dicti tertii Et in penden-
tibus & futuris ¶ Q STATUTA COIS TUDI. Q CIVES Z COMITATIVOS FORESIB; NO PSINT.

Item providerunt et ordinaverunt similiter ut supra adhoc ut statuta cois tuderti
in comoditatem civium redundent et forensium conditio potior non sit quam
conditio civium quod statuta cois tuderti tam facta quam facienda in dampnum et pre
iudicium civium & comitatinorum civitatis tuderti forensibus non prosint nisi catenus
246 quatenus intra seu civitate vel loco de quo forenses essent provisum sit in fa-
vore forensium. Et quod quilibet forensis qui esset debitor alicuius civis vel comitatini
qui suspectus haberetur et diceretur ad solum iuramentum civis vel comitatini et ad
eius assertionem pro debito ad quod ipse forensis ipsis teneri asseretur de suspecto
Notā iurari possit et capi possit personaliter nullo obstaculo vel exceptione obstantibus
miles ad petitionem petentis et iurantis ac asserentis se creditorem esse ipsius forensis
in certa quantitate cum ea debenda. Et eo non forense capto statim ipse creditor
probare debeat debitum supradictum ad quod ipse forensis tenetur legitime
infra terminum per iudicem qui coram quo lis vel questio foret assignandum & declarandum
ita quod ipsa questio spatio dierum quindecim terminetur si probationes in civitate
vel comitatu essent si vero extra civitatem & comitatum tuderti probationes existerent
in terminum unius mensis terminari debeant & finiri. Et si dictus captus le-
gitime fideiuberet de iudicio sisti et iudicato solvi tali fideiussione relapsetur
non obstante aliquo statuto in contrarium disponente. Et eo forense in solutione
iudicati cessante fideiussores unus vel plures ad solutionem iudicati in solidum
teneantur et pro expensis. Statuto posito in quarta distinctione statutorum
cois civitatis sub rubrica quod nullus civis vel comitatensis & cetera in aliis ca-
sibus semper salvo. ¶ Q IN ACTIB; MULIERUM NO APPONAT IURAMENTUM

Item quia frustra condita essent et statuta fierent nisi observarentur
attendentes quod aliqua statuta condita sunt propter fragilitatem mulierum
similiter providerunt statuerunt & ordinaverunt quod nullus notarius cuiuscumque
conditionis vel status existat audeat stipulari apponere vel scribere
in aliquo contractu vel quasi nec in aliqua alienatione vel dispositione
voluntatis que fieret per aliquam mulierem aliquod iuramentum nec
aliquid stipulari vel se rogare de aliquo quod esset contra formam cois stat.
tuderti pena dicto notario ducentarum librarum den. parti que lederetur
pro medietate ipsis iure & ipso facto et ipso facto sine ali-
qua alia declaratione applicanda. Et ad interesse totius eius in quo

[illegible] die [illegible] [illegible] sine [illegible] [illegible]

338v

pars lesa dampnificata foret pro predictis. Et pro alia medietate camere
tudertine pro tertia parte, et pro duabus partibus muris civitatis, et eorum ad
aptationibus convertatur

CONFIRMATIO

In nomine dni Amen. Anno dni ab eius Sanctissimo Nativitate millesimo qua
tringentesimo quatragesimo tertio indictione sexta tempore Beatissimi patris et
dni nri dni Eugenij divina providentia pp quarti et pontificatus
eiusdem anno tertio decimo die vigesima tertia mensis Julij.
Reverendus in Christo pater et dnus dnus Marinus epus [illegible] Civitatis tuderti
eiusque comitatus territorij et districtus pro dno nro prefato et sancta ro.
eccl. gubernator existens in palatio ipsius solite residentie habita notitia
et informatione plenaria de suprascriptis statutis ordinamentis reforma
tionibus et decretis, et de omnibus ac singulis in eis contentis considerans ea
omnia fore iusta equa et roni consona, ac et utilia et necessaria
pro bono rei p. tudertine sponte et ex certa scientia non per errorem predicta omnia
prout superius scripta sunt ratificavit emologavit approbavit atque confir
mavit, et super his omnibus et singulis suam auctoritatem omnimodam ac plenariam
interposuit tribuit et concessit. Volens et mandans ab omnibus et singulis
perpetuo et perpetuis temporibus pro lege et statuto inmotabili observari
aliquibus in contrarium editis vel edendis in quantum non obstantibus quoquomodo ipsaque
in omnibus et per omnia in perpetuo optinere voluit roboris firmitatem, et in
volumine statutorum dicte civitatis tuderti ad perpetuam rei memoriam seriatim
includi. Presentibus Spectabilibus viris Magistro Bartolomeo Angeli
Johanne Catalutij et Bartolo Bastiani testibus ad hec vocatis habitis
et rogatis.

DE TERTIO RECTORE SUPER FABRICA S. FORTUNATI ELIGENDO:

In nomine dni Amen. Anno dni ab eius Sanctissima nativitate millesimo quatringen
tesimo quatragesimo tertio indictione sexta tempore Beatissimi patris et dni nri
47 dni Eugenij divina providentia pp quarti et pontificatus eiusdem anno tertio decimo
die vero vigesima quarta mensis augusti. Collegialiter in secretario palatij eorum
solite residentie congregati magnifici dni priores populi et comunis civitatis tuderti
cum eorum consiliarijs ad sonum campane et requisitionem magnificorum dnorum priorum
prefatorum secundum formam statutorum et ordinamentorum dicte civitatis in sufficienti numero convo
catis et choadunatis pro eorum offitium bene diligenter et fideliter exercendo.

immediate eveniret quod quantum fructum et utilitatem afferret fabrice sancti
fortunati et ipsi ecclesie et conveniret sancti ipsorum fabrice et ecclesie Rectoribus
qui sunt nunc duo addatur tertius qui esset religiosus. Quare habito super re
ipsa sano et maturo colloquio et demum obtento per decem et septem dantes
atque reddentes eorum lupinos albos del sic, uno nigro reddito del non non obstante,
Et omni eorum auctoritate arbitrio potestate et balia et omni meliori modo via
iure et forma quibus magis et melius fieri potuit et debuit secundum formam
statutorum et ordinamentorum dicti communis Statuerunt ordinaverunt reformaverunt
et decreverunt. Ex dicto et in futurum per magnificos dominos priores omni tempore
in electione Rectorum dictarum fabrice et ecclesie post electionem duorum civium
debeat eligi possitque deputari et nominari etiam ultra dictos duos unus
Religiosus dicte ecclesie in consocium et collegam dictorum rectorum et cum eadem
auctoritate. Exceptis quod sine consensu aliorum rectorum ipse per se non possit
aliquatenus ad recipiendum vel expendendum pecunias dicte fabrice se miscere nec
et possit quoquomodo de per se vel cum aliis introitus dicte fabrice tam pervenientes
quam venturos in alios usus quam pro reparatione edificatione et ornamento ipsius fa-
brice expendere vel aliquatenus disponere aut ordinare, non obstantibus in contrarium
quibuscumque

CONFIRMATIO

Reverendus in Christo pater et dominus dominus Bartolomeus de Maleombrus episcopus
Iustinus et dicte civitatis eiusque comitatus fortie et districtus pro Sanctissimo
domino nostro Papa atque romana ecclesia in temporalibus et spiritualibus gubernator.
Commonefactus die xxvj dicti mensis et anni A Doctissimo viro
artiumque et medicine doctore Magistro Iohanne Valentis et Iohanne Catalutii
de numero Magnificorum dominorum priorum et A me Benedicto cancellario
infrascripto dum essemus in palatio episcopali sue solite residentie de dicto Decreto
Rectorum fabrice sancti fortunati ipsum tamquam iustum approbavit
ratificavit et confirmavit suamque et sui officii interposuit omnem
auctoritatem et decretum mandans quod illud pro lege atque statuto perpetuis temporibus
observari. Et in volumine aliorum statutorum dicti communis Tuderti apponi et
inseri in contrarium non obstantibus quibuscumque.

Et ego Benedictus Petri de rallis de Amelia publicus imperiali auctoritate notarius
et nunc notarius Reformationum et cancellarius prefate prestantissime
Civitatis predictis omnibus et singulis statutis reformationibus atque decretis
et ipsorum confirmationibus et approbationibus interfui et ea omnia rogatus
[illegible] scripsi et publicavi et signo meo solito roboravi ad fidem.

Signum mei notarii

et cancellarii prefati.

339v

yhs

In nomine domini nostri yhesu christi Amen. Anno ab eius salutifera nativitate millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto indictione octava, die vigesima nona mensis Januarii. Pontificatus sanctissimi in christo patris et domini nostri domini EUGENII divina providentia pape quarti. Magnifici ac commendabiles domini priores populi et vexilliferi civitatis Tuderti collegialiter in secretorio sue solite residentie pro rebus reipublice laudabiliter disponendis congregati, habentes quandam reformationem facta per priores tunc temporis civitatis Tud. olim ut patet manu Ser Benedicti de Amelia cancellarii civitatis predicte, que incipit Item quia frustra et cetera. Considerantes illam reformationem esse inutilem damnosam et periculosam contrahentibus et notariis, facto dato misso et ut moris exigunt statutarii ad lupinos albos et nigros solemniter celebrato partito, et demum obtento per omnes octo reddentes lupinos eorum affirmativos del sic, absentibus Ser Dominico pauli et petro magistri [illegible] duobus collegis legitima causa prepeditis, ex omni ipsorum auctoritate predictam reformationem irritantes revocaverunt et pro revocata haberi voluerunt et mandaverunt, iubentes per me Hanibalem notarium ac cancellarium infrascriptum, ut eam cassem et penitus annullem. Omni meliori modo, et via quibus melius fieri potest.

Item obtento alio partito, ut supra per omnes reddentes lupinos eorum affirmativos del sic, volentes hominum fraudibus providere, ne mulieres defraudentur sub pretextu iuramenti et ne statuti [illegible] mulieres contrahere possint sub [illegible] dicti frustratorii et inane sit, statuerunt reformaverunt et decreverunt quod nullus notarius apponat iuramentum in contractu mulieris quando mulier contraheret sine parentibus illorum quorum parentes requiruntur secundum formam statuti, nisi fuissent servate solemnitates illius statuti in [illegible] non obstante quo omnino licite possint apponere et deferre iuramentum, et si aliter per dictos notarios factum fuerit, puniatur talis notarius in libris centum, et parti lese ad interesse. Et hoc fecerunt omni meliori modo via iure et forma quibus magis et melius potuerunt, secundum formam statutorum.

Cassimus et abolitum hoc statutum decreto dominorum priorum ut patet [illegible] reformationum [illegible]
Nicolaus de Cortona cancellarius

Ego Hanibal domini Stephani de Tybure publicus imperiali auctoritate notarius et in presentiarum notarius reformationum ac cancellarius civitatis Tud. premissis omnibus interfui et ea rogatus scripsi et publicavi signumque meum in fidem apposui consuetum.



340

vfic

IN NOMINE domini nostri Yhesu Christi Amen. Anno ab eius salutifera nativitate millesimo quatricentesimo quadragesimo quinto, indictione octava, die vigesima nona mensis Maii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Eugenii divina providentia pape quarti. In scriptorio sive scola residentie collegialiter existentes magnifici domini priores populi et communis civitatis Tuderti, in talibus ipsorum officio presertim incumbentes, animadvertentes potissime commoditatem notariorum Tuderti qui substituuntur

241 ad cameram Tudertinam, et quod tales substituti publice per ad hominum Tuderti [illegible] tendunt et predentes quod humiliores notarii non libenter substitutionem querant. Facto dato et misso et celebrato solempni et diligenti partito ad lupinos albos et nigros, et demum obtento per omnes octo reddentes lupinos albos affirmative del sic, absentibus Paulo Benedicti aurifice et Bartolomeo Mariani Salvducii duobus collegis, legitima causa impeditis. Ex omni ipsorum auctoritate et omni meliori modo quibus melius fieri potest decreverunt et ordinaverunt quod de cetero in posterum quicumque notarius substitutus Tudertinus officium camere exercuerit, solvat pro

De notario camere et notario bandi substituendo

accomodatione palatii dominorum priorum florenum unum auri quod ad officium recipiat et notarius quilibet ad bannum [illegible] substitutus ad officium suum recipit solidos quadraginta pro dicto palatio solvat, et aliter nullo pacto admittantur, non obstantibus [illegible] gratia quibuscumque. Rogantes me Hanibalem [illegible].

Ego Hanibal domini Stephani de Tibure imperiali auctoritate notarius publicus et cancellarius, notarius reformationum ac cancellarius magnifice civitatis Tuderti, quia premissis omnibus interfui et ea rogatus scripsi et publicavi signumque meum consuetum apposui.

Et nullus notarius possit exercere officium

[illegible] nisi [illegible] ad [illegible] officium per

annos priores [illegible] certa pena

In MCCCCXLV die XXVI Augusti [illegible]

MAGNIFICI domini priores populi et communis civitatis Tuderti collegialiter sedentes in scriptorio palatii sue solite residentie, [illegible] primarum [illegible] presidentium prelibatorum intelligentes sancte cognoscentes illud [illegible] ambiguum atque dispendiosum, videntes quod clarius [illegible] de notariis qui ad cameram Tuderti substituuntur,

242 solempni partito ad lupinos albos et nigros et obtento per omnes octo lupinos affirmative albos del sic reddentes, nullo nigro in contrarium reperto, et omni meliori modo et via quibus melius ac validius fieri potest, Ex omni ipsorum auctoritate reformaverunt quod nullus notarius Tuderti cuiuscumque conditionis sit [illegible] et hac [illegible] notarius camere predicte exercere, nisi solum [illegible] qui de bussulo [illegible] publicationem dominorum priorum [illegible]

De notario camere

extractus de bussulo dicti officii [illegible] si quis autem [illegible] dominorum priorum florenum unum auri [illegible] pena [illegible] solvere pro camera palatii [illegible] domini priores qui [illegible] et hac [illegible] sub pena predicta. Quicumque autem notarius ad bannum [illegible] officium [illegible] solidos quadraginta [illegible] extraneus [illegible] sub predicta pena [illegible]. Rogantes me Hanibalem [illegible] hac [illegible] scripturam.

Ego Hanibal domini Stephani de Tibure [illegible] notarius publicus ac cancellarius [illegible] civitatis [illegible] scripsi et publicavi [illegible] signo meo consueto apposito.

340

Contra cives i(n) co(mi)tatu habitantes

IN dei no(mi)ne Amen. Ano d(omi)ni anativitate eiusdem millo quatricentessimo
trigessio ottavo p(ri)ma Indictione. t(em)p(or)e sanctissimi i(n) xpo p(at)ris et d(omi)ni d(omi)ni Eugenii
divina providentia pape quarti die xvj mensis ottobr(is)

Magnifici d(omi)ni priores populi et co(mmun)is Civitatis Tudertii collegialit(er) existentes i(n) secretario
palatii eor(um) solite residentie Una cu(m) suo consilio secreto ibidem ad sonu(m) campane ut
moris est mo(do) sufficienti aggregato ma(tur)o et co(m)missione magnificor(um) d(omi)nor(um) prior(um).
Ubi summopere i(n)tento et diligent(er) excogitato Civitatem e(ss)e circuitu amplam atq(ue)
ambitu profusam, intusq(ue) paucos habitare cives secundum oportunam defensione(m).
id potissime evenire censetur cu(m) plures et complures tudertini cives continuo de
lectentur familiariter habitare i(n) comitatu, minime Civitatem colant, ut civitate(m)
ac colere cives decet, ne(c) ea i(n) civitate propriam domum habeant. Q(uo) n(on) Civitas
patitur, ymo diminuitur, tamen p(ro)ut iidem Civis pariformit(er) officiis et beneficiis
Civitatis tudertii fruuntu(r) gaudentq(ue), quibus alii Cives continuo habitantes et
Civitatem die noctuq(ue) colentes Utuntur. quod Unum absurdum et i(n)conveniens
graves et sapientes ducunt, atq(ue) r(e)putantur. Quamobrem ne p(er) ci(vi)um co(n)sule(re)
p(ro)temp(ore) negligere Videatur, veru(m) potius ut quisq(ue) suum teneat equitate et Civitas
Civibus omnibus quos habet ornata, ac culta pariter et i(n)distincte Existat et ut
qui no(n) habitant no(n) gaudeant, id nedu(m) honesti veru(m) decori esse. Decreverunt
et statuerunt ut omnes et singuli Cives tudertini seculo habitantes i(n) comitatu tudertii
cum eor(um) familia, qui no(n) habent domos proprias i(n) ea civitate teneantu(r), ac omnino debeant
domos emere i(n) d(i)c(t)a Civitate et eas hinc i(n)posterum familiarit(er) habitare saltem tertia
p(ar)te t(em)poris cuilibet futuri an(n)i cu(m) tota familia ut cu(m) maiori p(ar)te et no(n) solum cum eor(um)
famulis et Civitatem colere et habitare dicta tertia p(ar)te t(em)poris cuilibet an(n)i uti alii
Cives colunt et habitant. Qui cives siquomq(ue) extrahantu(r) d(omi)ni priores extra
herentu(r) ad officium prioratus ut ad aliquod aliud officium dicti co(mmun)is aut aliqs
eor(um) et domum no(n) emerint et habuerint ne(c) habitaverint ac sup(ra)scripta plene no(n)
fecerint, Cancellarius dicti co(mmun)is debeat illico no(m)i(n)a talium extractor(um) lacerare et alterum
loco eor(um) extrahere ut eius addicta officia et adea officia quominimo no(n) admictere uti
essent descripti i(n) libro speculi dicti co(mmun)is et ut scripti tractentu(r). Et p(re)d(i)c(t)a facta fuisse
et observata p(re)dictos cives no(n) accedantu(r) nisi dicti extracti adea officia statim fecerant
ante discessum i(n)de ubi extrahuntu(r) plena(m) fidem de emption(e) domor(um) p(er) publicum
Instrumentum manu publici notarii et nisi fecerint fidem p(er) fide dignos ho(m)i(n)es
cu(m) eor(um) iuramento habitasse eas domos ut dictum sup(ra) est. Hec enim i(n)telligantu(r)
i(n) eternum post finem p(rese)ntis bussuli prioratus et i(n)serantu(r) voluminu statutor(um).
Quicumq(ue) aut(em) contra p(rese)ns statutum fecerint aut magnifici d(omi)ni priores
aut consiliarii, ut cancellarius, ut quicumq(ue) officialis co(mmun)is cadant i(n) pena viginti
quinq(ue) florenor(um) p(ro) quolibet et qualibet vice de facto solvenda, cui(us) pene medietas
sit camere [illegible] d(omi)ni nri Francisci Sfortie [illegible] et alia medietas sit co(mmun)is pro reparation(e)
palatii d(omi)nor(um) prior(um). Misso aut(em) sollepni et diligenti p(ar)tito p(er) me cancell(arium) i(n)ter ci[illegible]
p(ar)titum ad lupinos albos et nigros de p(re)dictis ut moris est fuit p(ar)titum victum et
ottentu(m) p(er) decem et novem lupinos albos del[illegible], duobus nigris no(n) obstantibus c[illegible]
de non.

48

Provisum contra cives habitantes i(n) [co]mitatu et no(n) habentes do(mos) i(n) Civitate

[illegible]

341

Die xviii^a mensis ottobris

Publico et generali consilio comunis et populi Civitatis congregato et cohadunato in secretario palatii solite habitationis et residentie magnificorum dominorum priorum ad sonum campane ut moris, mandato et commissione eorundem dominorum priorum dicti comunis numero sufficienti. In quoquidem consilio generali unus ex dictis prioribus commissione dictorum priorum priorum proposuit infrascriptas propositas et proponendo dixit quid videtur et placet presenti consilio et hominibus in eo existentibus consulere et arengare super infrascriptis propositis et qualibet parte qualibet

Et obmissis aliis sic sequitur

Item placeat confirmare statutum factum ut supra contra cives non habitantes in Civitate et domos non habentes in ea, quod statutum hic expositum et declaratum est ad notitiam omnium

Confirmatio statuti contra cives habitantes in comitatu per consilium generale

ANgelus Mactei unus ex consiliariis in dicto consilio stantibus existens precepto corporali iuramento ad delationem mei cancellarii infrascripti de bene consulendo pro dicto comuni adunit locum arengatorium solitum et consuetum ubi dei nomine proclamato dixit et consuluit super confirmatione dicti statuti ut expositum id statutum utilissimum est idem confirmavit et auctoritate presentis consilii generalis sit omnino omni robore firmatum et perpetuum exprimendo ut quicumque non observaverit contenta in eo statuto sint privati omni officio dicti comunis et derogavit vigore presentium specialiter statuto loquenti quo ad primam tantum, ut consilium generale deliberetur per una die ante que deliberatio facta non est ob certa necessaria occurrentia et omnibus aliis ordinamentis dicti comunis contra dictum statutum quoquomodo facientibus, contra quod statutum confirmatum non possit nec debeat aliqua ratione obici vel obstari quominus valeat sub pena eo in statuto apposita

IN reformatione cuiusquidem consilii generalis misso autem sollempni et diligenti partito ad lupinos albos et nigros per me cancellarium rectum mandato dominorum priorum super confirmatione dicti statuti contra cives non habitantes in Civitate et domum in ea non habentes in hunc modum videlicet ut quicumque vult et sibi placet consilium redditum per Angelum Mactei super consultorem mictat lupinum album de sic. Volens non contrarium mictat lupinum suum nigrum de no. Datis igitur dictis lupinis fuerunt reperti septuagintatres lupini albi de sic non obstantibus viginti septem lupinis nigris de no repertis. Et sic fuit dictum partitum victum et obtentum per septuagintatres lupinos supradictos albos de sic, non obstantibus viginti septem nigris de no, auctoritate et vigore presentis consilii generalis.

Die primo Januarii

Confirmatio statuti super contra habitantes in comitatu facta per comitem Franciscum Sfortiam etc.

Magnificis viris fidelibus amicis nostris carissimis prioribus Civitatis nostre Tudertine

Comes Franciscus Sfortia Vicecomes Marchie Anconitane et sancte romane ecclesie Confalonerius

Magnifici viri fideles amici nostri carissimi. Nuy habbiamo lu vostro cancellero quanto ce sia exposto sopra li statuti vostri de cictadini che habitano in contado et delle possessioni dello spedale novamente per vui ordenati de quali nuy siamo contenti. Et primo essendo in favore dello spedale predicto et suo augumento lo confirmamo. Laltro de cictadini che habitano in contado fate sia modificato co debite et honeste conditioni et insimel modo lo confirmamo como piu lamente in questo et in laltre commissioni ipso cancellero ve informara de nostra intentione. Datum in Civitate nostra Exii die xxvi decembris 1438

Franciscus Sfortia Vicecomes
Comes Marchie Ancone
Marchio etc.

341v

iesus christus

Millio quatricentesimo quadragesimo quinto Ind. octava die xxv mensis Novembris.
Magnifici et commendabiles domini priores populi et cois Civitatis Tuderti sedentes
collegialr in secretario palatii sue solite residentie pro rebus Reip. laudabiliter
ordinandis. Unanimi opportuno ipsorum consilio in nro sufficienti more statutorum
convocato et que seditionem in Civitate conferre possent irritare pposst disposita.
Cum sepe nro non nulli cives Tudertini tanta ducti fuerunt fatuita audacia
ac tam ambitiosi extiterint quod ipsorum decenti officio non gerenti pret iuris ac bonorum
ordinum Civitatis Tud. mores laudabiles prioratus magistratum ascendere conati sunt
Que res quam universe Reip.ce molesta cognoscatur. illam quod corrigere rati
prefati Magnifici domini priores volentes quod ambitiosis conatibus finem dare
ne quis temere prioratus et aliorum off. bn compositas imbussulationes deprimere
mereat. Facto solemni partito ad lupinos albos et nigros. demum quod obtento quod
lupinos nigros redditos albos del sic affirmativos nullo nigro reddito in contrarium
Ex omni ipsorum auctoritate et arbitrio quibus vigore statutorum Tud. fungunt
omniq. meliori modo via iure et forma quibus magis et melius fieri potest
ordinaverunt reformaverunt et hac pnti lege in perpetuum valitura sanxerunt
quod nullus civis Tud. ut alia que uis persona cuiuscumque status gradus ut conditionis
foret audeat nec presumat officium prioratus ut quodcumque aliud officium cum salario
fuerit unica durante imbussulatione exercere ut habere. Ita quod siquis alicuius
supplicationis gratie ut rescripti vigore aliquo ex predictis officiis functus fuerit
aut in futurum fungi contingeret. si cum postea extractum ad aliquod ex dictis
officiis ex bussulo contingerit inmediate eius nomen lacerari debeat nec ad
predictum officium quoquomodo admittat. Et econtra siquis ad aliquod ex dictis
officiis vigore bussoli assumptus est aut in futurum assumeretur non possit nec
valeat supplicationis rescripti, gre aut cuiuscumque rationis vigore secundo ipm officium
exercere neque et habere. Declarantes expresse huiusmodi decreti intentionem
hanc esse ut nullus unica durante imbussulatione possit nisi semel prioratus officio
ut quocumque alio fungi. Volentes et presentem legem intelligi tam pro imbussulatione
que nunc est officii prioratus et aliis imbussulationibus que nunc sunt aliorum off.
quam et pro futuris omnibus et singulis. Et quoniam timuerint peccare mali for-
midine pene ad reprimenda cupidorum ambitionem ut supra et decreverunt
quod siquis contra predicta seu aliquod predictorum fecerit, patravit ut attemptaverit
ab illo officio ad quod recipi conaretur ultra ordinem supradictum per decem annos
a die sui conatus inchoandos et finiendos ut sequitur sit exclusus, et illo neque
aliquo alio officio in dicta Civitate fungi possit. Ac durante decemnio
proxime et vigintiquinque flor. auri pena illico ducat et delinquat incurrisse et
penitus incurrat, cuius pene due partes sint Tud. et reliquum Asplice camere
applicari. Et debeant. d. priores qui sunt et pro tempore fuerint. eos qui
huiusmodi penas incurrerent, tamquam debitores cois in libro generali describi facere
nec de illo deleri possit, nisi prius de solutione pene constiterit in scriptis.
Et insuper dicti dni priores teneant ita curare ut predicta omnia plene
observentur sub pena centum ducatorum auri si in predictis quoquomodo defecerint
Iubentes hec omnia pro lege haberi, et in statuti volumine apponi. Statutis aut
aliis quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus. Rogantes me Hanibalem
notarium ac cancellarium infrascriptum, ut de premissis hanc publicam conficerem scripturam.

Ego Hanibal domini Stephani de Tybure imperiali auctoritate notarius publicus et in
presentia notarius reformationum ac cancellarius Civitatis Tud. quod predictis omnibus
presens fui ea scripsi et in hanc publicam scripturam redegi meoque solito signo signavi apposito.



342

iosius

Ludovicus miseratione divina et sancti Laurentii in Damaso presbiter sancte Romane ecclesie cardinalis Aquilegiensis domini pape camerarius. Magnificis et spectabilibus viris

260 prioribus universitati et hominibus civitatis Tudertine salutem in domino. Cum

per spectabiles oratores vestros fuerit michi certa supplicatio et petitio facta nobis ut

pro bono regimine civitatis vestre observando et ambitione tollenda super officio

prioratus et aliorum officiorum civitatis predicte quod per imbussulationem ordinant

contra eos qui adversus huiusmodi imbussulationis ordinem ad officia aspirant opportune

provideremus. Nos volentes per ea que nobis et statum vestrum affirmant civitatis

et ex debito iniuncti nobis officii de mandato S. D. N. pape vive vocis

oraculo nobis facto et auctoritate nostri camerariatus officii tenore presentium

decernimus ut nullus in civitate Tuderti ad officium prioratus seu aliud officium

civitatis eiusdem admicti possit et aspirare presumat plusquam semel

unica imbussulatione durante contra ordinem imbussulationis ordinem

et decretum civitatis super hoc factum quod inviolabiliter mandamus et volumus

observari. In quorum fidem et testimonium presentes litteras fieri fecimus nostrique

consueti sigilli munimine. Datum Rome anno a nativitate domini MCCCCXLVI

indictione VIIII die XXI ianuarii pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Eugenii divina

providentia pape quarti anno quintodecimo.

F. Cop.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate domini nostri Yhesu Christi millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto indictione nona tempore sanctissimi in Christo

patris et domini nostri domini Eugenii divina providentia pape quarti. Die vero vigesimoprimo mensis [illegible] hora circa tertiam.

Magnifici domini priores populi et communis civitatis Tudertine una insimul more solito residentes in secretario consi-

dentes volentes providere et equitati ac iustitie [illegible] informati a compluribus fidedignis qualiter tempore officii

capitaneatus [illegible] al capitano civitatis et comitatus Tudertini quidam ser Iacobus de

Castro Arcualis [illegible] subtraxerit et occupavit et occupat quosdam libros actorum curie civilium

civitatis Tuderti in quibus erant complures cause descripte et manu dicti ser Iacobi ex quo plurima dampna civibus ac comitati-

nis possent evenire [illegible] probationem [illegible] nec de dictis actis iudicialis fides fieri possint

et [illegible] instantia [illegible] non [illegible] statutorum et ordinum dicti communis. Et [illegible] indemnitati

huiusmodi providere volentes [illegible] culpa [illegible]

facto [illegible] et diligenti [illegible] ad [illegible] et attento [illegible] per omnes [illegible] red-

dentes [illegible] contra [illegible] legitime absente nec obstante. Ex omni eis potestate

arbitrio et auctoritate concessis et attributis per statuta et reformationes dicti communis omnique meliori modo via iure et forma

quibus melius et efficacius fieri potest statuerunt ac decreverunt et [illegible] quod in dictis libris occupatis

descripte [illegible] non pereat nec possit [illegible] a die dicte occupationis dictorum librorum [illegible]

[illegible] qui erat ante dictos occupatores seu subtractores [illegible] non currat nisi a die quo

